HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

(6) 7757 I

A866M us Naucrat

# ATHENAEI

# DEIPNOSOPHISTAE

EX RECOGNITIONE

**AUGUSTI MEINEKE**

PA 3937 A2 1858 v.4

VOL. IV

ANALECTA CRITICA CONTINENS

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCLXVII

# ANALECTA CRITICA

AD

# ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS

SCRIPSIT

**AUGUSTUS MEINEKE**

112352
26/5/11

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCLXVII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

# PRAEMONITUM.

Praefationem scribere volenti, qua et instituti mei rationem et alia quaedam, quae lectorem scire interest, explicaturus eram, calamum manibus excussit valetudo denuo ingravescens et corporis ingeniique vires ultra quam dici potest frangens. Itaque hoc unum dixisse sufficiat, Athenaeo meo tanquam fundamentum substratum esse textum a Guilelmo Dindorfio constitutum, a quo ubicunque mihi recedendum esse putavi, id paucissimis locis exceptis diligenter indicavi.

Ceterum quas Analectis criticis inserui Exercitationes philologicas, earum specimen primum editum est Berolini a. MDCCCXLIII. alterum MDCCCXLVI. de qua re certas ob causas hoc loco admonendum duxi.

Scribebam Berolini m. Decembri MDCCCLXVI.

**Augustus Meineke.**

# ANALECTA CRITICA

AD

# ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS.

I, 1. c. *Μόνος ποιητής*. *Μόνος* neque graecum neque latinum nomen est. In C duo puncta superne posita sunt, quem in hoc libro mendorum indicem esse annotavit Dindorfius. *μόνιος* VL. Graecum esset *Μόνιμος* vel *Μόνιχος*.

Ibid. *τοιαύτῃ πολυμαθείᾳ ἐκ παιδὸς συνεγράφη*. Pro *ἐκ παιδός* vulgo legitur *ἐκ παιδῶν*.

Ibid. d. *δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο*. Legebatur *δύο κύνες ἀργοὶ εἵποντο*. Dicit autem philosophos Cynicos.

Ibid. e. *εἰ ὁ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρός. εἰ ἡ μήτρα ἐπὶ τοῦ ἐδωδίμου βρώματος*. Nihil de his in nostris Athenaei codd. ex quibus etiam alia exciderunt, velut quae apud Cramerum Anecd. Ox. vol. III p. 168. de placenta Gelonia leguntur.

I, 3. a. *τὸν τὰ τούτων διατηρήσαντα βιβλία Νηλέα*. Recipere debebam Casauboni emendationem *τὰ τούτου*. Neleum praeter Aristotelis scripta etiam Euripidis aliorumque bibliothecas acquisivisse nemo memoriae prodidit. Quod statim sequitur Antiphanis fragmentum,

*ἀεὶ δὲ πρὸς μούσαισι καὶ λόγοις πάρει,*
*ὅπου τε σοφίας ἔργον ἐξετάζεται,*

in eo *ὅπου τι σοφίας* scripsi pro *ὅπου τε σοφίας*. Codd. *ὅπου σοφίας*. Cf. Com. graec. III p. 143.

Ibid. c. In Apollodori versibus *ἔσηνε καὶ προσῆλθ'*, *παντήσας δέ τις δίφρον εὐθέως ἔθηκε*, Toupium secutus *ἔσηνε* dedi pro *ἔσανε*. In ceteris Grotium secutus sum, vulgo *προσῆλθεν, ὑπήντησε τις*. C *ὑπαντησέ τις* (η superscr.).

Ibid. f. Primum versum eclogae Antiphaneae e Dindorfii emendatione exhibui

*τοῦ γάρ τις ἄλλου πρὸς θεῶν ἂν οὕνεκα*
*εὔξαιτο πλουτεῖν.*

Vulgo *πρὸς θεῶν περ οὕνεκα*. in quibus *περ* om. codd. Vs. 7. Herwerdenus Nov. Add. crit. p. 22. [*μόνοισι*] *δείπνοισιν τὸ πεινῆν παύεται*. Mox edebatur *Χαλκηδόνιος*, quod *Καλχηδόνιος* scripsi.

I, 4. a. *ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος*. Vulgo *ἥκω*, scripsi *ἥκει*, quemadmodum probabile est Charmum consilio suo accommodate Euripidis versum immutasse.

Ibid. b. Charmus Syracusanus, si quando epulanti minutuli pisces apponerentur, dicere solebat *οὐκ ἀπ᾽ ἐμοῦ σκεδάσεις ὄχλον;* ad quae Dindorfius 'nescio', inquit, 'quo auctore Casaubonus Homeri versum esse dicat *οὐκ ἀπ᾽ ἐμοῦ σκεδάσεις ὄχλον ταλαπείριε πρέσβυ;* qui non est Homericus'. Sane fefellit Casaubonum memoria; at legerat illum versum apud Diogenem Laert. II, 117. Videtur cyclici poetae versus esse, pariter ut ille quo idem Diogenes VII, 163. utitur *τίς δέ σ᾽ ἐτύφλωσεν; τίς ἀφείλετο λαμπάδος αὐγάς;* quae Welckerus ad Cratini *Ὀδυσσεῖς* referebat. Exercit. philol. II p. 1. Versum illum *οὐκ ἀπ᾽ ἐμοῦ σκεδάσεις* servavit etiam Philodemus *περὶ εὐσεβείας* apud Nauckium in Bulletin de l'Acad. de St Pétersb. VII p. 200. *ἦν πολὺς ἐν τοῖς ὄχλοις Σωκράτης δέον καὶ τοῖς ἐπάγουσιν τὸν · οὐκ ἀπ᾽ ἐμοῦ σκεδάσεις;* *λόγον πρόχειρον ἔχειν.*

Ibid. c. *Σκιάθῳ*. Libri *Συναίθῳ*. Recepi emendationem Casauboni.

Ibid. d. *Κλεάνθης δὲ ὁ Ταραντῖνος — πάντα παρὰ τοὺς πότους ἔμμετρα ἔλεγε, καὶ Πάμφιλος δὲ ὁ Σικελός, ὡς ταῦτα*

*ἔγχει πιεῖν μοι, καὶ τὸ πέρδικος σκέλος,*
*ἀμίδα δότω τις· ἢ πλακοῦντά τις δότω.*

Non intelligitur quo pacto ista Cleanthes vel Pamphilus s[e] coniuncta pronunciare potuerit. Itaque nescio an ista s[ic] distinguenda sint « *ἔγχει πιεῖν μοι* » « *καὶ τὸ πέρδικος σκ[έ]λος* » « *ἀμίδα δότω τις* » *ἢ* (*καὶ*?) « *πλακοῦντά τις δότω* » Quae singula sunt comicorum poetarum dicta, nisi qu[od] verba *καὶ τὸ πέρδικος σκέλος* e proverbio ducta sunt, q

lepide usus esse fertur Hegemo Thasius, qui sicubi parodias ludenti haerebat aqua, subicere solebat *καὶ τὸ Πέρδικος σκέλος*, cui non habeo quod aptius comparari possit, quam Aristophaneum *ληκύθιον ἀπώλεσα*. Rem narrat Append. Prov. Gotting. II, 65: *Ἐν παντὶ μύθῳ καὶ τὸ Πέρδικος σκέλος· ἐπὶ τῶν κατὰ ἀπορίαν λόγου παρελκούσῃ χρωμένων τῇ προσθήκῃ. Πέρδιξ γὰρ ἦν τις Ἀθήνησι χωλὸς κάπηλος, οὗ διαβεβοημένου Ἡγήμων ὁ Θάσιος ὁπότε παρῳδῶν ἀπορήσειε προσετίθει «καὶ τὸ Πέρδικος σκέλος»*. Fuerunt etiam aliae huius proverbii formae, veluti *καὶ τὸ Δαιδάλου μύσος*, de quo vide Zenobium IV, 6. et *καὶ τὸ Κήπιδος σκέλος*, cuius unum testem habemus Hesychium, *Κήπιδος σκέλος: παροιμιῶδες ἦν* (add. *κατὰ*) *τὸ Πέρδικος σκέλος*. Quod item ex comico poeta, qui Cepidem, fortasse illum Adimanti patrem a Platone Prot. p. 315 e. memoratum ridere vellet, derivatum esse suspicor. Quod Hegemo Thasius proverbio sic ut supra indicatum est usus fertur, documento esse videtur, non hexametras tantum sed iambicas etiam parodias dicacem virum ludisse. Cf. Athen. IX p. 407 a. Clearchus autem, quem antestatur Athenaeus, illa de Pamphilo et Cleanthe in libris *περὶ παροιμιῶν* tradidisse videtur. Exerc. philol. I p. 2.

Ibid. f. In Antiphanis loco *πρὸς τὰ δεῖπνα* scripsi pro *τὰ δεῖπνα* et versu secundo *ἀφορῶσιν ἀεὶ καὶ* pro *ἀφορῶσι καί*. Ibid. *ἀεὶ θ' ὅπερ* dedi Dobraeum secutus pro *ἀεὶ θ' ὥσπερ*.

I, 5. c. *οὐδὲ λοπὰς κακόν ἐστιν· ἀτὰρ τὸ τάγηνον ἄμεινον*. Haec ex Athenaeo afferuntur apud Cramerum Anecd. Ox. II p. 168. ubi *ἄριστον* pro *ἄμεινον* scriptum est. In seqq. *ὁ γὰρ δέμας ἀνδρὸς ἀνορθοῖ*. Ita Casaubonus, vulgo *ἀνδρὸς* omittitur. Dindorfius edidit *τὸ γὰρ δέμας ἀνέρος ὀρθοῖ*, in quo simplex *ὀρθοῖ* minus commode dictum videtur.

Ibid. d. *πουλύποδος πλεκτὴ δ', ἂν πιλήσῃς* (vel *πιληθῇ*) *κατὰ καιρόν*. Sic emendavi vulgatam scripturam *πλεκτὴ δ' ἂν ἐπεὶ λήψῃ κατὰ καιρόν*. Libri fere *ἂν ἐπιλήψῃ*.

I, 6. a. *εἶθ' οὕτως ἐς ἑαυτὸν κύψαντα εὐωχεῖσθαι*. Vulgo *εἶθ' οὕτως ἀνακάψαντα*. Exhibui scripturam a Suida servatam, quam egregie confirmat, quem imitari videtur scriptor, locus Menandri Fragm. Com. graec. IV p. 280: *κύψας ἐς αὑτὸν τῶν τραγημάτων ἔφλα*. Sic enim recte Plutarchus de

San. p. 133 b. neque debebam ex alio Plutarchi libro ponere *καθ' αὑτόν*. Mox reliqui vulgatam scripturam *εὑρὼν τὴν ὀψοπωλίαν κενήν*. Praestat fortasse quod Suidas habet *ὀψόπωλιν*, quod dictum est ut *ἀλφιτόπωλις στοά*. Ex eodem scripsi in sequentibus *δειπνήσεις* pro *δειπνεῖς*, quod nullo pacto ferri potest.

Ibid. c. *Μελάνθιος — ηὔξατο τῆς μακραύχενος ὄρνιθος τὸν τράχηλον ἔχειν, ἵν' ἔτι πλεῖστον τοῖς ἡδέσιν ἐνδιατρίβῃ*. Cod. B *μακραυχένου* quod fortasse recipiendum erat. Post *πλεῖστον* fortasse excidit *χρόνον*, nisi malis *ἵν' ἐπὶ πλεῖστον*. De Melanthii gulositate eadem memoriae prodidit Photius Epist. 88. cuius verba apposui Hist. Com. p. 206. Ad Sardanapallum transtulit Gregorius de virt. p. 613. cf. Cosmas in Maii Spicil. Rom. II p. 255.

Sequuntur apud Athenaeum ibid. d. Aristotelis verba: *δημηγοροῦντες ἐν τοῖς ὄχλοις κατατρίβουσιν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν τοῖς θαύμασι πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ Φάσιδος ἢ Βορυσθένους καταπλέοντας*. In his primum *τῆς Φάσιδος* scribendum e cod. B. Phasis enim et Borysthenes hoc loco non fluviorum, sed urbium sunt nomina; *θαύματα* autem non de praestigiis intelligenda sunt, sed de loco in quo praestigiatores, mimologi, neurospastae aliique id genus homines artes suas stupenti plebeculae exhibebant. Neglexerunt eam significationem thesauri Stephaniani editores, etiam aliorum scriptorum exemplis comprobatam. Ita Theophrastus Char. VI, 2. dixit: *ἐν θαύμασι τοὺς χαλκοῦς ἐκλέγειν καθ' ἕκαστον περιιόν*. et Athenaeus X p. 452. f. *ἐν τοῖς θαύμασιν ὑπεκρίνετο μίμους*. In eandem sententiam accipienda sunt verba Pausaniae IX, 21. eximiae magnitudinis tritonem *ἐν τοῖς Ῥωμαίων θαύμασιν* se spectasse narrantis. Huiuscemodi miraculis ostentandis in aliis urbibus alius locus assignatus erat, Romae Campus Martius, Athenis praeter forum (Stobaeus Flor. LXXX, 6.) inprimis Scirus et campus Thriasius, in aliis hippodromus (Dio Chrysost. XX p. 493. ed. Rsk.), in aliis denique urbibus peculiare miraculorum forum erat, *τεράτων ἀγορά*. de quo cf. Lobeckium Aglaoph. p. 1304. Exerc. phil. II p. 2. Add. Isocrates de permut. §. 213 Bekk. *θεωροῦντες ἐν τοῖς θαύμασι τοὺς μὲν λέοντας πρᾳότερον διακειμένους — τὰς δ'*

*ἄρκτους καλινδουμένας καὶ παλαιούσας καὶ μιμουμένας τὰς ἡμετέρας ἐπιστήμας.* quae male tentavit v. d. in Journal of class. and sacred phil. no. XI. 1858. March.

In fine loci Aristotelici *ἀνεγνωκότες οὐδὲν πλὴν εἰ τὸ Φιλοξένου Δεῖπνον οὐχ ὅλον* sententia postulabat scribi *οὐδ' ὅλον*; praeterea fortasse *πλὴν εἰ ἄρα τὸ Φιλοξένου.* Ibid. litt. c. probavi scripturam a Suida v. *Φιλόξενος* servatam *διότι νεωτέρα οὖσα ἁλοίη.* Abest vulgo *οὖσα*, ad grammaticam rationem necessarium, quemadmodum statim habes *πρεσβυτέραν οὖσαν.* Pro *διότι*, quod e sequente *διὸ* natum videtur, recte item Suidas habet *ὅτι.*

I, 7. c. De Euphronis loco quas periclitatus sum coniecturas recepit fere Dindorfius. Vs. 11. tutissima emendandi ratio fuerit *τὸν ἀριθμὸν δὲ δώδεκα.* Libri *δὲ* omittunt.

I, 8. a. *Ἀγαθὸς πρὸς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἑστιασόμενος ἧκον· κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων.* Videntur haec ad dimetros revocari posse: *ἀγαθὸς ὢν πρὸς ἄνδρας ἀγαθοὺς ἑστιασόμενος ἐσῆλθον· | κοινὰ γὰρ τὰ των φίλων.* Sequitur fragmentum Archilocheum, cuius partem sic satis tuto, ut opinor, restituere licebit:

*ὧν οὔτε τῖμον οὐδέν' εἰσηνέγκαο,*
*οὔτε μὴν κληθεὶς ἐσῆλθες, οἷα δὴ φίλος φίλοις,*
*ἀλλά σ' ἡ γαστὴρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν —*

Primo versu vulgo legitur *εἰσήνεγκας*, quod Porsonus *εἰσενήνοχας* scribebat; sed eidem debeo *οὐδέν'* in libris omissum. Secundo versu libri *ἦλθες.* Certius videtur quod *φίλοις* post *φίλος* supplevi, quamquam cum notus sit versus proverbialis *ἀκλητὶ κωμάζουσιν ἐς φίλων φίλοι*, etiam conicere possis *οἷα δὴ 'ς φίλων φίλος.* Aliter haec constituit Bergkius P. L. p. 560.

Ibid. b. In Eubuli ecloga vs. 5. coniunctis Porsoni et Schweighaeuseri emendationibus edidi *ὅν φασί ποτε κληθέντ' ἐπὶ δεῖπνον πρός τινος | εἰπόντος αὐτῷ τῶν φίλων.* Codd. *ὅν φασί ποι κληθέντ' ἐπὶ δεῖπνον πρὸς φίλου τινὸς εἰπόντος αὐτῷ τοῦ φίλου.* Vs. 11. auctore Dindorfio inserui *δέ*, magis tamen placeret *φάναι δ' ἔπειτα*, quod voluit Porsonus, vel *ἔπειτα φῆσαι.* In sequente Amphidis loco *κἂν* scripsi pro *καί*, et in Antiphanis fragmento *μακάριος ὁ βίος· δεῖ δ' ἀεὶ*

καινὸν πόρον εὑρεῖν ἔμ' ὡς. pro ᾧ δεῖ μ' ἀεὶ καινὸν πόρον εὑρίσκειν ὡς. malim nunc δεῖ μ' ἀεὶ καινὸν πόρον εὑρεῖν, ὅπως — ut scripsi Com. gr. III p. 143.

Ibid. e. ἄκαπνα γὰρ αἰὲν ἀοιδοὶ θύομεν. Haec primitiva huius non tam proverbii quam sententiae ex epico vel elegico poeta ductae forma est, quam praeter alios minus integre reddidit Eustathius Prooem. Pind. ed. Schneidew. p. 23: Δελφόσε δὲ ἐρωτηθεὶς τί πάρεστι θύσων, παιᾶνα εἶπε — πρὸς ὃ συλλαλεῖ καὶ ὁ γράψας ὡς ἄκαπνα θύουσιν ἀοιδοί. Ubi quem editor affert Philodemum in Volum. Hercul. I p. 95, 10. βραχεῖαν δὲ τὸ μέλος ἔχει σύνθεσιν, καὶ τὸν Πίνδαρον οὕτω νομίζειν, ὅτ' ἔφη θύσων ποιήσεσθαι διθύραμβον. in eo pro θύσων scribendum est quod sententia flagitat θυσίαν. Exerc. phil. II p. 2.

I, 10. e. λοῦνσι γοῦν καὶ αἱ Κωκάλου θυγατέρες, ὡς νενομισμένον, τὸν Μίνω παραγενόμενον εἰς Σικελίαν. Haec e Sophoclis Camiciis ducta esse suspicor.

I, 11. c. Antiphanis affertur locus:

ἄριστον ἐν ὅσῳ δ' ἔνδον ὁ μάγειρος ποιεῖ.

Sic supplevi hunc versum, δ' ἔνδον vulgo abest. Cf. Plato com. apud Athen. XV, 666. d.

πρὸς κότταβον παίζειν, ἕως ἂν σφῷν ἐγὼ
τὸ δεῖπνον ἔνδον σκευάσω, πάνυ βούλομαι.

Sequentem eiusdem poetae versum recte emendasse mihi videor συνακρατίσασθαι; πῶς λέγεις; μετ' ἐμοῦ; Legebatur συνακρατίσασθαι πῶς ἔχεις μετ' ἐμοῦ, sensu nullo. Qui sequitur Canthari versus, eum exhibui ut emendavit Cobetus. Libri ἐν Ἰσθμῷ.

I, 12. c. δαιτὸς ἐίσης. Recte corrigunt θυμὸν ἐίσης ex Odyss. θ. 98. Ibid. litt. e. καὶ γὰρ ταῦτα εἰς ἴσον χωροῦντα ἐγένετο, delendum εἰς; monuit Nauckius.

I, 13. b. Halieuticorum versibus scriptorum auctores recensentur Caecilius Argivus, Numenius Heracleota, Pancrates Arcadius, Posidonius Corinthius, Oppianus Cilix. In horum recensu cum manifesto Athenaeus temporum ordinem secutus sit, dubitari potest num qui primo loco memoratur poeta recte appelletur Καικίλιος, quo nomine Argivus scriptor Numenio, qui ante Nicandrum vixit, aetate superior uti vi

potuit. Accedit quod haec nominis forma a Reinesio demum invecta sit. Libri enim Καίκλιος scriptum habent, quo nihilo melius est quod Suidas et Eudocia praebent Κικίλιος. Verum viri nomen fortasse Καίκαλος vel Κίκαλος fuit, cuius exemplum habemus apud Thucyd. IV, 119: Μεγαρέων δὲ Νίκασος Κικάλου. De Numenii, cuius Halieutica frequenter ad partes vocat Athenaeus, aetate quod dixi, nitebar indicio scholiastae ad Nicandri Ther. 237: μεταπεποίηται δὲ ἐκ τοῦ Νουμηνίου· ὑποχλωρόν γε μὲν ἕλκος | κυκλαίνει, τὸ δὲ πολλὸν ἀνέδραμεν αὐτόθεν οἶδος. Ita enim hi versus scribendi videntur, quos e Theriacis Numenii petitos suspicor, quorum notitiam debemus eidem scholiastae Nicandri ad Ther. 637: ὅτι δὲ δύο εἴδη (ἐχιείου) μαρτυρεῖ καὶ Νουμήνιος ἐν τοῖς Θηριακοῖς. Ad idem carmen refero haec quantumvis corrupta apud schol. l. l. 256:

ῥέθεσίν γε μὲν εἴδετ' ἐπ' ἰχώρ
ἠερόεις· τοτὲ δ' αὖ μολίβῳ ἐναλίγκιον εἶδος
ἀμφί ἓ κυδαίνει χάλκῃ ἴσον.

Cf. idem ad vs. 518. Hunc autem Numenium, Theriacorum auctorem, ab eo qui Halieutica composuit non diversum fuisse, ex eo intelligitur, quod hunc Dieuchis dogmatici medici (Sprengel. Hist. art. med. I p. 496) discipulum fuisse tradit Athenaeus I p. 5. a. De Pancrate Arcadio disseruit nuper Th. Bergkius Museo Rhen. nov. I p. 355. Exerc. phil. I p. 2 sq.

Ibid. litt. c. In verbis ἀλλὰ κἂν τῷ βυθῷ κατὰ βάθος κειμένων, pro ἀλλὰ fortasse ἅμα scribendum est. Mox litt. f. ante πάρθεσαν addidi γέρα.

I, 14. e. Δημοτέλης ὁ Θεοκρίτου τοῦ Χίου σοφιστοῦ ἀδελφός. Hoc posui ex emendatione Jacobsii. Libri Θεόγνιδος.

I, 15. a. In Antiphanis loco quod posui ἀπόδος pro ἀπόδοσιν Dobraei coniectura est. In eiusdem Antiphanis fragmento νῆστις pro ἥεις scripsi ex Cobeti coniectura, iusto, ut mihi nunc videtur, festinantius. Quis enim praestet poetam non scripsisse φαίνινδα παίζων ἦν τις ἐν Φαινεστίου, vel sententia imperfecta φαίνινδα παίζων εἴ τις ἐν Φαινεστίου. In Damoxeni loco edidi:

νεανίας τις ἐσφαίριζεν εἷς
ἐτῶν ἴσως ἑκκαίδεκ' ἢ ἑπτακαίδεκα.

Porsonum secutus. *ἑκκαίδεκ' ἢ* libri omittunt, sed eodem iure suppleveris *γενόμενος*.

I, 17. b. In lepida de procorum Penelopae lusu narratiuncula scribendum putavi *τὸν δὲ Εὐρύμαχον πλείστας νίκας εἰληφέναι ταύτῃ τῇ παιδιᾷ καὶ εὔελπιν εἶναι τῷ γάμῳ*. Addidi *νίκας*. praeterea *τῶν γάμων* malim pro *τῷ γάμῳ*.

Ibid. d. De Eupolidis fragmento quantum satis est dixi in minore editione Fragm. Com. II p. 210. et de vs. 5. praefat. ed. min. p. XXIV. In ipsis Athenaei verbis fortasse *τὸν τῆς ἁμίδος νόμον* scribendum est, nisi ipsius Athenaei sive epitomatoris error est male Eupolidis verba interpretati.

I, 18. a In Duridis loco *ἁλουργοῖς περιστρώσας ἱματίοις* malim omnino *ἐπιστρώσας* et mox *τὸν ἆθλον* pro *τὸ ἆθλον*. Ibid. legebatur *Ὅμηρος — τοὺς ἥρωας οὐ παρήγαγεν ἄλλο τι δαινυμένους ἢ κρέα καὶ ταῦθ' ἑαυτοῖς σκευάζοντας*. Scribendum erat *καὶ ταῦτ' αὐτοὺς ἑαυτοῖς*.

Ibid. b. *νῦν δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεπτώκαμεν ὡς κατακεῖσθαι δαινύμενοι*. Post *τοσοῦτον* desidero *μαλακίας*.

Ibid. c. In Alexidis loco *κολυμβῶν* scripsi pro *κολυμβᾶν*, Dobraei emendationem secutus.

Ibid. d. Malim *ουτω φησὶ δεινάς τινων ὀχευτικὰς δυνάμεις εἶναι* pro edito *φησί τινας ὀχευτικὰς δυνάμεις εἶναι*.

I, 19. b. *χαλκῆν εἰκόνα ἀνέθηκαν*. Scribendum *ἀνέστησαν*, ut recte habetur litt. a. *ἀνδριάντα ἀνέστησαν* et p. 19. e. *Εὐρυκλείδην ἐν τῷ θεατρῳ ἀνέστησαν*. Aliud est *εἰκόνα ἀναθεῖναι*, aliud *ἀναστῆσαι*.

I, 20. a. *Διοπείθης — ὑποζωννύμενος οἴνου κύστεις μεστὰς καὶ γάλακτος καὶ ταυτας ἀποθλίβων ἀνιμᾶν ἔλεγεν ἐκ τοῦ στόματος*. Legendum videtur *ἐκ τοῦ σωματος*. Sequuntur haec *τοιαῦτα ποιῶν ηὐδοκίμει καὶ Νοήμων ὁ ἠθ...* In C *ἠθαλῆ* aut simile quid scriptum esse annotavit Schweighaeuserus. Recepi Bergkii emendationem *ἠθολόγος*, quam prodidit Iaen. A. L. Z. 1844 p. 1210.

Ibid. b. *ἐν ᾗ συνιδεῖν ἔστιν οὔτως πάσας τὰς πόλεις ἱδρυμένας*. Pro *οὔτως* scripsi *ὄντως*. quod edito tolerabilius est; fortasse tamen aliud quid latet.

I, 21. a. Ion tragicus *ἐκ τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤρχησεν φρένας*. Ita Dindorfius dedit pro *ὤρχησε*. Possis igitur

ὤρχησαι, animo commotus es. Activi ὀρχεῖν commovere perquam incerta fides est.

Ibid. c. ἐπισταμένα τὰ βράκε' ἕλκην ἐπὶ τῶν σφύρων. Sapphonis sunt verba emendata a Bergkio P. L. p. 683. Libri ἐπισταμένα τὰ βράκεα ἕλκειν ἐπὶ των σφυρῶν. Philetaeri quod sequitur fragmentum sic scribendum suspicor:

ἀμφὶ τοῖς στέρνοισι φᾶρος οὐ καθήσεις ὦ τάλαν,
μηδ' ἀγροικικῶς ἄνω τοῦ γόνατος ἀμφέξει;

Vide mea Add. ad Fragm. Com. vol. V p. 85. et Iacoby p. CXCI. Nisi forte ἀγροικηρῶς scribendum est; libri ἀγροίκως habent.

In Alexidis ecloga litt. d. vs. 4. pro μηδεὶς γὰρ ἡμᾶς Herwerdenus corrigit μηδεὶς παρ' ἡμῶν, Dobraeus μηδεὶς ἂν ἡμῶν et vs. 3. πράττοιτ' ἂν pro πράττεται.

Sequentium litt. e. sententiam enucleavit Lobeckius Aglaoph. p. 84. cf. Fritzsche ad Aristophanis Ran. p. 343.

In Aristophanis fragmento litt. f. servato recte pro σχηματίσαντας olim correxi σχηματίσαντες. V. Curas crit. p. 10. In eodem loco paulo insolentius dictum est ὅτε τῷ Πριάμῳ συλλυσόμενοι τὸν παῖδ' ἦλθον τεθνεῶτα, pro σὺν τῷ Πριάμῳ ἦλθον λυσόμενοι τὸν παῖδα, nihil tamen mutandum videtur.

Ibid. Τελέστης — πολλὰ ἐξεύρηκε σχήματα, ἄκρως ταῖς χερσὶ τὰ λεγόμενα δεικνυούσαις. Aut excidit χρησάμενος aut pro δεικνυούσαις scribendum est δεικνύς. Cod. B δεικνυούσας, unde conicias epitomatorem barbara aoristi forma usum esse δεικνύσας.

I, 22. b. Inter alia saltationum genera memorantur etiam ὀρχήσεις Μαντινιακαί, quod Μαντινικαί scribi et usus postulat et ratio. Quae enim a primitivis in ευς vel εια exeuntibus formantur possessiva, non in ιακος exeunt (quae poetis relinquenda sunt), sed extrita ε terminantur in ικος, Πειραϊκός Χαιρωνικός Δεκελικός (de quo non recte statui ad Com. III p. 514) Ἀκαδημικός *), alia apud Lobeckium Pathol. Prol. p. 322, quibus adde Τρομιλικός, non recte, ut videtur, Τρομίλιος scriptum in Simonidis versu apud Athen.

*) Haec enim genuina etsi ubique fere obliterata forma esse videtur, non Ἀκαδημιακός, qua poetae utuntur, multo minus Ἀκαδημαϊκός. V. Dindorf. Praef. Luciani I p. XXIII.

XIV p. 658 c, *Κορωνικός* apud Strab. IX p. 407. in *Κορωνιακός* corruptum, et quod duplicem ecthlipsin passum est *Φενικός* a *Φενεεύς* apud Stephanum Byz. v. *Φενεός*. Ad genuinam formam proxime accedit quod cod. B habet *Μαντικαί*, quemadmodum apud Themistium Or. XIII p. 199, 7. olim legebatur *Μαντικὴ ξένη* pro *Μαντινική*.

De Mantinensium orchestica egerat Stephanus Byz. s. v. *Μαντίνεια*, ut intelligitur ex iis quae leguntur s. v. *Λακεδαίμων*. Fuit ea ex genere enoplio, quam tanta arte illi exercebant ut primi eius auctores fuisse perhibeantur, docente Plutarcho V. Num. 13: *Σάλιοι δ' ἐκλήθησαν οὐχ ὡς ἔνιοι μυθολογοῦσι, Σαμόθρακος ἀνδρὸς ἢ Μαντινέως, Σαλίου ὄνομα, πρώτου τὴν ἐνόπλιον ὄρχησιν ἐκδιδάξαντος* [leg. *διδάξαντος*], quae e Polemone derivata sunt, qui teste Festo s. v. Salios p. 229. Müll. Arcada quendam fuisse dixerat nomine Salium, quem Aeneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui iuvenes Italicos *ἐνόπλιον* saltationem docuerit. Pro Salio Demeam nominat Ephorus apud Athenaeum IV p. 154. d. *πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὁπλομαχίας μαθήσεις ἐν Μαντινείᾳ πρῶτον εὑρέθησαν, Δημέου τὸ τέχνημα καταδείξαντος*. Denique ad Diomedem eius inventionem refert Schol. Iliad. ψ. 818. Hoplomachia autem non diversa existimanda est ab *ὀρχήσει ἐνοπλίῳ*, quae in eo cernebatur, ut arma cum decoro corporis motu et ita tractarentur, ut digladiantes perfectae artis imaginem exhiberent. Quem Demeam vocavit Ephorus, Demonax dicitur Hermippo apud Athenaeum l. l. *Ἕρμιππος δ' ἐν πρώτῳ περὶ νομοθετῶν τῶν μονομαχούντων εὑρετὰς ἀποφαίνει Μαντινεῖς, Δημώνακτος ἑνὸς τῶν πολιτῶν συμβουλεύσαντος, καὶ ζηλωτὰς τούτου γενέσθαι Κυρηναίους*. Quibus cave ita utaris ut Mantinenses gladiatoriae artis, qualis a Tuscis et Romanis exercebatur, auctores fuisse existimes, cuius artis notitia apud Graecos in seriora incidit quam quibus Demonax vixit temporibus; neque enim dubium esse potest, quin Demonax iste idem sit, quem Herodotus IV, 161. a Cyrenaeis adscitum fuisse prodidit, ut reipublicae suae statum ordinaret. Exerc. phil. II p. 2.

I, 22. d. Timon Phliasius: *βιβλιακοὶ χαρακῖται ἀπείριτο*

δηριόωντες. Ita Wachsmuth Fragm. Timonis Phliasii p. 71. edidit pro χαρακεῖται, Eustathius χαρακίται. Vox de vitio suspecta est: παράσιτοι absque veri specie coniecit Heckerus Philol. V p. 434. Si incorrupta vox est, ad χάραξ revocaverim et χαρακίτας de eruditis interpreter, qui in Museo tanquam vallo circumsepti delitescunt. Ad χαράσσω, scribo, si cum Casaubono revoces, esse debebat χαρακτής. Paullo post sequuntur haec: Μνησίθεος δὲ Ἀθηναῖος Διόνυσον ἰατρόν φησι τὴν Πυθίαν χρῆσαι τιμᾶν Ἀθηναίοις. Referendus huc fortasse Hesychius Ἰατρός· — ἥρως Ἀθήνησιν ἀρχαῖος. In Alcaei fragmento secutus sum Bergkium P. L. p. 715.

Ibid. litt. f. Eupolidis locus est ἵνα | πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλυτον φορῇ, in quo ἔκκλυστον scribendum esse suspicatus sum Comic. fragm. II p. 491. Sequitur Antiphanis locus

τὸ δὲ ζῆν εἰπέ μοι
τί ἐστίν. [B ὅ τι ἐστίν]; τὸ πίνειν φήμ' ἐγώ,

in quo Hermanno auctore ὅ τι ἐστίν supplevi. In eiusdem poetae versu ib. p. 23. a. servato:

δεῖ γὰρ φαγόντας [φάρυγα] δαψιλῶς βρέχειν,

ipsa linguae lex φάρυγα addi postulabat. Fallitur enim Athenaeus quum dicit εἴρηται τὸ βρέχειν καὶ ἐπὶ τοῦ πίνειν, nisi scripsit πιπίσκειν vel ποτίζειν. Quae proxime sequuntur Eubuli verba edidi ut probabili coniectura in ordinem Hanovius redegit. Vulgo πέπωκ' ἐγὼ μὰ Δία Μενδαῖον.

I, 23. c. Diphili verba ἐγὼ δ' ἕως μέν τινος ἀνεκείμην unius voculae transpositione ad legitimos numeros revocavi ἐγὼ δ' ἕως τινὸς μὲν ἀνεκείμην. Ibid. in Philippidae frustulo ἀνδριάντας pro ἀνδριάντα scripsi, nec male in Alexidis versu Herwerdenus scripsit

ὅση 'στὶ κατακεῖσθαι πρὸ δείπνου συμφορά.

quamquam quum nesciamus quid praecesserit apud poetam, servandam puto librorum scripturam ὡς ἔστι κατακεῖσθαι. Litt. e. in Philonidis versu erat κατάκειμαι ὡς ὁρᾶτε et in Euripidis versu φάρυγγος αἰθέρ' ἐξανιείς, quod correxit Porsonus.

I, 24. b. Eratosthenis fragmentum:

ὀπταλέα κρέα
ἐκ τέφρης ἐπάσαντο, τά τ' ἀγρώσσοντες ἕλοντο,

si sanum est, novum documentum praebet quanta vel meliorum Alexandrinorum licentia fuerit. Quis enim ferat *ἑλέσθαι κρέα* eo quo ab Eratosthene sensu est positum. Loquitur de assatis carnibus tanquam de feris. Sed vereor ne post *κρέα* exciderit *θηρῶν*, ad quod recte referri potest neutrum *τά*. Cf. Homerus Il. ε'. 140. *ἐπ' εἰροκόμοις ὀΐεσσι — τὰ δ' ἐρῆμα φοβεῖται.*

I, 25. c. De Eubuli loco dixi Comic. fr. III p. 226. ubi quod vs. 6. conieci *πικρὰν στρατείαν εἶχον* pro *εἶδον*, etiamnunc verum puto. Vs. 8. recepi Dobraei emendationem *βίᾳ* pro *μίαν*.

Ibid. litt. e. f. *ὥστ' ἀνακύπτειν τὰς Σικελικὰς καὶ Συβαριτικὰς καὶ Ἰταλικὰς τραπέζας.* Pro *Ἰταλικὰς* cod. B habet *ἰατρικάς*. Malim *Ἠλιακὰς* cll. Athenaeo I p. 27 d. VIII p. 382 b. In Timoclis versu

*Χῖοι πολὺ*
*ἄριστ' ἀνευρήκασιν ὀψαρτυτικήν*,

nescio an scribendum sit *πρώτιστ' ἀνευρήκασιν*. fortasse tamen praestat *ὀψαρτυτικά*.

I, 27. a. *λιπαρὸς πόσις* * * Imo *λιπαρὸς πόσ* * * ut recte edidit Dindorfius, qui supplet *λιπαρὸς πόσ[εως ἄρχεται ἀπὸ ἐτῶν* *]. Litt. d. *ὁ δὲ Μαμερτῖνος ἔξω μὲν τῆς Ἰταλίας γίνεται· καὶ γινόμενος ἔξω μὲν τῆς Ἰταλίας καλεῖται Ἰωταλῖνος.* Recte Casaubonus emendasse videtur *Ποταλῖνος* cll. Plinio XIV. 6. 8. ubi laudantur vina Potulana, ab auctore dicta.

Ibid. litt. e. In fragmento Antiphanis verba *τυρὸς Σικελικός*. quae libri post tertium versum habent, post quartum reieci. Quae sequitur Hermippi ecloga, eam posui in Fragm. Com. graec. II p. 407 (1149 ed. min.). Vs. 10. *Κορκυραίους* malim pro *Κερκυραίους*. Vs. 11. *ὀπτὴ δίχα* nunc scripsi praeeunte Dindorfio pro *ὅτι δίχα*. Vs. 13. *ταῦτα μὲν ἐντεῦθεν· ἐκ δ' Αἰγύπτου τὰ κρεμαστά.* Tentabam *ταῦτα μὲν οὖν ἐντεῦθεν· ἀπ' Αἰγύπτου δὲ κρεμαστά.* Herwerdeno Nov. Add. crit. p. 6. placet *ἐντεῦθεν μὲν ταῦτ'· ἐκ δ' Αἰγύπτου τὰ κρεμαστά.* Fortasse nihil mutandum est et brevis syllabae productio interpunctione excusanda. Vs. 22. vereor ne non recte Iacobsii emendationem secutus sim. Libri *Φοινίκη δ'*

αὖ καρπὸν φοίνικος καὶ σεμίδαλιν. quae nunc ita mihi correxisse videor:

*Φοῖνιξ δ' αὖ καρπὸν φοίνικος καὶ σεμίδαλιν.*

I, 28. a. De Pindari loco dixit Bergkius P. L. p. 254. quem in plerisque secutus sum. Sequitur Critiae carmen, in cuius vs. 1. κόσσαβος pro κότταβος posui. Vs. 10.

*Φοίνικες δ' εὗρον γράμματα λεξίλογα.*

Libri ἀλεξίλογα. Schweighaeuserus λεξίλογα. Dobraeus δεξίλογα, quorum neutrum satis commodum est. Scribendum videtur γράμματ' ἀεξίλογα, quod aptissimum litterarum epitheton est.

Ibid. c. καὶ Ἀντίδοτος δὲ Θάσιον ἔγχει. ὃ γὰρ ἂν λαβόν μου καταφάγῃ τὴν καρδίαν — ita praeclare emendavit locum Kiddius, libri καὶ ἀντίδοτον δέ. Pro λαβόν iidem λαβών. unde suspiceris Θάσιον ἔγχει λαβών· | ὃ γὰρ ἂν λαβόν μου καταφάγῃ τὴν καρδίαν — Particulam ἂν adiecit Schweighaeuserus. Alexidis versum emendavit Dobraeus, vulgo ἡδὺς ὁ Βρόμιος τὴν ἀτέλειαν Λεσβίου.

I, 28. f. Antiphanis fragmentum:

*ἔστιν ὄψον χρηστὸν ἐπαγωγὸν πάνυ,*
*οἶνός τε Θάσιος καὶ μύρον καὶ στέμματα.*
*ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις. ἐν δὲ τοῖς κακῶς*
*πράσσουσιν οὐκ ἔνεστιν Ἀφροδίτη βροτοῖς.*

Postrema haec ἐν πλησμονῇ γὰρ etc. Dindorfius a praecedentibus separavit, cuius rei hanc haud dubie rationem habuit, quod neque Κύπρις apud comicum poetam recte primam producit, totusque horum versuum Euripideus potius quam comicus color est. Eam ob rem ego in Com. gr. III p. 144. Dindorfio obsecutus sum. Est tamen quod dubitationem iniciat; agit enim Athenaeus de variis vinorum generibus, de Lesbio Pramnio Thasio Chio Psithio, quorum singula singulis comicorum poetarum, Antidoti Alexidis Ephippi Eubuli Antiphanis Anaxandridis, testimoniis adstruit. In illis autem quos incerto poetae Dindorfius assignavit versibus nulla vini memoria est, ut nullo pacto intelligi possit, quo consilio eos scriptor reliquis testimoniis intermiscuerit. Eam ob causam igitur eos a reliquis Antiphanis versibus, quibus ad sententiam aptissime coniunguntur, disiungi posse

nego. Quod autem prima syllaba in nomine *Κύπρις* producitur, hanc causam habet, quod poeta notissimum Euripidis versum expressit, *ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶσι δ' οὔ*, de quo cf. Matthiae Euripidis fragm. inc. 164. cui comparandus est eiusdem, ut suspicor, poetae versus apud Hermiam ad Platonis Phaedrum p. 76. *πλήρει γὰρ ὄγκῳ γαστρὸς αὔξεται Κύπρις.* de quo dixi Com. graec. IV p. 171. Similem ob causam idem noster poeta in *τέκνον* primam produxit *τούτῳ δὲ τέκνον πολλὰ κἀγάθ' οἱ θεοί.* de quo cf. Com. graec. V p. 77. quae excusatio etiam Aristophanis inc. fab. fragm. LXXXI p. 1194. adhibenda est *ἄκων κτενῶ σε τέκνον.* Accedit quod Antiphanes etiam alias tragicorum orationem imitatus est. Vide Aeoli fragm. I p. 7. Thamyram p. 55. Omphal. I p. 96. Philotheb. I p. 126. Ceterum pro *πράσσουσιν* scribendum est *πράττουσιν*. Exercit. phil. II p. 3.

I, 29. b. Eubuli locus sic scriptus edebatur:

*ὁ Λευκάδιος πάρεστι καὶ Μιλήσιος*
*οἰνίσκος οὕτω πότιμος.*

Scripsi *ου Λευκάδιος γάρ ἐστιν* et *οὔπω πότιμος*. Pro *Μιλήσιος* libri fere habent *μελλίττιος.* in quo aliud quid latere videtur. In Archestrati fragmento ib. c. edidi *οὐκ οἴνῳ σοι ὅμοιον ἔχειν γέρας* pro vitioso *οὐκ οἴνῳ σοι ἔχειν ὅμοιον γέρας*. Vs. 14. commode expleas verbis *χαίρειν δὲ κελεύω.*

Ibid. d. Apud Ephippum *τοῦ φοινικίνου* scribendum erat pro *τοῦ φοινικικου*, de quo iam olim admonueram.

Ibid. e. In Hermippi vs. 1. supplevi *μάκαρες* praeeunte Herwerdeno, vulgo *καὶ*. Eodem auctore vs. 4. scripsi *τούτῳ—ἀρίστῳ* pro *τοῦτον—ἄριστον*. Praeterea vs. 1. *μενδαῖον* requirebant Hermannus et Herwerdenus; dativum *μενδαίῳ* nescio an defendat quod passim legitur *ὕει πολλῷ. ὕει ἀλλᾶσιν* etc. Vs. 3 erat *ὀδμή.* quod *ὀσμή* scripsi, et vs. 9. *ὑψερεφὲς δῶ* pro *ὑψιρεφὲς δῶ* ex B. Vs. 11. non ferri potest *ἀμβροσία καὶ νέκταρ ὁμοῦ τοῦτ' ἐστὶ τὸ νέκταρ.* Scribendum suspicor *τοῦτ ἐστὶ τὸ πῶμα.* Consimili vitio p. 12 c. in versu Homerico scriptum est *ἤδη μὲν δαιτὸς κεκορήμεθα δαιτὸς ἐίσης* pro *θυμὸν ἐίσης*, voce *δαιτὸς* describentis vitio ex prioribus repetita.

I, 30. a. Septem urbes a Cyro Pytharcho donatas nomina

scriptor *Πήδασον Ὀλύμπιον Ἀκαμάντιον Τίον Σκῆπτρα Ἄρτυψον Τορτύρην*. In his ante Turnebum et Casaubonum pro *Ἀκαμάντιον* legebatur *Καμάντιον*, quod servavit Dindorfius. *Ἄρτυψον* de Artaca vel Artymneso satis probabiliter interpretatur Casaubonus, *Σκῆπτρα* idem de Scepsi intelligit.

Ibid. b. Aristophanis locum tractavit nuper Herwerdenus Add. crit. nov. p. 18.

Ibid. e. Pramnium vinum Didymus *ἀπὸ πραμνίας ἀμπέλου* nominatum esse contenderat, *οἱ δὲ ἰδίως τὸν μέλανα, ἔνιοι δε ἐν τῷ καθόλου τὸν πρὸς παραμονὴν ἐπιτήδειον.* In his *ἐν τῷ καθόλου* Casaubonus interpretatur in totum, generaliter. Recte ut videtur. Cf. schol. Pindari Olymp. II, 106. *τοῦτο ἐν τῷ καθόλου λέγει.* Add. Diotogenes in Stobaei Flor. XXXXVIII p. 264, 9. *χραστὸς γὰρ ἐσεῖται πᾶς βασιλεὺς τὸ μὲν καθόλου δίκαιος ὤν*, ubi scribendum videtur *ἐν τῷ καθόλῳ*. Qui sequitur locus Amphidis, eum ex Elmsleii emendatione ita edidit Dindorfius

*ποδαπὸς σύ; φράσον.* B. *Ἀκάνθιος.* A. *εἶτα πρὸς θεῶν*
*οἴνου πολίτης ὢν κρατίστου στρυφνὸς εἶ;*

Vulgo *ποδαπὸς εἶ*. Hinc correxi:

*ποδαπός εἶ, φράσον.*
[A. *ὁ ποδαπός εἰμ᾽;*] B. *Ἀκάνθιος.* A. *εἶτα πρὸς θεῶν* —

quae mihi lenior esse videtur emendandi ratio.

Ibid. f. *Στράττις δὲ τὸν Σκιάθιον ἐπαινεῖ·*
*οἶνος κοκκύζει τοῖς ὁδοιπόροις πιεῖν*
*μέλας Σκιάθιος.*

Reposui *κοχύζει*, et in sequente Achaei fragmento ex emendatione Casauboni dedi

*ἐδεξιοῦντο βιβλίνου μ᾽ ἐκπώματι.*

Non male tamen Nauckius Fragm. Trag. p. 586. coniecit *βιβλίνου μεθύσματι*. Libri fere *βιβλίνου μέθους ἐκπώματι.*

I, 31. a. Philyllii versus ultimus fortasse sic scribendus est:

*μενδαῖον, ὥστε μηδένα* [*μηδὲν*] *κραιπαλᾶν.*

In proximis *Ἐπίχαρμος δὲ ἀπό τινων ὀρῶν Βιβλίνων φησὶν αὐτὸν (βίβλινον οἶνον) ὠνομάσθαι*, quamvis etiam alios grammaticos, ex communi sua fonte derivantes, Epicharmo in hac re auctore uti sciam, fortasse tamen Epicharmo Eparchi-

dis nomen substituendum est cll. p. 30 d. *προσαγορεύεται δέ, φησὶν Ἐπαρχίδης, ἡ τὸν ἰκάριον πράμνιον φέρουσα ὑπὸ τῶν ξένων μὲν ἱερά, ὑπὸ δὲ τῶν Οἰνοαίων Διονυσιάς.* Cf. p. 61. b. Item Epicharmi nomen eximendum glossae Hesychii *Ἀσπαστήν· θαυμαστήν. Ἐπίχαρμος.* Corrigendum esse *ἐπίχαριν* codicis scriptura *ἐπίχαρμ* ostendit. Quod ibid. legebatur *ἀνθὶς Τισάρην* cum Casaubono et Berkelio *Ἀντισάρην* scripsi.

Ibid. b. *τὸ πλησίον αὐτῆς χωρία.* C *τὰ ἀπὸ πλησίον,* unde scribendum *τὰ παραπλήσιον.*

Ibid. c. *ἄμπελος Ἀνθηδονίας καὶ Ὑπερίας ἀπὸ Ἄνθου τινὸς καὶ Ὑπέρου.* Scribendum *Ὑπερειάς.*

Ibid. d. *τὸ καὶ* seclusi, ut fecit Bergkius, et in Alcmanis loco pro *Ὀνογλὶν* malim *Ὀνογλίταν*: monuit sed frustra monuit, iam Casaubonus. Ibid. *ἐρρωμένον* dedi pro *ἐῤῥωμένον,* et pro *Λατωρείαν* scripsi *Λατώρειαν.*

I, 32. b. De Posidippi fragmento *διψηρὸς ἄτοπος ὁ μυρίνης ὁ τίμιος* dixi Com. graec. ed min. p. 1148. Ingeniose tamen Herwerdenus Nov. Add. crit. p. 45. corrigit *δίψης (δίψους) ἀρωγὸς ὁ μυρίνης ὁ τίμιος.*

Ibid. Simonides: *ἦν γὰρ ἔπος τόδ' ἀληθές, ὅτ' οὐ μόνον ὕδατος αἶσαν ἀλλά τι καὶ λέσχης οἶνος ἔχειν ἐθέλει.* Scribendum *ἦν ἄρ' ἔπος* de quo etiam Hermannum admonere memini *). Ita enim constanter haec formula effertur. Neque Euripides Danaes Fragm. X. scripsit *ἦν γάρ τις αἶνος, ὡς γυναιξὶ μὲν τέχναι μέλουσι,* sed *ἦν ἄρα τις αἶνος.* Alia huius dictionis forma ea est, qua *ἦν ἄρα* scribitur, cuius indubia exempla habemus Moschionis apud Stobaeum Flor. CXIV, 9. *ἦν ἄρα τρανὸς αἶνος ἀνθρώπων ὅδε.* Cratini Fragm. Com. IV p. 876. *ἦν ἄρ' ἀληθὴς ὁ λόγος ὡς δὶς παῖς γέρων.* Diogenes Laert. II, 110. *οὐκ ἄρα μῦθος ἦν ἐκεῖνος εἰκαῖος.* Similiter variatur in formula *ἔμελλον ἄρα,* quod *ἔμελλον ἆρα* scribitur apud Aristophanem Acharn. 347. *ἐμέλλετ' ἆρ' ἅπαντες ἀνασείειν βοήν* et Nub. 1301. *ἔμελλόν σ' ἆρα κινήσειν ἐγώ,* quae non recte attentasse videtur Hermannus Praef. Oedipi Col. XXII. Adde Vesp. 406. *ἆρ' ἐμέλλομεν ἀποσοβήσειν.* Exercit. phil. I p. 3.

*) Idem iam Porsonus reposuit.

I, 33. e. τοῖς δ' ἀθαλάσσοις. Hoc dedi ex emendatione Schweighaeuseri, libris in τοῖς δὲ θαλασσίοις consentientibus. Sophoclei loci versu ultimo scripsi ὑφ' ἧς τὸ κρυφθὲν ἐκφανεῖς ἀνάκτορι pro ἀνάκτορον. Welckerus praeeunte Grotio ἀνακτόρων posuit; sed τὸ κρυφθὲν ἀνακτόρων vix recte dicitur de secreto reges celato. In iis quae statim sequuntur ὁ Μαρεώτης οἶνος ὁ Ἀλεξανδρεωτικὸς τὴν μὲν προσηγορίαν ἀπὸ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κρήνης Μαρείας, in his igitur novum mihi accidit Maream appellari κρήνην. Nisi epitomatoris error subest, corrigi velim λίμνης.

I, 34. c. ὅτι δὲ φίλοινοι Αἰγύπτιοι σημεῖον καὶ τὸ παρὰ μόνοις αὐτοῖς ὡς νόμιμον ἐν τοῖς δείπνοις πρὸ πάντων ἐδεσμάτων κράμβας ἔσθειν ἑφθὰς μέχρι τοῦ δεῦρο παρασκευάζεσθαι. Pro μόνοις. quod sine controversia corruptum est, scribendum videtur πρώτοις, quod ᾱ scriptum errorem genuit. Post ἑφθὰς addidi ἅς, ut constructio constaret.

In Eubuli loco ibid. d. scripsi εἰς ἐμέ σου τὴν κραιπάλην μέλλεις ἀφεῖναι ex emendatione Dobraei pro ἐμὲ σὺ τὴν κραιπάλην.

Ibid. e. In Anaxandridis fr. Herwerdenus Obs. crit. p. 57. διασκεδᾶτέ τε τὸ προσὸν νέφος. At quis praestet non tertium aliquid poetam reliquis subiecisse? In Amphidis loco dedi:

οὕτως ἐξελαύνει γὰρ ταχύ,
σφόδρα λῆρον ὥστε τὰς ῥαφάνους ὄντως δοκεῖν.

Vulgo οὕτως ἐξελαύνει γὰρ σφόδρα λῆρον ὥστε τὰς ῥαφάνους οὕτω δοκεῖν; in quo ὄντως pro οὕτω debetur Casaubono.

II, 35. d. Chaeremo τοῖς χρωμένοις | γέλωτα, σοφίαν, ἀμαθίαν. εὐβουλίαν. Ita haec scripsi Nauckium secutus, vulgo εὐμάθειαν. Sequitur incerti comici (fort. Alexidis) fragmentum, in cuius initio posui praeeunte Porsono ὁ Μνησίθεος δ' ἔφη. Vs. 4. erat τοῖσι χρωνένοις. BE τοῖς. unde scripsi τοῖς εὖ χρωμένοις.

II, 36. b. Probabilis est Nauckii Observ. crit. p. 36. coniectura versus 11. et 12. ita scribentis:

ἂν ἴσον ἴσῳ δέ, παράλυσιν τῶν σωμάτων.
ἐὰν δ' ἄκρατον προσφέρῃ, μανίαν ποιεῖ.

Postrema eiusdem fragmenti verba, διὸ καὶ καλεῖσθαι τὸν Διόνυσον πανταχοῦ ἰατρόν. ἡ δὲ Πυθία εἴρηκέ τισι Διονυ-

σον ὑγιάτην λαλεῖν, a praecedente parte separavi. Sunt ipsius Athenaei verba. Pro πανταχοῦ malim πολλαχοῦ.

Ibid. c. In Eubuli loco vs. 10. Suidas habet ὥστ' ἐκβάλλειν ποιεῖ, unde conicias ὥστε κἀκβάλλειν ποιεῖ.

Ibid. d. Epicharmi fragmentum apud Dindorfium ita editum est:

ἐκ μὲν θυσίας θοίνα * *
ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο. B. χάριεν, ὥς γέ μοι * *
A. ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένετο θυανία,
ἐκ δὲ θυανίας δίκη [γένετ', ἐκ δίκης δὲ καταδίκη].
ἐκ δὲ καταδίκης πέδαι τε καὶ σφάκελος καὶ ζημία.

Ab ultimo versu ut ordiar, σφάκελος ad sententiam incommodum est. Verissima est Bocharti emendatio σφαλός, a Schweighaeusero commemorata, a Dindorfio neglecta. Pollux VIII, 72. σφαλὸς τὸ δεσμωτικὸν ξύλον ἐκαλεῖτο. Hesychius Σφαλός· ἔστι γὰρ ξύλον ποδῶν δεσμωτήριον (fort. δεσμωτικόν). οἱ δὲ κόρμον ἢ δίσκον. ἄλλοι δισκοειδές τι σκεῦος μολύβδινον, ἔχον κρίκον, ὃ δεσμοῦντες ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ῥίπτουσιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν *). Photius p. 22, 13. Ἐσφάλιξεν (leg. ἐσφάλιξεν)· ἠσφάλισεν. ἔσφηλεν· οὕτω καὶ τὸ πέδαις δῆσαι, πεδῆσαι. Qui aut σφαλίζειν et σφάλλειν confudit, aut scripsit Ἐσφάλιξεν· ἐσφάλισεν, [ἐν σφαλῷ] ἔδησεν· οὕτω καὶ etc. Substantivum σφαλός etiam Babrio fab. 106, 11. restitui ἐδικτυώθη καὶ σφαλοῖς ἐδεσμεύθη, ubi cod. habet σφαλείς. v. Lachmannum p. XX. Primus versus fortasse in hunc modum redintegrandus est: ἐκ δὲ θυσίας γέγονε θοίνα νὴ Δία. Versu secundo recte Dindorfius supplevit δοκεῖ. Versu tertio scribendum cum Dobraeo ἐγένεθ' ὑανία. Hesychius Συανία· λοιδορία καὶ ἡ διὰ χειρὸς μάχη. Idem Ὑανία· τύρβη, μάχη, ὕβρις, ἀγερωχία. Verba uncinis inclusa ex coniectura addidit H. Stephanus, nec dubium est quin quid exciderit recte intellexerit. Sed scribendum potius δίκη, 'κ δίκης δ' ἐγένετο καταδίκη. Ac favet quodammodo huic emendationi Suidas v. οἶνος, ubi haec ita scripta sunt ἐκ δὲ θυανείας δίκη, ἐκ δὲ δίκης πέδαι τε καὶ κ. τ. λ.

*) Itaque σφαλὸς etiam disci genus fuit; neglexit hae G. P. Philippi Dissert. de Pentathlo p. 43.

Itaque hoc fragmentum restitutis formis doricis inde a versu secundo ita fere exhibendum est:

> ἐκ δὲ θοίνας πόσις ἐγένετο. B. χάριεν, ὥς γ' ἐμὶν δοκεῖ.
> A. ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένεθ' ὑανία,
> ἐκ δ' ὑανίας δίκα, 'κ δίκας δ' ἐγένετο καταδίκα,
> ἐκ δὲ καταδίκας πέδαι τε καὶ σφαλὸς καὶ ζαμία.

Ceterum, ni coniectura fallit, eundem hunc Epicharmi locum respexit Aristoteles Gener. anim. I, 18. ἔτι δὲ παρὰ ταῦτα ὡς Ἐπίχαρμος ποιεῖ τὴν ἐποικοδόμησιν, ἐκ τῆς διαβολῆς ἡ λοιδορία, ἐκ δὲ ταύτης ἡ μάχη. Quibus similia leguntur Rhet. I, 7. cf. Metaph. IV, 24. οἷον ἐκ τίνος ἡ μάχη; ἐκ λοιδορίας, ὅτε αὕτη ἀρχὴ τῆς μάχης. Haec si recte ad nostrum Epicharmi locum rettuli, apertum est vocabulum ὑανία Aristotelem prorsus ut fecit Hesychius interpretatum esse per μάχη. At minus recte idem Epicharmeo κῶμος substituit λοιδορία, nisi forte μῶκος scripsit Epicharmus. Exercit. philol. I p. 5. Aristotelis loca me recte huc advocasse negat Lorenz Leben und Schriften des Epicharmos p. 271. μῶκος et μώκου pro κῶμος et κώμου poenitet fere me non recepisse. Vs. 4. nunc praetuli Bernhardyi supplementum δίκα τε καὶ μάχα καὶ καταδίκα. Ahrens sequente Lorenzio edidit δίκα τάχ', ἐκ δίκας δὲ καταδίκα.

II, 36. d. In Panyasis loco

> πρῶται μὲν Χάριτές τ' ἔλαχον καὶ εὔφρονες Ὧραι
> μοῖραν καὶ Διόνυσος ἐρίβρομος —

probare debebam epit. Hoeschelii scripturam πρώτην, quam ipsa Athenaei verba confirmant. Vs. 13. edidi ἐσθλοῖς δὲ ξενίοισι κακὴν ἐπιθῇσι τελευτήν. Libri ἐσθλοῖς ἐν ξενίοισι κακὴν δ' ἐπιθήσειε τελευτήν. Dindorfius, qui Iacobsii emendationem ἐσθλοῖσι ξενίοισι κακὴν ἐπιθεῖσα τελευτήν recepit, ipse conicit ἐσθλοῖσιν δὲ κακὴν ἐπιθῇ (vel ἐπιθῇς) ξενίοισι τελευτήν.

Postremus eiusdem poetae versus

> ἐκ γάρ οἱ ἄτης τε καὶ ὕβριος αἶσα ὀπηδεῖ,

in eo fortasse ἡ γὰρ scribendum est, et quod Mehler Mnem. I, p. 61. suasit αἶσ' ἅμ' ὀπηδεῖ. Qui statim sequitur versus πληγὰς ὁ κῶμος λοίδορόν θ' ὕβριν φέρει, Euripidis esse Cycl. 532. adnotare neglexit Dindorfius.

2*

Ibid. e. In Alexidis fragmento recepi scripturam a Stobaeo servatam *καὶ γὰρ οἶνον* pro *τὸν γὰρ οἶνον*.

Ibid. f. In loco Eratosthenis recipienda erat Clementis scriptura *βορέης ἠὲ νότος*. Cf. Homerus Il. 9, 5.

II, 37. a. In Panyasis vs. 2. ad verba *ἐσθλὸν ἀλεξίκακον* compara Hesiodi Opp. 102. de quo v. Heindorf ad Platonis Crat. p. 50. Ibid. recepta est Stobaei scriptura pro *πάσῃ συνοπηδὸν ἀνίῃ*. Vs. 3. edidi

*ἐν μὲν γὰρ θαλίης ἐρατῆς μέρος ἀγλαΐης τε.*

pro *ἐρατὸν μέρος*. cf. Theogn. 779. Stobaeus *ἱερὸν μέρος*. in quo latet fortasse *ἱλαρὸν* (vel *ἱλαρῆς*) *μέρος*. Vs. 5. probanda mihi videbatur scriptura *δεδεγμένον*. quam exhibet Stobaeus, pro *δεδευμένον* (BCD *δεδεμένον*). Eodem auctore vs. 6. *ἠύτε γῦπα* pro *ἠύτε παῖδα* scribendum. In altero eiusdem poetae fragmento vs. 2. fortasse *ἀγλαὸν* praestat. Ib. lubens amplecterer si cod. pro *πλημμύροντα* daret *πλημμελέοντα*.

Ibid. b. In loco Timaei plura emendanda erant, velut *ἐς τοσοῦτον ἐλθεῖν μανίας ἐκθερμανθέντας ὑπὸ τῆς μέθης ὡς νομίζειν ἐπὶ μὲν τριήρους πλεῖν χειμάζεσθαι δὲ χαλεπῶς*. Vulgo male legitur *ἀπὸ τῆς μέθης* et *νομίζειν μὲν ἐπὶ*. sed eadem opera scribendum erat litt. c. *ὡς εἰς τὴν θάλασσαν* pro *ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν*. Ibid. *τῇ ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν*: seclusi (forsan iniuria) *τῶν ἡμερῶν*, et *ἐγκληθέντας* pro *ἐγκλινθέντας* scripsi cum Schweighaeusero. Seclusi etiam *τῇ θαλάσσῃ*, nisi scribere malis *εἰς τὴν θάλασσαν*. Denique litt. e. *σωτῆρας ὑμᾶς ἐπιφανῶς μετὰ τῶν θαλασσίων δαιμόνων ἐν τῇ πατρίδι ἱδρυσόμεθα ὡς αἰσίως ἡμῖν ἐπιφανέντας*. in his igitur *σωτῆρας ὑμᾶς ἐπιφανεῖς* scribendum est. Noti sunt dii *ἐπιφανεῖς*. praesentes. Nescio quo errore *ἐπιφανῶς* secluserim.

II. 38. b. In Alexidis fragmento vs. 3. pro *οἶνόν τε πίνων* Hirschigius *οἶνον πεπωκώς*. Herwerdenus Observ. crit p. 51. *οἶνόν θ' ὑποπιών*. Hoc secutus sum. Finem fragment nunc ita scriptum exhibui:

*ὥστε τοὺς ἀρνουμένους*
*μάλιστα τούτους τοῦτο καταφανεῖς ποιεῖν.*

*τοῦτο* e coniectura adieci, sed possis etiam *πᾶσιν* ante *ποιεῖ* addere. Cobetus coniecit:

μάλιστα μάλιστα τοῦτο καταφανεῖς ποιεῖν

Ibid. c. Alcaei verba ita scripta erant ἄλλοτε μὲν μελιαδέος, ἄλλοτε δ' ὀξυτέρου τριβόλων ἀρητυμένοι. Secutus sum Bergkium P. L. p. 718.

II, 39. a. Anaxandridis locus in libris ita scriptus est τὸ νέκταρ πάνυ μάττων ἐσθίω διαπίνω τ'. quae correxi. Dindorfius e Casauboni coniectura dedit τὸ νέκταρ ἐσθίω πάνυ μάττων δ.

Ibid. b. Ἴβυκος δέ φησι τὴν ἀμβροσίαν τοῦ μέλιτος κατ' ἐπίτασιν ἐνναπλασίαν ἔχειν γλυκύτητα. τὸ μέλι λέγων ἔνατον εἶναι μέρος τῆς ἀμβροσίας κατὰ τὴν ἡδονήν. Pro ἐνναπλασίαν et ἔνατον iam olim in Bergkii Ephem. Marb. 1851. no. 30. scripsi δεκαπλασίαν et δέκατον allato schol. Pindari Pyth. IX, 113. ἔστι δὲ καὶ τοῦ μέλιτος εὑρητὴς ὁ Ἀρισταῖος, ὃ δὴ τῆς ἀθανασίας (i. e. ἀμβροσίας) δέκατον μέρος φήθησαν εἶναι. Ac decumanus numerus etiam in aliis suavitatibus locum habet. Cf. Hesiodus apud Apollodorum Bibl. 3, 6, 7. οἴην μὲν μοῖραν δέκα μοιρῶν (μοιρέων) τέρπεται ἀνήρ, τὰς δέκα δ' ἐμπίπλησι γυνὴ τέρπουσα νόημα. Mox sequitur nobilissimum incerti auctoris in Cratinum epigramma, in cuius vs. 1. ex Anthol. Vatic. ταχὺς scripsi pro μέγας et vs. 4. ὠδώδει pro ὠδωδώς. De ceteris v. Heckeri Comment. crit. de Anthol. gr. I p. 31. (Vs. 5. corr. typoth. err. πιττῷ pro κιττῷ.)

Ibid. d. ἐκ τροφῆς ξηρᾶς οὔτ' ἂν σκώμματα γένοιτο. οὔτ' αὐτοσχέδια ποιήματα. Disiecta poetae membra cernere mihi videor; possis suspicari:

οὔτ' ἂν σκώμματα  
γένοιτ' ἄν, οὔτ' αὐτοσχέδια ποιήματα.

Sequuntur paullo post ἐπεσημήνατο ὁ γραμματικὸς Ἀρίσταρχος, in quibus pro ἐπεσημήνατο, quod ex praecedente ἐπιστεφέας natum est, scribendum ἐσημήνατο.

Ibid. f. In Bacchylidis loco vs. 2. Herwerdenus Observ. crit. p. 137. σευομένα 'κ κυλίκων. Vs. 6. αὐτὸς μὲν πόλεων (malim πολίων) κρήδεμνα λύει, non ferri posse αὐτὸς intellexit Bergkius, coniecitque αὐτίχ' ὁ μὲν. Praetulerim οὗτος μὲν sc. Διόνυσος, quod ex praecedentibus Διονυσίοισι δώροις assumendum est. At recte idem in sequentibus supplevit

*κάρπον*: minus commode Erfurdtus *πόντον*, quod Dindorfius secutus est.

II, 40. b. *εὑρέθη* seclusi.

Ibid. c. Antiphanes *συνεχῶς μὲν γὰρ ἐμπιπλάμενος ἄνθρωπος ἀμελὴς γίγνεται. ὑποπίνων δὲ πάνυ φροντιστικός.* Ita vulgo: scripsi

*συνεχῶς μὲν (γὰρ) ἐμπιμπλάμενος ἀμελὴς γίγνεται*
*ἄνθρωπος, ὑποπίνων δὲ πάνυ φροντιστικός.*

In quibus *γὰρ* Athenaei est. De *ὑποπίνων* v. Herwerden Observ. crit. p. 51. In sequente Alexidis loco *τὸ* ante *τοιοῦτον* delevit Dobraeus, vs. 2. autem scribendum suspicor:

*τὸ διορίζεσθ' οὐ βεβαίως τῷ στόματι τὰ γράμματα,*

nisi malis *τὸ διορίζεσθ' ἀβεβαίως.*

Ibid. e. Alexis: *τοὺς εὐτυχοῦντας ἐπιφανῶς δεῖ ζῆν.* Hirschig *πολυτελῶς*. In sqq. *ὁ γὰρ θεὸς ὁ δεδωκὼς τἀγαθὰ | τούτων μὲν ὧν πεποίηκεν οἴεται χάριν τινὰ | ἔχειν ἑαυτῷ,* in his *θεὸς* Hermannus addidit, praeterea *ὁ δεδωκὼς* recte scripsit Cobetus; articulum libri omittunt. Versu sequente libri fere *τῶν μὲν ὧν πεποίηκεν*, Hermannus *ὧν μὲν πεποίηκεν*, Dobraeus *ὧν εὖ πεποίηκεν*, Schweighaeuserus *τούτους μὲν ὧν πεποίηκεν*. quod sequi non debebam. Scribendum videtur *τῶν ὧν πεπόρικεν οἴεται χάριν τινὰ | ἕξειν ἑαυτῷ.* Vs. 6. *πράττειν μετρίως* Casaubonus pro librorum scriptura *μετρίως πράττειν.* Ibidem *ἀχαρίστους* scripsi cum Elmsleio pro *ἀχρήστους*, quod et sensus et metrum respuit. Denique ultimo versu malim *λαβὼν ἀφείλεθ' ὅσα δεδωκὼς ἦν πάλιν*, pro *πάλαι.*

Ibid. f. *Ἡσίοδος ἐν Μελαμποδείᾳ* (ita scripsi pro *Μελαμποδίᾳ*) *φησίν·*

*ἥδιστον δ' ἐν δαιτὶ καὶ εἰλαπίνῃ τεθαλυίῃ —*

Vulgo ex coniectura legitur *ἡδὺ γάρ ἐστ' ἐν*. BCD *ἡδύ ἐστιν ἐν.* Dixi de his in Em. Hübneri Herme I, 2.

II, 41. f. *ὡς τὸ ἐν Φέτᾳ καὶ τὸ ἐν Πύρρᾳ.* Parum probabiliter Hemsterhusius *ἐν Φαιστῷ* coniecit. Scribendum opinor *ἐν Ἀφεταῖς*, quod Thessaliae oppidum est, quemadmodum etiam Pyrrha. De hoc quoque admonui l. l.

II, 43. c. De Antiphanis loco vide Com. graec. ed. min p. 539. Vs. 4. pro *πυροὺς* recte VL *τυροὺς* habent.

Ibid. d. *Ἀριστόβουλος δ' ὁ Κασανδρεύς φησιν ἐν Μιλήτῳ κρήνην εἶναι Ἀχίλλειον καλουμένην — ἀφ' ἧς οἱ Μιλήσιοι περιρράνασθαί φασι τὸν ἥρωα, ὅτε ἀπέκτεινε Τράμβηλον τὸν τῶν Λελέγων βασιλέα.* Fontem Achilleum apud Miletum ex hoc uno loco cognitum habemus; nec tamen dubitandum videtur quin vera tradiderit Aristobulus, quum etiam oppidum ab Achille appellatum iisdem regionibus fuisse conicere liceat e Xenophontis Hell. IV, 8, 17. *διαβάς τε καὶ ὁρμώμενος ἐξ Ἐφέσου τε καὶ τῶν ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ Πριήνης τε καὶ Λευκόφρυος καὶ Ἀχιλλείου ἔφερε καὶ ἦγε τὴν βασιλέως.* Ubi Schneiderus, si locorum situm paulo curiosius contemplari voluisset, facile vidisset notum illud in agro Troiano oppidum Achilleum intelligi non posse. Cf. Xenophon l. l. III, 2, 17. ubi itidem cum Priene coniungitur. Ab eo diversum fuit *Ἀχίλλειον φρούριον* in Smyrnaeorum agro situm, si fides Stephano v. *Ἀχίλλειος δρόμος*. De Trambelo, qui ab aliis Telamonis filius fuisse dicitur, vide Anal. Alex. p. 57. Exerc. philol. I p. 5.

II, 44. a. In Antiphanis fragmento verba *δὲ δεῖ* addenda esse vidit Elmsleius. In Sophronis loco *ἐς τὰν* scripsi pro *εἰς τὴν*.

Ibid. c. *Μᾶτρις ὁ Ἀθηναῖος ὃν ἐβίω χρόνον οὐδὲν ἐσιτεῖτο ἢ μυρρίνης ὀλίγον.* Ad haec conferendus est Ptolemaeus apud Photium Bibl. p. 148, 1. *Μᾶτρις ὁ Θηβαῖος ὑμνογράφος μυρσίνας παρ' ὅλον τὸν βίον ἐσιτεῖτο*, ubi vides Thebanum dici, quem Athenaeus vocat Atheniensem, quorum utrum rectius sit vel nominis forma indicat, quae si Matris Athenas patriam habuisset, *Μῆτρις* esse deberet, cuius nominis exempla habes in numis Atticis et Smyrnaeis apud Sertinum III p. 546. et Mionnetum III, 20. qui male legunt *Μῆτρος* et *Μήτριος*. Accedit quod Matris noster hymni in Herculem scripti auctor perhibetur ab Athenaeo X p. 412 b. et Diodoro Sic. I, 24. Quale argumentum quis non videt in Thebanum potius hominem cadere quam in Atheniensem? Cf. Babrius fab. 15. Scribendum igitur *ὁ Θηβαῖος*. Eiusdem erroris exempla editoribus non animadversa habemus apud schol. Pindari Olymp. II, 18. *Παλλὰς Ἀθηνᾶ ἡ πολιοῦχος τῶν Ἀθηναίων* et schol. Aristoph. Acharn. 862. *ἐσπούδαζον γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι περὶ τὸν αὐλόν.* Exerc. philol. II p. 4.

Quibus in verbis *Θηβαῖοι* scribendum esse monuit nunc etiam M. Haupt in Nuove Memorie dell' Instituto di Corresp. archeol. vol. II p. 213.

Ibid. d. In Phrynichi loco posui *ὑδατοπότης* pro *ὑδατοπότας*. Ad *ἀηδόνων ἠπίαλος* comparanda Hesychii glossa *Ἠπίαλος· ῥῖγος πρὸ πυρετοῦ· ἐκαλοῦντο δ' οὕτω καὶ οἱ ψυχροί.* Est igitur qui cantu suo febrim affert lusciniis sive febris lusciniarum. Non recte Hesychii glossam tractavit editor Ienensis, *αἱ ψυχαί* pro *οἱ ψυχροί* coniciens.

II, 45. a. In Antiphanis loco ante Casaubonum erat *βρώματα διάφορα*, quod tenuit Dindorfius, qui vs. 4. Porsoni coniecturam exhibuit *διπλασίαν γὰρ παρέσχεν ἡδονήν*. Libri *διπλασίαν παρέσχε τὴν ἡδονήν*. Rectius alii *παρέσχε διπλασίαν τὴν ἡδονήν*.

Ibid. litt. c. Praeeunte Valckenario Mnemos. I p. 332. posui *συμφέρεται* pro *φέρεται*.

II, 46. a. Alexidis locum edidi ut eum supplevit et emendavit ex Clementis Alex. Paed. II p. 79. Nauckius Phil. V p. 554. Vulgo deest *μύροις* et editur *ἐναλείφεται*. Vs. 2. *ποιεῖν* pro *ποιῶν* scripsi ex Athen. XV p. 687 d.

Ibid. c. *τοῦ ἐξ Ἀμφιαράου ὕδατος*. BV *Ἀμφιαράτου*. Similiter litt. d. *Ἀμφιαράτου* V, *Ἀμφιαράθου* L. Utroque loco scribendum *Ἀμφιαρείου* sive potius *Ἀμφιαραείου*. Ibid. e. Dobraeus *ἥτισοῦν* pro *ἥτις*. Tum litt. d. *ὧν τὰ ῥεύματα πρὸς τὴν ἀνατολὴν ἡλίου ἔρρωγε*, scribendum videtur *ἐξέρρωγε*.

II, 47. a. *παρὰ Κρατίνῳ κεῖται*

*οὐ γάρ τοι σύ γε πρῶτος φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον ἄνηστις:*

Scribendum *πρωός*. Iacobsius *πρώιος*. Ibidem supplevi *ἄκλητος* ex grammatico Bekkeri. In sequente Diphili loco:

*τέρπομαι γυμνοὺς ὁρῶν*
*τοὺς ὀξυπείνους καὶ πρὸ τῶν καιρῶν ἀεὶ*
*πάντ' εἰδέναι σπεύδοντας,*

quem explicavi ut potui, vereor ne *πάντ' ἐσθίειν* scribendum sit.

Ibid. b. De Eubuli loco, in quo *ἐλθόνθ'* et *κελεύω* partim cum Iacobsio partim cum Schweigh. edidi, v. Iacoby Addenda Com. graec. p. CLXXXI. In sequente Alexidis loco adhuc probo quod conieci:

ἢ μὴ ποιοῦντ' ᾠδὰς ποιητὴν καὶ μέλη.

II, 48. b. In Platonis fragmento

κἂν φοινικίσι Σαρδιανικαῖσιν κοσμησάμενοι κατάκεινται,

non video quid aliud restet quam Σαρδιακαῖσιν scribere, quod poeta metri causa pro Σαρδιαναῖς dixit. Cf. ad XIII p. 598 b. Neque κοσμησάμενοι incorruptum est, Casaubonus κοιμησόμενοι.

II, 49. a. τήμερον ἐγὼ πράγματα ἕξω ἐξ ἀπραξίας. Non dubito quin in his comici senarii pars lateat:

ἕξω πράγματ' ἐξ ἀπραξίας.

Ibid. c. In Epicharmi fragmento Blaydesius ad Aristoph. Acharn. p. 161. scripsit τί δὲ τόδ' ἐστί; Sequuntur verba τί μὰν ἔχει πόδας τέτορας; Librorum scripturae ostendere videntur haec ita scribenda esse τί μάν; οὐ πόδας ἔχει τέτορας; Vs. 2. ἔστιν adiecit Dindorfius. Vs. 3. malim πόδας γα μὰν τέτορας ἔχει.

Ibid. e. Hipponactis versum ita scripserim:

στέφανον ὃν εἶχον κοκκυμήλων καὶ μένθης.

In Alexidis versibus Elmsleium secutus sum; vulgo ἑωρακέναι νικητικόν. et in fine post Ἡράκλεις addebatur πεπόνων. Alteram fragmenti partem emendavit Dobraeus, legebatur ἑόρακας πώποτε ἤνυστρον ἐσκευασμένον, ἢ σπλῆν' ὀπτὸν μεμονθυλευμένον.

II, 50. b. μέσως. Ita Nauckius, si recte memini, pro μέσος. C μετρίως.

Ibid. e. Ἀριστοφάνης·

ἐν τοῖς ὄρεσιν δ' αὐτόματ' αὐτοῖς τὰ μιμαίκυλ' ἐφύετο πολλά.

Libri ἐν τοῖς ὄρεσιν αὐτομάτοισιν τὰ μιμαίκυλα φύεται πολλά. In his δ' adiecit Dobraeus, μιμαίκυλ' ἐφύετο correxit Dindorfius, v. Bergkii Fragm. Arist. p. 1178. Emendandum restabat αὐτομάτοισιν, quod ad montes relatum sensu destitutum est. Scripsi igitur αὐτόματ' αὐτοῖς, ut pronomen ad homines referatur, quorum beatam vitam poeta describebat. Cf. Ovidius Met. I. 103. contentique cibis nullo cogente creatis, arbuteos foetus montanaque fraga legebant.

Ibid. e. In Cratetis loco erat *ὡρικώτατα*, quod Dobraei suasu *ὡρικὰ* scripsi.

Ibid. f. *ὅτι Ἀγῆνα σατυρικόν τι δρᾶμα ἀμφιβάλλεται εἴτε Πύθων ἐποίησεν ὁ Καταναῖος ἢ Βυζάντιος ἢ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος.* De Pythonis notissimi hominis patria quum nulla unquam dubitatio fuerit, apertum est interposito articulo scribendum esse *ἢ ὁ Βυζάντιος*, quemadmodum est XIII p. 595. e. *ὁ τὸν Ἀγῆνα τὸ σατυρικὸν δραμάτιον γεγραφώς. ὅπερ ἐδίδαξε Διονυσίων ὄντων ἐπὶ τοῦ Ὑδάσπου ποταμοῦ, εἴτε Πύθων ἦν ὁ Καταναῖος ἢ ὁ Βυζάντιος ἢ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς.* Cf. p. 586. f. *εἴτε Πύθων ἐστὶν ὁ Καταναῖος ἢ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος.* ubi post *ἢ Καταναῖος* excidisse videtur *ἢ ὁ Βυζάντιος.* Inscriptio huius dramatis quo spectaverit incertum est. Schweighaeusero enim ipsum Alexandrum Agenis nomine significari suspicanti parum favet fragmentum ab Athenaeo XIII p. 596. b. servatum, ubi Harpalus non minorem frumenti copiam Atheniensibus donavisse dicitur quam Agen quod de Alexandro nullo pacto dici potuit. Nomen *Ἀγὴν* ex hoc ipso opinor dramate ab Arcadio p. 8, 19. memoratum ex eorum genere est, de quibus Lobeckius Paral. p. 191. disseruit, quibus vide an addendum sit non lectum sane alias nomen *λέσχην* vel *λεσχήν*. quod Timoni Phliasio restistuendum suspicor apud Diogenem Laert. X, 40:

> *Οἷον Δημόκριτόν τε περίφρονα ποιμένα μύθων*
> *ἀμφίνοον λέσχην, ἃ μετὰ πρώτοισιν ἀνέγνων.*

Vereor enim ut probari possint quae de his versibus scripsit Mullachius Quaest. Democrit. II p. 3. Timonem *ἀμφίνοον λεσχῶν* scripsisse suspicans. Mihi poeta *ἀμφίνοον λεσχῆνα μετὰ πρώτοισιν ἀνέγνων* scripsisse videtur i. e. subtilem disputatorem. Eum igitur in principibus sese eius philosophorum agminis quod describit conspexisse dicit. Neque enim dubito quin illud Timonis fragmentum ex ea Sillorum parte petitum sit, quam ad Homericae *Νεκυίας* formam institutam fuisse suspicor, cui coniecturae praeter alia fidem faciunt quae leguntur apud Diogenem Laert. VII, 15. de Zenone Citiensi:

> *καὶ φοίνισσαν ἴδον λιχνόγραυν σκιερῷ ὑπὸ τύφῳ*
> *πάντων ἱμείρουσαν —*

et quae de Archelao idem habet Diogenes IV, 42:

*ὡς εἰπὼν ὄχλοιο περίστασιν εἰσκατέδυνεν.*
*οἳ δέ μιν ἠΰτε γλαῦκα πέρι σπίζαι τερατοῦντο*
*ἠλέματον δεικνύντες.*

Quibus adde quae Diogenes de Platone servavit III, 7:

*τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητής*
*ἡδυεπὴς τέττιξιν ἰσόκραγος* *), *οἵ θ' Ἑκαδήμου*
*δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν.*

Et de Heraclito atque Empedocle IX, 6. et VIII, 67:

*τοῖς δ' ἔνι* (*ἔπι?*) *κοκκυστὴς ὀχλολοίδορος Ἡράκλειτος*
*αἰνικτὴς ἀνόρουσε καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀγοράων*
*κηλητὴς ἐπέων.*

Denique de Anaxarcho apud Plutarchum de Virt. mor. p. 400. c.

*ἐν δὲ τὸ θαρσαλέον τε καὶ ἐμμανὲς ὅππῃ ὀροῦσαι*
*φαίνετ' Ἀναξάρχου κύνεον μένος —*

Cuius loci partem non nominato auctore attulit idem Plutarchus de Vit. pud. p. 529 a. et Symp. p. 705 f. Ad locum de Democrito ut redeam, cum eo forsan coniungendi sunt versus de Pythagora apud Diogenem VII, 36:

*Πυθαγόρην τε γόητος ἀποκλίνοντ' ἐπὶ δόξαν*
*θήρῃ ἔπ' ἀνθρώπων, σεμνηγορίης ὀαριστήν.*

Quibus rursus connectenda videntur quae de Parmenide Zenone Eleata et de Melisso habemus apud eundem IX, 22 et 25:

*Παρμενίδου τε βίην μεγαλόφρονα καὶ πολύδοξον,*
*ὅς ῥ' ἐπὶ φαντασίης ἀπάτας ἀνενείκατο νώσεις.*
*ἀμφοτερογλώσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδνὸν*
*Ζήνωνος πάντων ἐπιλήπτορος, ἠδὲ Μέλισσον*
*πολλῶν φαντασμῶν ἐπάνω παύρων γε μὲν ἥσσω.*

Quorum postrema intelligi non possunt, nisi post *ἥσσω* versum excidisse statuas, in cuius initio fuerit *γιγνόμενον.* Exercit. philol. I p. 5—7.

II, 51. b. *τὸ ἐν αὐτοῖς ἠρέμα ψυχρὸν καὶ τοῖς πυρεταί-*

---

*) Ita enim nunc correxi editum *ἰσόγραφος* in Philol. Gott. XV p. 330. ubi de aliis quoque Timonis locis dictum est. Versu primo scribendum videtur *πλατίστακος*, de quo alias.

νουσι — καταπλαττόμενον ἐπὶ τοῦ στομάχου ἐπιτίθεσθαι. Recte Schweigh. [διὰ] τὸ ἐν αὐτοῖς — καταπλαττόμενα.

II, 52. b. Epicharmi fragmentum ex Dindorfii emendatione exhibui, libri καπυροτρώγονα κάρυα ἀμυγδάλας.

II, 53. a. Eupolis fortasse scripserat ἀπολεῖς ἀπολεῖς με ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδαλῆν. Sed v. Com. gr. II, 449.

Ibid. b. Πάμφιλος ἐν Γλώσσαις μουκηροβάκταν φησὶ καλεῖσθαι τὸν καρυοκατάκτην. Ita Dobraeus, libri μουκηροβάτον. Idem paullo post Ποντικά. ὅτι τῶν Διὸς καλουμένων pro ὅτι ποντικῶν καλουμένων.

II, 54. c. ἔστι γὰρ τοῦτο τὸ χείριστον. Libri τὸ omittunt, adiecit Dobraeus.

Ibid. d. Ἀμφίλοχος δὲ ἄμωτα καλεῖ τὰ καστάνεια. Ita scripsi pro Ἀγέλοχος. De Amphilocho v. Ruhnkenium ad Velleium Pat. p. 20. De Crobyli loco lit. e. vide Fragm. Com. graec. IV p. 569.

Ibid. e. In Xenophanis versu secundo ἐν κλίνῃ μαλακῇ κατακείμενον scribendum esse κλίνῃ ἔνι μαλακῇ ostendit homericum εὐνῇ ἔνι μαλακῇ καταλέγμενος. Versu tertio malim ἐπιτρώγοντ᾽ ἐρεβίνθους.

Ibid. f. De Sophili loco cf. Com. graec. III p. 583.

II, 55. a. In Alexidis loco τούτων οἱ τρεῖς μὲν δειπνοῦμεν, particulam μὲν inserui Schweighaeuserum secutus. In sequente versu fortasse scribendum est δύο δ᾽ αὐτοῖσιν κοινωνοῦμεν pro αὐτοῖς συγκοινωνοῦμεν. Vs. 11. seclusi Elmsleio praeeunte λάχανον, quod glossematis loco ad θέρμος additum est. Vs. 13. βολβὸς τέττιξ. miror τέττιγα hic commemorari, vereorque ne vitium lateat. Scribendum opinor πέζιξ, quae fungi species est. V. intpr. Athenaei p. 61 c Ultimo versu edidi φρυγίας εὑρήματα Συκῆς. Vulgo συκῆς V. Pherenicum Athenaei III p. 78 b.

Ibid. b. Pherecrates τρώγων ἐρεβίνθους ἀπεπνίγη πεφρυγμένους. Scripsi τραγών, ut est in sequente Alexidis loco ἀλλ᾽ οὐκ ἀπεπνίγη καταφαγών.

Ibid. c. In loco Alexidis fortasse scribendum est οὐδενὸς γὰρ πώποτε [μὰ τὸν Δί᾽ οὗτος] ἀπέβαλ᾽ ὀσπρίου λέπος Mox lit. d. ἔγραψεν dedi pro ἔγραφεν.

Ibid. d. Lycophronis locus

καὶ δημόκοινος ἐπεχόρευσε δαψιλὴς
θέρμος, πενήτων καὶ τρικλίνου συμπότης,

non immunis est vitii; pro *τρικλίνου*, quod ex B et X p. 420 b. positum est, vulgo legitur *τρικλίνων*. Fortasse scripserat poeta *π. κατὰ τρίκλινον* vel *π. ἐν τρικλίνῳ συμπότης*.

In Diphili fragmento si recte Iacobsius verba *τοῦ πορνοβόσκου* delet, ultimo versu *ἁπλῶς ἅπαντα μᾶλλον ἢ ταύτας τρέφειν*, scribendum fuerit *ἢ πόρνας τρέφειν*. Pro *ἁπλῶς*, quod Iacobsio debetur, libri habent *ἄλλως*.

II, 56. f. In Pherecratis loco recepi, quod iam olim conieci, *καρύκῃ* pro *κάρυα*. V. Com. graec. II p. 359. Sequitur Platonis locus *φύλλιον ἢ ῥαφανίδιον*, in quo Dobraeus scribebat *φυλλεῖον ἢ ῥαφανιδίου*.

II, 57. a. De Calliae fragmento dixi Com. graec. II p. 740. In Amphidis loco ibid. b. non intelligo quo pacto *ἰχθῦς ἀληθινοὶ* opponi possint *ταῖς ῥαφανῖσι*, nec tamen vitium subesse videtur. Cf. Macho Athenaei VI p. 244 b. *καράβων ἀληθινῶν*, quamquam hoc etiam quo sensu dictum sit ambigitur.

Ibid. d. Verba *Ἀριστοφάνης «τίκτει πρῶτον ὑπηνέμιον ᾠὸν νύξ»*, quae vulgo post *εἶναι λευκόν* leguntur, transposui litt. e. post *ἀλλὰ καὶ ὑπηνέμια*, et Sapphonis locum exhibui ut emendatus est a Bergkio P. L. p. 976. Vulgo *φασὶ δή ποτε Λήδαν ὤιον εὑρεῖν*.

Ibid. e. In Ephippi fragmento scribendum *φοινικίνου*.

Ibid. f. *οὐκ εὖ ὁ δὲ Νεοκλῆς*. Sic enim volebam; corr. operarum errorem. Edebatur *οὐκ εὖ δὲ Νεοκλῆς*.

Sequuntur haec: *ἀπὸ τῆς σελήνης πεσεῖν τὸ ᾠὸν ἐξ οὗ τὴν Ἑλένην γεννηθῆναι*. De caelo lapsum esse ex quo Helenam exclusam ferebant ovum praeter Neoclem etiam veteres poetas tradidisse ex Plutarcho cognoscitur Sympos. II, 3, p. 637 b. *καὶ τὸ Τυνδάρειον (ᾠὸν) οἱ ποιηταὶ λέγουσιν οὐρανοπετὲς ἀναφανῆναι*. Sequuntur apud Athenaeum ex eodem Neocle haec: *τὰς γὰρ σεληνίτιδας γυναῖκας ᾠοτοκεῖν καὶ τοὺς ἐκεῖ γεννωμένους πεντεκαιδεκαπλασίονας ἡμῶν εἶναι, ὡς Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης ἱστορεῖ*. Haec de mirabili foecunditate lunae Herodorus in libro quem de rebus Herculis scripsit exposuisse videtur, et eo quidem loco ubi de leone Nemeaeo agebatur, quem fuisse qui ex luna in terram delapsum esse

dicerent docui Anal. Alexandr. p. 85. Cf. Plutarch. Fac Lun. p. 937 f. Atque Herodorum eandem fabulam memorasse diserto constat Tatiani testimonio Orat. c. Graec. XLV p. 98. *πῶς οὐκ ἠλίθιον πείθεσθαι τοῖς Ἡροδώρου βιβλίοις περὶ τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου, γῆν ἄνω κηρύττουσιν κατεληλυθέναι τε ἀπ' αὐτῆς λέοντα τὸν ὑφ' Ἡρακλέους φονευθέντα.* De Herodori illo libro post Heynium ad Apollodorum diligenter exposuit Weichertus de Vita et scriptis Apollon. Rhod. p. 157 sqq. et Müllerus Dor. II p. 464 sqq. Nomen huius scriptoris passim in *Ἡρόδοτος* corruptum esse constat, velut in ipso illo Tatiani loco, cui Herodori nomen primus reddidit G. Worth. Adde aliud exemplum ex Apollonio Lex. Hom. p. 72, 22. *ἐπιβώτορι μήλων ἤτοι βοσκήτορι. οἷον ἐφιππαστῆρι· οἱ τῶν βασιλέων υἱοὶ πρῶτον ἐπὶ κριῶν εἰώθασιν ἐπιβαίνειν, ὡς καὶ Ἡρόδοτός φησιν.* In his Blomfieldus ad Callimachi H. in Jov. 80 pro *Ἡρόδοτος* scripsit *Ἡρωδιανός*. At corrigendum potius *Ἡρόδωρος*, qui illum regiorum puerorum morem attigerat sine dubio in Argonauticis, ubi de Phrixo et ariete exponebat. Praeter Heracleam et Argonautica scripsit Herodorus *Πελόπειαν* laudatam a Schol. Pindari Pyth. XI, 25. *τὸν δὲ Ὀρέστην ἐκκλαπέντα εἶναι τριῶν ἐτῶν ὡς Ἡρόδωρος ἐν Πελοπείᾳ.* quam non recte Weichertus operis de Hercule partem fuisse statuit. Ad hunc librum refero hoc apud Athenaeum V p. 231 c. *τὴν Ἀτρέως δὲ χρυσῆν ἄρνα, περὶ ἣν γεγόνασιν ἡλίου τε ἐκλείψεις καὶ βασιλέων μεταβολαὶ ἔτι τε τῆς τραγῳδίας ἡ πολλή, φιάλην ἀργυρᾶν φησι γεγονέναι Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης ἔχουσαν ἐν μέσῳ ἄρνα χρυσῆν.* Quo exemplo quam rationem in fabulis explicandis Herodorus secutus sit luculente intelligitur. Exercit. phil. I p. 8.

II, 58. a. In Ibyci fragmento olim scribebam:

*ἥλικας ἰσοπάλους ἐνιγυίους,*

pro *ἰσοκεφάλους*, fortasse recte. In Ephippi loco erat *ἴτρια τραγήματα.* pro quo *ἴτρια τραγήμαθ' ἧκε* scripsi ex XIV p. 624 e. Nicomachei fragmenti vs. 1. recte libri *τοῦ πατρός* pro quo Dindorfius *μοι πατρός* ex Iacobsii correctione dedit; pro *γὰρ* Cobetus Mnem. VII, 154. maluit *μοι*. Vs. 2. *συνεστρόγγυλα* idem dedit pro *συνεστρογγύλικα*, nescius idem me suasisse Com. Gr. IV p. 587.

Ibid. b. et c. Consulto reliqui in verbis Athenaei *πρόπομα*, quamquam non nesciebam antiquam et genuinam formam esse *πρόπωμα*, quae sine dubio in loco Phylarchi restituenda est. Eidem restitui *ἐπὶ ξένια καλέσας* pro *ἐπὶ ξενίᾳ*. V. Cobetum V. L. p. 248. et Dindorfium Praef. Luciani II p. IX.

Ibid. d. In Antiphanis loco erat *τρώγοντες μολόχης ῥίζαν*, quod servari potest, si hanc dactylici vel anapaestici versus particulam fuisse statuas.

II, 59. c. Hermippi verba ante Dobraeum ita scripta legebantur: *τὴν κεφαλὴν ὅσην ἔχεις ὅσην κολοκύντην*, idem in Phrynichi loco recte dedisse videtur *κολοκύντιον*. Epicharmi qui sequitur versus a Dindorfio ex Grotii et Koenii ad Gregor. p. 281. coniectura ita editus est:

*ὑγιέστερον τῆν' ἐντὶ κολοκύντας πολύ.*

Libri *ὑγιέστερον τ' ἦν ἔτι*. Sed *ἐντὶ* pro *ἐστὶ* Epicharmus non dixit. Praeterea haereo in *ὑγιέστερον τῆνο*, siquidem huius proverbii haec forma fuit, ut homo praecipue sanus cucurbita sanior diceretur. V. Photium et Suidam s. v. *ὑγιέστερος ὄμφακος*. Cf. Diphilus in Com. graec. IV p. 420:

*ἐν ἡμέραισιν αὐτὸν ἑπτά σοι, γέρον,*
*θέλω παρασχεῖν ἢ κολοκύντην ἢ κρίνον,*

i. e. *ἢ ὑγιᾶ ἢ τεθνηκότα*. Neque obstat Sophron apud Etym. M. p. 774, 41. *ὑγιώτερον κολοκύντας*, in quo *ὑγιώτερον* accusativus est, suspensus ille a verbo *ἀποδείξω* vel simili quodam. Itaque Epicharmi versum ita scribi malim

*ὑγιέστερός θήν ἐστι κολοκύντας πολύ.*

Exercit. philol. Spec. I p. 7.

Ibid. d. In Epicratis ecloga edidi *εἴ τι κατειδὼς ἥκεις, λέξον πρὸς τᾶς γᾶς*. Abest vulgo *τᾶς*. Cobetus maluit *πρὸς Ἀθηνᾶς*. Cf. Com. graec. III p. 370. Vs. 10. addidi *τῶν* et vs. 20. edidi *πρώτιστον μέν*, pro *πρώτιστα μέν*. Alii *πρώτιστα μὲν οὖν*. Vs. 24. recte post Cobeti Observ. crit. de Platone Com. p. 121. *τῶν μειρακίων* delet Herwerdenus, qui vs. 30. coniecit *ἐπέταξε πάλιν πορδὴν αὐτοῖς*. Sufficere opinor *ἐπέταξ' αὐτοῖσι πάλιν πορδήν*, vel *ἐπέταξ' αὐτοῖς πάλιν αὖ πορδήν*. Alia tentavit Emperius.

II, 60. a. In Alexidis loco *ἐφ' ἧς* (corr. operarum error *ἐπ' ἧς*) *ἐπέκειτ' οὐ τυρὸς οὐδ' ἐλῶν γένη* fortasse recte

maluit Herwerdenus. De mensura huius nominis dixi Com. graec. III p. 503. Ibid. poenitet non recepisse quod conieceram

*οὐδὲ παρέχουσαι κνῖσαν ἡμῖν πίονα*
*παροψίδες καὶ λῆρος.*

Pro *πίονα* vulgo *πλείονα* scribitur.

Ibid. d. Postremos versus *οὐδεὶς χρέως — πυθαγορίζειν* qui vulgo leguntur post *φλέγμ' οὐκ ἔχων*. Dobraeo suadente coniunxi cum sequentibus. in quorum primo scripsi *τίς γὰρ κάτοιδ' ἡμῶν* pro *τίς γὰρ οἶδ' ἡμῶν*.

Ibid. e. Cum Dobraeo posui *τῷ παροιμίας* pro *τὸ παροιμίας*, et in ultimo Antiphaneae eclogae versu scripsi *κεἴ τι πνίγει βρῶμ' ἔτι* pro *βρῶμά τι*. nisi praestat *κεἴ τι πνίγει βρωμάτων*.

Ibid. f. Epicharmi versum correxit Naekius. legebatur *ἐπεσκληκότες*.

II. 61. b. Euripidis legitur epigramma, in cuius vs. 1. pro *ἀγήραντον* e codd. posui *ἀγήρατον*. et vs. 4. ex iisdem scripsi *μοιραδίῳ* pro *μοιριδίῳ*. Cf. Lobeck. Proleg. Path. p. 352. In Athenaei verbis scribendum *τοὐπίγραμμα*.

Ibid. d. In Diphili medici loco *οἱ μετὰ τὸ ἐμεθῆναι καὶ τεθῆναι πησσόμενοι* verba *καὶ τεθῆναι* utpote ex dittographia orta delenda videntur.

II, 62. b. *καὶ μᾶλλον ὅταν αἱ βροντεῖ. ὡς ταύτης αἰτιωτέρας οὔσης*. Excidisse *τῆς αἰτίας* vidit Casaubonus.

Ibid. d. *διὸ Ναυσικλείδην εἰρηκέναι μήτε ἔαρ μήτε φίλους*. Sensus horum verborum epitomatoris vitio obscuratus est. Dixerat aliquis, referente Hegesandro, in Hellesponto *οὔτε ὕδνον γίνεσθαι οὔτε γλαυκίσκον οὔτε θύμον*, quo audito Nausiclides addidit: neque ver neque amicos. Cf. Dobraeus, qui pro *θύμον* recte corrigere videtur *θύννον*, quod praeivit Natalis Comes. — De Aristophanis fragmento v. Bergkium p. 1169.

Ibid. e. Theopompi versus *κἄπειτ' ἰδὼν ἀσφάραγον ἐν θάμνῳ τινί τινά?* fortasse ad Ulixen fabulam referendus est. In sequente Amipsiae fragmento scribendum *οὐ σχῖνος οὐκ ἀσφάραγος οὐ δάφνης κλάδοι*. pro *οὐδ' ἀσφάραγος*.

Ibid. f. Sophoclis versus fortasse ita scribendus est *κάξορμενίζει κοὐκ ἔτι σχολάζεται | βλάστη*.

II. 63. a. Antiphanis locus in libris ita legitur: *ἀσπάραγοι ἠγλαΐζετ'. ὄρχος ἐξήνθηκέ τι*. Porsonus *ἐπηγλαΐζετ'*, praeful

ἐπαγλαΐζετ' (corr. oper. errorem). Metro destitutus Philyllii versus fortasse ita redintegrandus est μαινίδες [ἀφύη] σκόμβροι κοχλίαι κορακῖνοι, cll. Anaxandride Com. gr. III p. 184. σκορόδων ἀφύης σκόμβρων.

Ibid. c. Epicharmus τούτων ἁπάντων ἀκρίδας ἀνταλλάσσονται. Dobraeus ἀντάλλασσε τύ. Fort. ἀντάλλασσε παῖ.

Ibid. d. Versu 4. eclogae Eubuli

οὐδ' ἱεροσύλοις καὶ πικραῖς παροψίσιν.

Dobraeus corrigit μιαραῖς. In postremo versu edidi

ἀκροκώλιόν τε γεννικόν, ὀπτὰ δέλφακος
ἁλίπαστα τρία.

Vulgo δελφάκια.

Ibid. e. In Alexidis fragmento vulgatur πίννας. Tum egebatur

τοσαῦτα τούτων ἄν τις εὕροι φάρμακα
ἐρῶντι ἑταίρας ἕτερα χρησιμώτερα;

Scripsi τοιαῦτα, et similia, idque cum praecedentibus coniunxi; tum ἐρῶν pro ἐρῶντι correxit Iacobsius; praestat fortasse ἐρῶν γ'. Ad orationis formam compara Platonem Phaedr. p. 234 e. οἴει ἄν τινα ἔχειν εἰπεῖν ἄλλον — ἕτερα τούτων μείζω καὶ πλείω; Fort. tamen scribendum τουτωνὶ τίς ἂν εὕροι —

Ibid. f. De Xenarchi loco vide Com. gr. III p. 614. (p. 841. ed. min.) Vs. 7. polypus dicitur πόντου κυανέαις δίναις τραφείς, pro quo vide ne στραφείς scribendum sit. Vs. 10. cum Lobeckio pro στερνοσώματον scripsi στερροσώματον.

II, 64. c. καί γε ἱκανῶς εἰσὶν (αἱ βολβῖναι) διὰ τὴν πολλὴν σκληρότητα καὶ εὐέκκριτοι. Debebat opinor διὰ τὴν πολλὴν γλισχρότητα, praeterea excidisse videtur adiectivum, nisi καὶ ante εὐέκκριτοι delendum.

Ibid. Vitium suscepit ultimus Matronis versus

τάων φυομένων ἠράσσατο πότνια γαστήρ.

Fortasse ὑομένων scribendum, quando imbribus irrigantur, cll. versu tertio ἃς ἐν χέρσῳ θρέψε Διὸς παῖς ἄσπετος ὄμβρος. Nisi quis praeferat θυομένων, quando iactantur, ut Horatius dixit porrum seu caepe trucidas.

Ibid. e. In Philemonis loco pro κρόμυον scripsi κρόμμυον.

Tum in Heraclidae Tarentini verbis pro *ἐπιμένει γὰρ τῇ κοιλίᾳ* malim *ἐμμένει.*

II, 65. c. De Eubuli loco v. Com. graec. III p. 268. In sequente Nicostrati fragmento Dobraeo auctore pro *ἀγοράζω* scripsi *ἀγοράσω.*

Ibid. e. In Antiphanis anapaestis *μελιπέρδικες* suspicabar Com. graec. III p. 145.

Ibid. d. De Antiphanis fragmento vide Com. graec. III p. 141. In eo *τίς εἰσφέρῃ* scripsi Dobraeum secutus pro *φέρῃ τις.* In Eubuli loco *τὴν ὁδὸν* corruptum est. Herwerdenus Obs. crit. p. 60. *διάπαττε τηνδ'* scil. *κύλικα ὅλην.*

Ibid. e. *Νίκανδρος Θηριακοῖς Ἢ καὶ λεπτοθρίοιο πολύχνοα φύλλα κονύζης* *). Leguntur haec eodem modo scripta in Ther. 875. Itaque Nicander eo licentiae progressus est, ut *θρίον* penultima correpta dicere non dubitaverit pro *θρῖον.* Sed Nicander in syllabarum mensura etiam alia sibi permisit a reliquorum poetarum usu aliena. Ex hoc genere est quod non tantum *πρίων* Ther. 52. sed etiam *νεαλὴς* Alexiph. 358. 364. 473. *γερύνων* Alexiph. 576. Ther. 620. (cf. Stephanus Byz. s. v. *Βιθυνός* penultima brevi dicere non veritus est. Nec minorem sibi licentiam sumpsit in mensura verborum *βάλσαμον* Ther. 396. si sana est lectio, *δείδιθι* Alex. 443 **), *σίσυμβρα* Ther. 896. *μύουρος* Ther. 287. aliorumque. At quod idem Alexiph. 446. *ἄμμιγα ποιπνύων Ὑμηττίδος* in *Ὑμητίς* primam produxit, in eo ab aliorum exemplo poetarum descivisse non putandus est. Dosiades Anth. Pal. XV, 25, 21 *Ὑμηττιαδᾶν πολὺ λαροτέρην σπονδήν.* Nonnus XIII, 183 *γείτονος Ὑμηττοῖο μελισσήεντας ἐναύλους.* Stephanus Byz p. 727. *Ὑμηττός· τὸ υ μακρὸν καὶ βραχύ.* Atque hinc es quod apud Hesychium *Ὑμηττὸς* duplicata ametabolo *Ὑμμητ τὸς* scriptum reperitu, cuius scripturae aliud exemplum ha

*) E Theriacis Nicandri quae affert Etymol. M. p. 27 51. *Αἰγοφάγος· ὁ Ζεύς, ὡς παρὰ Νικάνδρῳ ἐν Θηριακοῖς*, e in nostris exemplaribus frustra quaeras. Sed scribendun videtur *Θηβαϊκοῖς*, quorum tertium librum laudat schol Ther. 214.

**) Hoc removit nunc O. Schneiderus, qui ex cod. *I* edidit *δείδιχθι.*

bet cod. Gorl. Luciani vol. III p. 180. Iac. Exerc. philol. I p. 8.

II, 67. a. οὔτε πεπέρεως μέμνηται οὔτε ὄξους, ὃ μόνον ἄριστόν ἐστι τῶν ἡδυσμάτων. Postrema ab Athenaei oratione separavi; habes comici poetae versum. monuit Dobraeus.

II, 68. c. De Cratini fragmento v. Com. gr. II p. 34. In Platonis loco ante Dobraeum ego ὁ μὲν Λέαγρος pro ὁ Μελέαγρος, Bergkius autem ἀβελτεροκόκκυξ pro κόκκυξ restituimus.

II, 69. a. τὸ πλατύκαυλον καὶ τὸ στρογγυλόκαυλον. Adieci τὸ ante στρογγυλόκαυλον.

Ibid. b. οὗ ὁ Ἄδωνις καταφυγών. Libri καταφαγών, quod probum est si scripseris ἧς pro οὗ. In Amphidis fragmento vs. 2. ἃς εἰ φάγοι τις ἐντὸς Herwerdenus Observ. crit. p. 62. corrigit κἀντός pro ἐντός. fort. ἃς κεἰ φάγοι. Vs. 4. legebatur στρέφοιθ᾽ ὅλην τὴν νύκτα, et vs. 6. τῇ χειρὶ τρίβων τὴν ἀναγκαίαν τύχην, quod vere opinor φύσιν scripsi.

Ibid. c. Eubuli versus μὴ παρατίθει μοι θριδακίνας ὦ γύναι, integer erit, si, quod feci, μὴ duplicaveris.

Ibid. e. Λύκος δ᾽ ὁ πυθαγόρειος τὴν ἐκ γενέσεώς φησι θρίδακα — ὑπὸ μὲν τῶν Πυθαγαρείων λέγεσθαι εὐνοῦχον, ὑπὸ δὲ τῶν γυναικῶν ἀστύτιδα. Mirum mulieres sic opponi Pythagoreis, ac vereor ne κυνικῶν scribendum sit.

II, 70. a. Sophocles ἄκανθα πάντα πληθύει γύην. Malim πληθύνει. Ibid. b. Hecataei Milesii loco restitui formas ionicas, legebatur ὕλησιν, τοῖσιν οὔρεσιν, κυνάρα, οἰκοῦσι, τοῖσιν, κυνάρα, ἰτέα. Item in Scylacis ecloga, ubi erat ὀχετοῖσιν, τοῖς οὔρεσι, κυνάρα. Ibid. c. legebatur καὶ ὁ Λοκρός.

Ibid. f. Epicharmi locum scripsi fere ut voluit Dindorfius. Vulgo μάραθοι et τοῖς ἄλλοις μὲν φαγεῖν. Qui proxime sequitur eiusdem poetae versus,

ὃ δέ τις ἀγρόθεν ἔοικε μάραθα καὶ κάκτους φέρειν,

eum ex fabula Γᾶ καὶ θάλασσα petitum esse conicio e fragmento apud Etymol. M. p. 77. Ἀμάμαξυς· ἡ ἀναδενδράς. Ἐπίχαρμος ἐν Γᾷ καὶ θαλάσσᾳ Ὁ δ᾽ ἀμαμάξυας φέρει. Ita enim scribendum. Videntur autem in hac fabula nuptiae celebratae esse, ad quas sua quisque convivarum apportabat munera. Similis fuit earum Epicharmi fabularum compositio, quas ab Hebae nuptiis inscripserat. Exerc. phil. I p. 10.

II, 71. c. In Menandri fragmento, de quo in Hübneri Herme I, 2. dixi, vs. 1. post ἔργον supplevi ἐστὶν (dele comma post ἔργον). Sequentia praeeunte Schweigh. ita Dindorfius edidit:

οὗ λαβὼν τὴν κύλικα πρῶτος ἄρχεται λόγου πατὴρ
καὶ παραινέσεις πέπαικεν. εἶτα μήτηρ δευτέρα —

libri pro παραινέσεις habent παραίνεσις. Quid sit παραίνεσιν παίζειν, nemo facile dicat. Correxi emendatione certa:

καὶ παραινέσας πέπωκεν —

Corrumpit sententiam Herwerdeni Obs. crit. p. 93. conatus. Vs. 4. editur εἶτα τήθη παραλαλεῖ τις. Iam olim scripsi τηθίς, quod propter sequentia necessarium est. Nec παραλαλεῖ incorruptum puto, scribendumque videtur παρακαλεῖ, admonet, hortatur adolescentulum. In Antiphanis vs. 1. fortasse recte addidi ἆρ' et τι ante καταφαγεῖν delevi. Vs. 3. scripsi ἐνθάδ' ἔδομαι 'γὼ καί τις ὄψεται; deest vulgo ἐγώ. In sequente eiusdem poetae fragmento, in cuius vs. 1. addidi παῖ, cum Dindorfio e Ruhnkenii coniectura dedi ψυκτῆρα, λεκάνην, τριπόδιον, ποτήριον, pro quo cod. habet πότερον. At ποτήρια etiam cetera fere sunt, quae enumerantur; itaque certum quoddam poculi genus commemoratum fuisse crediderim; id quale fuerit fortasse alii reperient. Versu ultimo erat θυείαν.

Ibid. In Euripidis fragmento vs. 2. fortasse corrigendum est Νεῖλον λιπὼν κάλλιστον ἐκχέανθ' ὕδωρ. Vs. 5. pro τεθριππεύοντος scribendum esse τέθριππ' ἔχοντος primus vidit Doederlinus. Aeschyli loco adhibui fere emendationes Hermannianas, v. Nauckii Trag. gr. p. 74.

Ibid. d. ὑδάτων πολλῶν καὶ λαμπρῶν γινομένων κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν. Sunt Callisthenis verba, in quibus offensionem habet λαμπρῶν, pro quo scripsi λαβρῶν.

III, 72. a. Nicandri e Georgicis fragmentum affertur, cuius in versu primo scribendum videtur σπείρειας κυάμων Αἰγύπτιον pro κύαμον, notissimo usu genitivi. Productio brevis syllabae non defenditur loco in Alexiph. 362. Vs. 3. pro ἀνύῃς posui ἀνύσῃς, quod tempus melius convenit cum ὀρέξῃς. Sequentia τὰ δὲ πεπτηῶτα ἀκμαίου καρποῖο κιβώρια respexit schol. Dioscoridis in Matthaei med. graec. p. 362. Αἰγύπτια κιβώρια, ὧν μέμνηται Νίκανδρος Γεωργικοῖς.

ὡς Ἑλλάδιος ἐν χρίσει φησίν. Ubi χρίσει e χρηστομαθίᾳ corruptum videtur, cuius operis iambicis senariis comprehensi excerpta servavit Photius Bibl. cod. 279. Neque aliunde petita sunt quae leguntur apud scholiastam Euripidis Med. 610. et schol. Dionysii Per. 911. Exercit. philol. I p. 10.

III, 73. d. τὸν Τραγασαῖον ἅλα λαμβάνειν. De sale Tragasaeo vide ad Stephanum Byz. p. 722. Mox legebatur καὶ Λάχης, quod Valckenarium Epist. ad Ernestum p. 47. secutus Καλλίμαχος scripsi.

III, 74. b. ἡδύγεων posui pro ἡδύγαιον, et litt. c. scripsi κἂν ἀπὸ κράδης κρέμασθαι δέῃ, quod ex cod. Ven. Bekkerus enotavit. Vulgo ἀποκρέμασθαι.

Ibid. f. In Alexidis fragmento Herwerdenus Novis Addendis ad Com. graec. p. 33. recte scripsit ἐπὶ τοῖσι pro ἐν τοῖσι.

III, 75. a. Aristophanei fragmenti primus versus ita scriptus legebatur:

σνκᾶς φυτεύω πάντα πλὴν λακωνικῆς.

Correxi πάνυ τι.

Ibid. b. De Alexidis loco dixi ad II p. 55. a. In Pherecratis fragmento revocavi verissimam librorum scripturam κάθευδε τὰς μεσημβρίας pro τῆς μεσημβρίας.

Ibid. c. Pro φιβαλέοι posui quod constans usus postulabat φιβάλεω, et in Apollophanis loco (Ἀπολλοφάνους enim recte Porsonus pro Ἀντιφάνους restituit) vs. 3. meae a Dindorfio receptae coniecturae τὰς φιβάλεως δὲ praetuli quod VL. habent τασδὶ φιβάλεως. AB τὰς δὲ φιβάλεως.

III, 76. a. Parmenonis Byzantii fragmentum affertur hoc:

ἦλθον μακρὴν θάλασσαν, οὐκ ἄγων σῦκα
καναῖα φόρτον.

Athenaeus haec attulit ut Canaeas ficus praestantissimus (διάφορα σῦκα) fuisse doceret. Itaque excidit laus illarum ficuum. Fortasse scripserat poeta:

καναῖα φόρτον, [ἐξοχώτατον βρῶμα].

Praeterea suspectum dicendi genus est ἦλθον θάλασσαν, quod dici non potest ut ἐλθεῖν ὁδόν et similia. Quare pro ΗΛΘΟΝ scribendum puto ΠΛΕΩΝ. Ibidem legebatur Προικιζομένης ἱματιοπώλιδος. V. Historiam Com. graec. p. 466.

Ibid. b. *τὰ δὲ σῦκα ταῦτα* (Paria) *τοσαύτην ἔχει παραλλαγὴν πρὸς τὰ πολλαχοῦ γινόμενα ὡς τὸ τοῦ ἀγρίου συὸς κρέας πρὸς τὰ ἄλλα τὰ μὴ τῶν ἀγρίων χοίρων κρέα.* Postrema *τὰ μὴ — κρέα* fortasse delenda sunt. Pro *ὡς τὸ* requirebam *ὅσην τὸ* et pro *πολλαχοῦ* malim *ἀλλαχοῦ.*

Ibid. c. In Epicharmi versu Erfurdtus inserebat *ἐστ'*. Satius duxi *ἐρινεοῖσι* scribere pro *ἐρινοῖς.* Sequitur Sophoclis locus ex Helenae nuptiis, de quo vide quae dixi Praef. ad Theocritum p. VI.

III, 77. a. De Hermippi loco cf. Dobraeum.

Ibid. d. *Ἀντιφάνης Σκληρίαις.* Fortasse *Σκυρίαις* vel *Σκληρίᾳ.* V. Histor. Com. graec. p. 312.

III, 78. a. Difficile est expedire varia ficuum nomina, pro *συκοβασίλεια* cod. B praebet *σύκα βασίλεια,* pro *καὶ ὑλάδια,* quae fortasse e *διττογραφίᾳ* nata sunt, Schweighaeuserus tentabat *κοιλάδια.* Pro *λαπύρια* ex C posui *καπύρια.* In sequentibus *Συκέα* (a *Συκεύς*) e Stephano Byz. p. 591, 3. scripsi pro *Συκέαν.*

Ibid. b. *Ὀρείου* edidi pro *Ὀρίου* et *Κράνειαν* posui pro *Κράνειον,* denique *Μορέαν* scripsi pro *Ὀρέαν,* quod nihil est.

Ibid. c. *συκέην* in Hipponactis versu dedi pro *συκῆν.*

Ibid. d. *τε* post *εὐτραφῆ* per errorem irrepsit.

Ibid. f. In Ananii loco erat *καθεῖρξαι* et vs. 3. *γνοίη χ' ὅσῳ.*

III, 80. b—e. Nicophron:

> *ἐὰν δέ γ' ἡμῶν σῦκά τις μεσημβρίας*
> *τρώγων καθεύδῃ χλωρά.*

Pro *τρώγων* reposui quod necessario requiritur *τραγών.*

Ibid. d. Scripsi *ὀκτωκαίδεκα ἔτη σύκων μὴ γευσάμενον* pro *ἐτῶν,* et in versu proverbiali *σῦκον μετ' ἰχθύν, ὄσπριον μετὰ κρέας* pro *κρέα.* qui si scenici poetae versus est, praeterea *ὄσπριον δέ* scribendum fuerit.

III, 81. a. *ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ Μορδίῳ λεγομένῃ.* Malim *τῇ καὶ* (vel *πρότερον*) *Μορδιαείῳ λεγομένῃ.* Stephanus Byz. p. 106, 10. *Ἀπολλωνία — Πισιδίας, ἡ πρότερον Μορδιάιον,* ubi vide quae annotavi.

Ibid. d. In Stesichori fragmento erat *μύρρινα* et in Canthari loco *Κυδωνίοις μήλοισιν εἰς τὰ τιτθία.* Correxit Iacobsius, nisi quod scripsit *ἶσα τιτθία.*

Ibid. f. Ἑρμῶναξ aliis praeeuntibus scripsi pro Ἕρμων.

III, 82. a. Euphorionis vel Archytae locum emendavi Anal. Alex. p. 44. Legebatur ὃ δ' ἀργιλλώδεσι et πορφύρεον. Sequitur Nicandri locus:

αὐτίχ' ὅ γ' ἢ Σιδόεντος ἠὲ Πλείστου ἀπὸ κήπων
μῆλα ταμὼν χνοάοντα τύπους ἐνεμάξατο Κάδμου.

Sic enim nunc scripsi pro νεμέσσατο. Dindorfius ἐνεμάσσετο. Locus hic recte ad Ctesyllae et Hermocharis amores refertur a Dobraeo et Carolo Dilthey de Callimachi Cydippe p. 64.

Ibid. b. Antigoni Carystii locus sic scriptus erat:

ἧχι μοι ὡραίων πολὺ φίλτερος ἠδ' ἀριμήλων
πορφυρέων, Ἐφύρῃ τά τ' ἀέξεται ἠνεμοέσσῃ.

Iacobsius ἢ λασιμήλων, Dindorfius ἦν λασιμήλων, Dobraeus εἴαρι μήλων coniecerunt. Praetuli his ἦν ἄρα μήλων.

Ibid. c. In Aristocratis verbis ἔτι δὲ μῆλα καὶ τὰς λεγομένας ἑσπερίδας excidisse suspicatus sum μηλέας.

III, 83. b. ἀλλὰ μὴν ἔγωγε — διορίζομαι μηδ' ὅλως τὸν Ἡγήσανδρον τοῦτ' εἰρηκέναι δι' αὐτὸ τοῦτ' ἐξαναγνοὺς αὐτοῦ πάντα τὰ ὑπομνήματα. Ita vulgo; probavi Valckenarii emendationem διισχυρίζομαι, praeterea pro ἐξαναγνούς scribi malim διαναγνούς. Mox litt. c. τὰ δὲ τῶν Ἑσπερίδων λεγόμενα μῆλα ὅτι ἐς τοὺς Διὸς καὶ Ἥρας λεγομένους γάμους ἀνῆκεν ἡ γῆ Ἀσκληπιάδης εἴρηκεν. post Ἥρας supplevi quod omitti non potuit ἱερούς.

III, 84. b. Antiphanes φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι. τρία μόνον ἐστίν. Non male opinor in ed. mai. tuitus sum librorum scripturam φησίν. Tum Bergkius ταυτί· ναὶ τρία, quod etiam Eriphi fragm. restituit.

Ibid. c. In Eriphi loco Hirschig pro εἶχον maluit εἶχεν sc. τὸ δένδρον.

III, 85. c. De Epicharmi versibus v. Lorenz p. 231. Vs. 2. in ἀσπέτους latere videtur conchae nomen. Tum partim Ahrensium secutus sum scribentem κηκιβάλους τήθυας κτένια, nisi quod κεκιβάλους (ita B) τηθύνια κτένια dedi. Vulgo κηκιβάλους τηθυνάκια. Vs. 4. καταφαγῆμεν δ' εὐμαρέα scripsi pro καταφαγεῖν δ' εὐμαρέα. Ahrensius καταφαγεῖν δ' ἐυμαρέα, cum diaeresi. Vs. 8. reliqui corruptam scripturam, de qua v. Dindorfium. Schneiderus κογχοθήραις

πᾶσίν ἐστιν ὠνία. Vs. 9. et 10. cod. A ut videtur θάτεραι (θάτερα B) δέ τ' αἱ κόγχοι τε αἱ ἀμαθίτιδές τε κακοδόκιμοι. Optime correxit Ahrens. Tum idem κηΰωνοι. libri κηυγόνοι, Casaubonus κήγονοι.

Ibid. f. Alcaei fragmentum affertur: πέτρας καὶ πολιᾶς θαλάσσας τέκνον — ἐκ δὲ παίδων χαυνοῖς φρένας ἁ θαλασσία λεπάς. Sic enim Ahrens emendavit vulgatam scripturam ἐκ λεπάδων. Ad idem carmen ego Philol. XII p. 615. referebam glossam Hesychii Μελίγγας (fort. μελίγκτας vel μελίκτας) ὄλοιτο παῖς θαλάσσας — τινὲς δὲ τὸν αὐλὸν ἢ τὸν δι' αὐτοῦ μελισμόν.

III, 86. a. Sophron μελαινίδες γάρ τοι νησοῦντι ἐμὶν ἐκ τοῦ μικροῦ λιμένος. Pro νησοῦντι fortasse νισοῦνται. i. e. νίσονται. scribendum est: τὸν μικρὸν λιμένα dicere videtur portum Syracusanum minorem.

Ibid. c. ῥωμαλεώτερα δὲ τῶν κογχυλίων φησὶν εἶναι ὁ Διοκλῆς πορφύρας κόγχας κήρυκας. Scribendum ῥωμαλεώτατα vel ἄλλων addendum. Sequens Sophoclis fragmentum optime tractavit Nauckius Trag. graec. p. 159. In Speusippi loco erat πίννας, quod πίνας scripsi ex BP. eamque formam ubique posui.

III, 87. a. Ἀριστώνυμος Θησεῖ· κόγχος ἦν βαπτῶν ἁλῶν. ὁμοίως παραπλησίως δ' εἴρηκε καὶ Φρύνιχος. Porsono ὁμοίως expungenti obsecutus est Dindorfius; scribendum potius ὁμοίως καὶ παραπλησίως δ' εἴρηκε. quae passim coniunguntur. V. Lobeckii Paral. p. 62. not. 69. Adde Photium p. 195, 1. τὴν αὐτὴν καὶ παραπλησίαν διάνοιαν. Consimili ratione ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ coniunxit Thucyd. I, 27. et V, 79. Teles Stobaei Flor. XI 8. alii. Exerc. phil. I p. 4.

Ibid. b. Ἡγήσανδρος — τὰς τραχείας φησὶ κόγχας ὑπὸ μὲν Μακεδόνων κωρύκους καλεῖσθαι. ὑπὸ δὲ Ἀθηναίων κρείους. Scripsi κριούς.

Ibid. c. Hicesius scribere non potuit τῶν μυῶν οἱ μὲν Ἐφέσιοι καὶ οἱ τούτοις ὅμοιοι τῇ εὐχυλίᾳ τῶν μὲν κτενῶν βελτίονες. ubi pro ὅμοιοι correxi ὅμοροι.

III. 88. d. Post ἀνεῳγμένον addendum erat ex Aristotele πόρον, ut iam Schweighaeuserus indicarat. Tum ἀφιᾶσι pro ἀφίησι scripsi praeeunte Dobraeo.

III, 90. b. *μέμικται γὰρ κωμῳδικῶς πρὸς τὴν τήθην καὶ μητέρα.* Loquitur de versu Aristophanis Lys. 549. *ἀλλ' ὦ τηθῶν ἀνδρειοτάτη καὶ μητριδίων ἀκαληφῶν.* Pro *μέμικται* Schweighaeuserus tentabat *μεμίμηται.* Praetulerim *πέπαικται.*

Ibid. d. Diphilus Siphnius *οἱ δὲ σωλῆνες μὲν πρός τινων καλούμενοι, πρός τινων δὲ καὶ αὐλοὶ καὶ δόνακες καὶ ὄνυχες, πολύχυλοι καὶ κακόχυλοι.* Supplendum videtur *ὄνυχες [καὶ δάκτυλοι], πολύχυλοι.* Cf. Plinius H. N. XXXII, 152. s o l e n s i v e a u l o s s i v e d o n a x s i v e o n y x s i v e d a c t y l u s, qui manifesto Diphilum exscripsit. *καὶ δάκτυλοι* facillime ante *πολύχυλοι* excidere potuit. Mox *εἰσὶ δὲ τοῖς λιθιῶσι καὶ ἄλλοις δυσουροῦσι εὔθετοι.* Malim *ἄλλως.*

Ibid. e. Pro *ἐαρινοί*, quae Casauboni emendatio est, scripsi de Dobraei coniectura *εὔσαρκοι.* Libri *ἐνεάριοι.* De Phaniae Eresii libro *τυράννων ἀναίρεσις ἐκ τιμωρίας* inscripto v. Eberti Diss. Sic. I p. 76 sqq.

III, 91. a. *ἐχῖνοι δὲ ἁπαλοὶ μὲν εὔχυλοι — μετὰ δὲ ὀξυμέλιτος λαμβανόμενοι καὶ σελίνου καὶ ἡδυόσμου εὐστόμαχοι γλυκεῖς τε καὶ εὔχυλοι.* Pro altero *εὔχυλοι* scribere mihi visum est *εὐκοίλιοι.*

Ibid. b. In loco Phaniae: *οἱ δὲ περὶ τὴν Κεφαλληνίαν γινόμενοι (ἐχῖνοι) καὶ περὶ τὴν Ἰκαρίαν καὶ τὸν Ἀδρίαν τινὲς αὐτῶν καὶ ὑπόπικροί εἰσιν· οἱ δ' ἐπὶ τοῦ σκοπέλου τῆς Σικελίας κοιλίας λυτικοί.* Post *Ἀδρίαν* fortasse lacuna indicanda erat; nec *Ἰκαρίαν*, quae non bene iungitur cum Cephallenia et mari Adriatico, incorruptum est. Suspicor *Τκαρίαν* scriptorem dedisse, quod situi locorum accommodatum est. Cf. ad VII p. 327 b. Quis sit *ὁ σκόπελος τῆς Σικελίας* obscurum est.

Ibid. c. Epicharmi versus sic vulgabatur

*καρκίνοι θ' ἵκοντ' ἐχῖνοί θ', οἳ καθ' ἁλμυρὰν*
*ἅλα —*

ex Toupii emendatione. Libri ut videtur *θ' ἵκοντι ἐχῖνοί τε τοὶ καθ'*, nisi quod VL. *τε τοὶ καθ'* habent. Quod ego dedi, in eo *καρκίνοι τε* referebam ad verbum, quod praecesserit. Vs. 2. recte Ahrensius scripsit *μόνον.*

Ibid. c. *θοῖναν* scripsi pro *θοίνην.* Ven. *θοίνα.* V. ad VIII p. 333 d.

Ibid. d. ὦ φάγημα μιαρόν, οὔτε μὴ νῦν σε ἀφέω μαλθακισθεὶς οὔτ' αυτις ἔτι λάβοιμι. In his ex APV αὖτις scripsi pro αὖθις. Atqui ionicae formae sunt ἀφέω et αὖτις, quo indicio ductus suspicari possis Athenaeum litt. c. non Λάκωνα scripsisse, sed Ἴωνα vel καὶ Ἴωνα. Sequuntur statim haec ὅτι δὲ οἱ ἐχῖνοι (λέγω δὲ καὶ τοὺς χερσαίους καὶ τοὺς θαλαττίους) καὶ ἑαυτῶν εἰσι φυλακτικοὶ πρὸς τοὺς θηρῶντας. Quae sic edidi λέγω δὲ τοὺς χερσαίους, οὐ καὶ τοὺς θαλαττίους. Ion certe, quo teste utitur Athenaeus, de terrestri erinaceo loquitur:

> ἀλλ' ἔν τε χέρσῳ τὰς λέοντος ᾔνεσα
> η τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζυρὰς τέχνας·
> ὃς εὖτ' ἂν ἄλλων κρεισσόνων ὁρμὴν μάθῃ,
> στρόβιλος ἀμφάκανθον εἱλίξας δέμας
> κεῖται δακεῖν τε καὶ θιγεῖν ἀμήχανος.

In quo loco non assentior Nauckio Fragm. Trag. p. 573. verba ἔν τε χέρσῳ corruptelam suscepisse dicenti. Sequebatur sine dubio apud Ionem aliquid de astutia bestiae marinae, idque ipsum, ni fallit sententia, servavit Athenaeus VII p. 318 e. (fragm. 36)

> καὶ τὸν πετραῖον πλεκτάναις ἀναίμοσιν
> στυγῶ μεταλλακτῆρα πουλύπουν χροός.

cf. Oppianus Hal. II, 359:

> τοίην που τραφιρῆς γαίης ἔπι δῆριν ἔθεντο
> ἄμφω ἐνὶ ξυλόχοισιν οφις καὶ τρηχὺς ἐχῖνος —
> ἤτοι ο μὲν προϊδὼν ὀλοφώιον ἑρπυστῆρα
> φραξάμενος πυκινῇσιν ὑπὸ προβλῆσιν ἀκάνθαις
> εἱλεῖται σφαιρηδὸν ὑφ' ἕρκεϊ γυῖα φυλάσσων
> ἔνδοθεν ἑρπύζων· ὁ δέ οἱ σχεδὸν αὐτίκα θύνων
> πρῶτα μὲν ἰοτόκοισιν ἐπισπέρχει γενύεσσιν κτλ.

Vs. 1. loci Sophoclei nescio an recte τοὺς λέοντας scribendum censuerim. Vs. 4. ἀμφάκανθον, quae Salmasii coniectura est, recepi. vulgo ἀμφ' ἄκανθαν legitur sine sensu.

Ibid. e. Diphilus Siphnius ἐοίκασι δ' αὐταῖς καὶ οἱ κήρυκες, ὧν οἱ μὲν τράχηλοι εὐστόμαχοι, δυσκατέργαστοι δέ. Haec adversis frontibus sibi repugnant. Scribendum εὔστομοι, iucundi saporis.

III, 92. c. Nicandri locus legitur e Georgicis:

ἠὲ καὶ ὄστρεα τόσσα βυθοὺς ἅτε βόσκεται ἅλμης,
νηρῖται στρομβοί τε πελωριάδες τε μύες τε
γλίσχραι τ'. ἀλλὰ σύνες τε καὶ αὐτῆς φώλεα πίνης.

Versu primo aut τόσσα aut ἅτε corruptum est. Conieci ἠὲ καὶ ὄστρεα τόσσα (i. e. ὅσα) βυθοὺς κάτα βόσκεται ἅλμης. Versu tertio γλίσχραι substantivum mihi esse videtur et de certo quodam concharum genere intelligendum esse, si recte emendavi Hesychium Γλίσχραι· χῆμαι, ubi pro χῆμαι editur κνῆμαι. Versu tertio τὺ scripsi pro τε.

His proxime Archestrati locus subicitur:

τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει, ὄστρεια δ' Ἄβυδος,

ubi cum libri μῦς θ' ἡ Αἶνος habeant, fortasse scribendum est τοὺς μῦς θ' Αἶνος ἔχει. Αἶνος cum spiritu aspero dictum videtur ut Haemus dicebatur et Aemus. Versu tertio πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει — in πλείστους latet haud dubie piscis nomen.

Ibid. f. In Epicharmi loco erat συμπεφυκότα. Recte p. 85 d. συμμεμυκότα. Statim in Platonis verbis edere debebam δεδεμένοι pro δεδεσμευμένοι. Clare id indicat P. ubi δεδεγμένοι scriptum est.

III, 93. c. λεῖον τὸ ὄστρακον ἔχει καὶ δασύ. Scribendum videtur praeeunte Dalecampio καὶ παχύ. Mox in Charetis Mitylenaei verbis κατὰ τὴν Ἰνδικὴν θάλασσαν, ὡσαύτως κατὰ τὴν Ἀρμενίαν καὶ Περσικὴν καὶ Σουσιανὴν, malim Ἀρμενιακήν. Caspium mare dici intellexit Schweighaeuserus.

Ibid. f. ὅσαι δ' ἂν πέτραις καὶ σπιλάσι προσφυῶσι ῥιζοβολοῦσι, κἀνταῦθα ἐνοῦσαι τὴν μαργαρῖτιν γεννῶσι. Pro ἐνοῦσαι corrigendum videtur ἐνδῦσαι.

III, 95. b. Anaxilas: τῶν Αἰσχύλου πολὺ μεῖζον εἶναί μοι δοκεῖ | ἰχθύδι' ὀπτᾶν. Ita correxit Dobraeus, libri πολὺ μᾶλλον, quod servare non debebam. Sequentia corruptius sunt tradita, quam quae tuto emendari possint. Interim tentavi

ὅσον
ἀκροκώλι' ἕψειν [κρεῖττόν ἐστι], ῥυγχία,
πόδας.

ἐστὶ, quod vulgo post ἕψειν legitur, abest a BP. Ceterum Anaxilae nomen suspectum esse docebit inspectus Athenaei

locus. Suspicari possis Ἀνάξιππος. In sequenti Anaxilai fragmento

δεινὸν μὲν γὰρ ἔχονθ' ὑός
ῥύγχος ὦ φίλε Κινησία,

pro Κινησία scribendum videri κινησιᾶν indicavi Hist. crit. p. 228.

Ibid. c. Axionici locum exhibui ut correctus est ab Emperio. Vulgo editur συντιθείς. οἴονται ἄνω ἑτεράλκια — τέμνω παραφέρω. Vs. 4. Dobraeus πάντας ὥστ' ἄν.

Ibid. d. Iacobsius, quem Dindorfius secutus est, pro τέκνων scripsit κύων. Altero versu Dobraeo auctore fortasse addendum σέ. Mox erat Συοθήραις. quod Συοθήρᾳ scripsi.

Ibid. f. In Antiphanis fragmento γελοῖον alteri interlocutori tribuerim, cetera primo. Vs. 4. ὦ δέσποθ' scripsi pro δέσποτα, ut voluit vir doctus apud Schweighaeuserum. Lacunam quam ultimo versu indicavi, Herwerdenus Observ. crit. p. 49. ita supplevit:

ζῷον [μὲν ἐκεῖνο]. τοὺς δὲ βοῦς ἠνάγκασεν.

III, 96. a. In Alexidis loco ἠριστηκότων | σχεδόν τι δ' ἡμῶν ἐξ ἀκροκωλίου τινός. pro ἐξ posui ἔξ.

Ibid. b. Primum versum Pherecratis praeeunte Elmsleio correxi in libris sic scriptum ὡς παρασκευάζεται δεῖπνον πῶς ἂν εἴπαθ' ἡμῖν.

Ibid. c. De Aristophanis loco dixit Bergkius Fragm. Com. II p. 1150.

III, 97. c. τοῦτο δ' ὑμεῖς ποιεῖτε — πίνοντες, μᾶλλον δ' ἐκπίνοντες. Scripsi ἐμπίνοντες coll. incerto comico in Fragm. Com. III p. 394. πίνωμεν. ἐμπίνωμεν. Cf. Vindic. Arist. p. 189.

Ibid. f. προσέπταισε λίθῳ καὶ τὴν κνήμην ἔλυσε. Non displicet quod Emperius pro ἔλυσε coniecit ἔκλασε.

III, 98. d. τοιοῦτος ἦν καὶ Ἀλέξαρχος ὁ Κασάνδρου τοῦ Μακεδονίας βασιλεύσαντος ἀδελφός, ὁ τὴν Οὐρανόπολιν κτίσας. Uranopolitarum civitas ab Alexarcho condita quo loco sita fuerit a Plinio indicatum putatur H. N. IV, 10. ubi de Atho monte disserit: oppidum in cacumine fuit Acrothon, nunc sunt Uranopolis, Palaeotrium, Thyssus, Cleonae, Apollonia. Sed hujus testimonii ambigua

fides est. Veriora docet Strabo Epit. libri VII. a Kramero edita p. 17. e Demetrio Scepsio: εἶθ' ὑψηλὸν εἶναι πλαταμῶνα πλεθριαῖον σχεδόν τι τὸ μῆκος — ὅπου Ἀλέξαρχον τὸν Ἀντιπάτρου πόλιν ὑποδείμασθαι τὴν Οὐρανόπολιν λ' σταδίων τὸν κύκλον ἔχουσαν. Ad huius igitur rupis radices Acanthum inter et Sanas Uranopolis erat condita. Exercit. phil. I p. 5.

III, 99. c. ἐποχέα posui pro ἐποχλέα, ut praeter alios voluit Coraes.

Ibid. d. ἐπωνόμασεν dedi pro που ὠνόμασεν, nisi που delere praestat.

III, 100. a. Sophili fragmentum sic redintegraverim:

γαστρισμὸς ἔσται δαψιλής· τὰ προοίμια
ὁρῶ [τὰ δείπνου· κᾆτα] χορτασθήσομαι.

Ibid. d. Anthiphanis locum emendavi Fragm. Com. III p. 129. In fine vs. 2. addidi πόλις et vs. 4. scripsi Μητρᾶς pro Μήτρας.

Ibid. e. In Anaxippi vs. 2. recte Dindorfius scripsisse videtur φάς. Vulgo φής, quod φήσ' scripsi. In eiusdem poetae loco ib. servato personarum vices sic distinxi ut oratio similis evadat ei quae est apud Aristophanem Plut. 190. Vs. 3. pro ἅπασιν fortasse ἀλλᾶσιν, idque alteri interlocutori tribuendum. Vs. 4. μασπέτοις Casauboni sive potius Dalecampi emendatio est pro μαστοῖς. Fortasse tamen praestat μαζίοις scribere. Pro πυρετοῖς Lennepius tentabat δίφροις.

III, 101. a. In Hipparchi fragmento presse sequens librorum vestigia scripsi cum Dobraeo:

ἀλλὰ λοπάς μ' εὔφραιν' ἢ μήτρης καλὰ πρόσωπα,

quae apud Dindorfium sic scripta sunt:

ἐν λοπάσιν μ' εὐφραίνει μήτρης καλὰ πρόσωπα.

Libri fere ἀλλαλοπὰ σύ μ' εὐφραίνῃ.

Ibid. c. Dedi γαίης pro γαίας. Versu 4. debebam τέφρην pro τέφραν et vs. 14. πτωχείης.

Ibid. e. ἐτέρωθε posui quod sententia postulabat pro ἑτέρωθι.

Ibid. f. ὁμοίως καὶ τὸ τοῦ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως δεῖπνον διατιθείς. Scribendum videtur ἐκτιθείς; illud convivium apparantis est, non eius qui convivii apparatum enarrat.

III, 102. a. — 103. c. In Damoxeni fragmento vs. 6. nunc cum Cobeto Mnem. IV p. 120. scripsi ὦ γῆ καὶ θεοί. Vulgo οὐκ ᾔδει θεοί. Idem voluerat Hirschig p. 32. Vs. 9. τοῦ 'πινοεῖν Reisigius, τοῦ φρονεῖν Emperius. Vs. 10. πᾶν pro ἦν recte, opinor, Reisigius. Vs. 15. μινθώσας ἄφες Hermanni coniectura est pro μισθώσας ἄφες, quod Grotius pro μισθώσω σαφές scripserat. Eodem auctore praecedentem versum seclusi. Vs. 30. Herwerdenus Nov. Add. crit. p. 46. χυμός. λέγει Δημόκριτος. οὐδὲν πρᾶγμα γὰρ | ποιεῖ γενόμενον τὸν φαγόντ' ἀρθριτικόν. Vs. 36. ἅλμην pro ὀσμὴν scripsi apud Dindorfium et vs. 37. ποιοῦντας pro ποιούντων posui cum Schweighaeusero. Vs. 38. ante Reisigium ὑποτρίβοντας. Vs. 39. πρόσπαρδέτω. Herwerdenus πρόσπαρδε σύ. Fortasse πρὸςπαρδ' · ἴτω. e a t, h a b e a t s i b i. Vs. 40. ὥς μοι κεχάρισαι mea est emendatio a Dindorfio commemorata, vulgo ὥς μοι κέχρησαι. Vs. 43 sq. Dobraeus εὐτυχοῦς τέχνης, οὐ τοῦ διανίζειν. Vs. 47. vulgo ποιοῦσι δ' ἕτεροι σοὶ δὲ λέγω. Correxi apud Dindorfium. Praestat fortasse quod coniecit Casaubonus ἕτεροι· B. σὺ δέ; A. λέγω. Vs. 48. ἄφες. Forsan ἄνες. Vs. 50. Libri ὁμαλιζέτω τοῖς στάχεσι. Iacobsius et Dindorfius ὁμαλιζέτω τις ὡς τάχος, Dobraeus ὁμάλιζε τοῖσι τάχεσιν. quod fortasse verum est, vide tamen Com. gr. IV p. 532. Vs. 52. verba καί τι φαίνεται τέχνη per interrogationem elata primo interlocutori tribuerim. Vs. 59. legebatur ἐνίοτε δ' ἀφεστώς. scripsi ἔσθ' ὅτε δ' ἐφεστὼς, illud ex mea, alterum ex Herwerdeni emendatione. Vs. 61. οὐχ ὑπερβήσει σοφόν. Fortasse Σόφων, quod unius ministrorum nomen fuerit; nisi malis σοφός. id ut cum Ἐπίκουρος coniungatur; sed video quid obstet. Vs. 63. οἶδε Cobetus recte. Vs. 66. οὐκοῦν ὅ γ' οὐκ ἔχουσιν. Cod. B. ὅτε οὐκ, alii ὅτ' οὐκ, malim οὐκοῦν ὅ τι οὐκ ἔχουσιν. Vs. 67. οὕτω συνδοκεῖ. Ita correxi pro οὕτω σοι δοκεῖ et haec personae B. attribui. Cobetus οὐ καὶ σοὶ δοκεῖ;

III, 103. c. In Batonis loco vs. 6. malim ὥς λέγουσί γ' οἱ σοφοί. Vs. 9. ἐκ δὲ τοῦ ζῆν δὴ καλῶς | εὔσως ἅπαντας ἢ τυχὸν δώσεις ἐμοί. Pro δὴ καλῶς Athenaeus VII p. 379 b. recte παγκάλως habet. Cetera feliciter emendavit Hirschigius p. 30. ἴσως ἅπαντας εὐτυχεῖν, quod recipere debebam; et

ἐντυχεῖν repererat iam Emperius p. 346. Vs. 18. nescio quam ob causam delendum censuit Hirschigius. Cf. Com. graec. IV p. 503.

Ibid. c. ἥρπασεν Herwerdenus. Vulgo ἥρπακεν.

III. 104. b. τὸν καλὸν Χρύσιππον κατιδόντα ἀκριβῶς τὴν Ἐπικούρου φύσιν. Pro κατιδόντα scribendum videtur κατειδότα.

Ibid. c. In Theogneti loco vs. 8. pro ἀνέστροφεν recepi Hirschigii emendationem ἀνατέτροφεν.

Ibid. f. Aristophanes vs. 5. οὐδὲ χόρι᾽ οὐδὲ πῦος. Vulgo οὐδὲ χόριον. Correxit Dobraeus et Fritzsche ad Aristophanis Thesmoph. p. 594. Pro πῦος scripsi πυός, de quo v. H. Iacoby ad Addenda mea vol. V p. 18. Vs. 7. οὐδὲ κάραβον μέγαν γυναιξὶ κοπιώσαισιν ἐπεκουρήσατε. Ita correxerunt viri docti ut suos versui numeros restituerent. Libri habent κοπιώσαις. Vitium loci latet potius in ἐπεκουρήσατε, quod ineptissimum est, frustraque explicare conatus est Fritzsche. Scribendum videtur γυναιξὶ κοπιώσαις ἐπεχορηγήσατε. Nisi praeferas quod nuper voluit Herwerdenus Nov. Add. crit. p. 17. μέγα γυναιξὶ κοπιώσαισί γ᾽ ἐπεκουρήσατε, egregiam scilicet opem tulistis mulieribus fessis! μέγα pro μέγαν praebuit cod. Ven.

III, 105. a. In Archestrati fragm. vs. 1. revocavi quod libri habent ἀλλὰ παρεὶς λῆρον πολὺν ἀστακὸν ὠνοῦ. Integrum ut versum faceret, Valckenarius scribebat πολυώνυμον ἀστακόν, cui nollem obsecundasset Dindorfius, quum λῆρος πολὺς quasi proverbii loco dicatur. Vid. Cicero ad Attic. XVI, 1. Aristophanes Polyidi fragm. 1. Exercit. phil. II p. 5.

Ibid. b. Speusippus τῶν μαλακοστράκων κόρακον ἀστακὸν νύμφην ἄρκτον. Κόρακος non est piscis nomen, fort. κοραξὸν vel κορακῖνον.

Ibid. d. Ἔφορος ἐν τῇ πρώτῃ. Recte Marxius τρίτῃ scripsit.

Ibid. e. Archestratus: καρῖδ᾽ εὐμεγέθη λήψει, σπανία δὲ πρίασθαι. Malim ex L. σπανίαι.

Ibid. f. Eubulus καρῖδα καθῆκα κάτω κἀνέσπασ᾽ αὖθις. Temere haec tentavit Herwerden Add. crit. nov. p. 25. cf. Gaisford ad Heph. p. 341. ed. pr. In sequente Anaxandri-

dis loco e Lycurgo, de quo Com. graec. III p. 172 dictum est,

*καὶ συμπαίζει καριδαρίοις*
*μετὰ περκιδίων καὶ θραττιδίων* etc.

quaeri potest quis sit ille quem cum piscibus ludere dicit poeta. Fortasse de Baccho haec intelligenda sunt. V. Iliad. VI, 134 sqq. De sequente eiusdem poetae fragmento, in cuius vs. 3. Hirschigius *σχήματος* scribebat, dixi l. l. p. 180. Versum primum intelligerem sic scriptum *οὐκ ἀνακεκυφὼς ὀρθὸς ὦ βέλτιστ' ἔσει;*

III, 106. c. *εἰσεκομίσθη ταγηνιστὰ ἥπατα περιειλημμένα τῷ καλουμένῳ ἐπίπλῳ.* Scripsi *περιειλημμένα*, ut res postulabat. Mox pro *ἐπίπλοιον* cum Dobraeo malim *ἐπίπλοον*. Quam formam posui etiam p. 107. a. in Epicharmi loco, qui vulgo sic legitur *ὀσφύος τε πέρι καὶ ἐπίπλου*. Etiam in Ionis fragmento dialectus ionica, qua in *Ἐπιδημίαις* utebatur Ion, pro *ἐπίπλῳ* postulabat *ἐπιπλόῳ*.

III, 107. b. Initium eclogae Alexidis exhibui ut emendavi Com. graec. vol. III p. 429. Vulgo *Νηρεῖ τινι ἰδὼν γέροντι.*

Ibid. c. *φυκίδας ψήττας τινὰς | καρῖδα φύκην κωβιὸν πέρκην σπάρον.* Pro *τινὰς* scripserim *κτένας*.

Ibid. d. Scripsi *τὰς σκευασίας πάντων δὲ καὶ τὰς διαθέσεις*, ubi pro *διαθέσεις* libri habent *σκευάσεις*.

Ibid. e. Porsonus *ἂν* (i. e. *ἃ ἂν*) *θέλῃ τις μανθάνειν.*

Ibid. f. In Alexidis loco scribendum videtur

*καὶ πλεκτάνην στιφρὰν σφόδρ', ἐπὶ τούτοις τέ που*
*αἰσχυνόμενον ἧπαρ καπρίσκου σκατοφάγου.*

Libri *ἐν τούτοις.*

III, 108. a. Eubulus *ἐγὼ δέ γ' εἰμὶ τῶν μελαμπύγων ἔτι.* Non satis intelligo *ἔτι*, fortasse scribendum *τῶν μελαμπύγων τις εἷς*, de quo v. ad Antiphanem in Com. gr. vol. III p. 95. Sequuntur statim haec *Ἡγήσανδρος — ἐν ταῖς κεφαλαῖς φησὶ τὸν ἥπατον δύο λίθους ἔχειν.* Quod inepte dictum est pro *ἐν τῇ κεφαλῇ.*

Ibid. b. Eubuli locum exhibui, quemadmodum a me ipso aliisque emendatus est. V. Com. graec. III p. 242. et edit. min. p. 613. Vs. 11. fortasse sequi debebam Valckenarium *πιέσματι* scribentem pro *πιάσματι.*

Ibid. c. In Nicostrati loco οὔποτ' αὖθις ἂν . . . σηπίαν ἀπὸ τηγάνου | τολμήσαιμι φαγεῖν μόνος, ἂν addidi, Porsonus praeterea scribebat οὔποτ' ἂν αὖθις αὖ. Praetuli indicare lacunam; μόνος cum intelligi non possit, suspicabar poetam scripsisse σηπίας — μένος, ut tragicorum vel epciorum oartionem imitatum. Qui statim sequitur Hegemonis locus

μᾶλλα ταχέως ἰὼν πρίω μοι πουλύπουν
καὶ δὸς καταφαγεῖν, κἀπὸ τηγάνου γόνον,

eum sic emendavi Praef. ad Com. poet. edit. min. p. XIV. nisi quod μᾶλλα adscivi a Dobraeo. Reliqua eodem modo postea constituit Cobetus Mnem. V p. 53. Vulgo μάλα ταχέως αὐτῶν πρίω πουλύπουν.

Ibid. d. Μυρτίλος, quod unius convivarum nomen est, ab Eubuli fragmento separavi. In eiusdem poetae loco

τρέφει με Θετταλός τις ἄνθρωπος βαρὺς
πλουτῶν, φιλάργυρος δὲ κἀλιτήριος —

Boissonadus coniecit βαρὺ πλουτῶν. malim βαθὺ πλουτῶν.

III, 109. a. In Demetrii loco scripsi ξένος χαρίεις γὰρ pro eo quod codd. habent ξένος γε χαρίεις, idque servari potest, si hunc versum alteri interlocutori tribueris. ἐκεῖνος καὶ pro ἐκεῖ ex Dindorfii emendatione recepi.

Ibid. c. Timocles καταμαθὼν δὲ κειμένην θερμὴν σκάφην θερμῶν ἰπνιτῶν ἤσθιον. Sic libri; Dindorfius ex Dobraei emendatione edidit καταμαθὼν δὲ κειμένην σκάφην | θερμὴν ἰπνιτῶν ἤσθιον. Debebant opinor θερμῶν.

Ibid. e. In Lyncei epistola ad Diagoram scripta ἀπειρηκότων καὶ πεπληρωμένων ἡδίστην ἐπεισάγουσι διατριβὴν τὸν διάχρηστον ἐσχαρίτην καλούμενον, pro διάχρηστον B habet διάχρειστον, quod διάχριστον Dindorfio scribendum videtur. Fortasse πάγχρηστον vel ζάχρυσον. Sequentia καθάπερ γὰρ ἀνανήφειν πολλάκις γίνεται τὸν μεθύοντα τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἀναπεινῆν γίνεται τὸν ἐσθίοντα, non videntur omnis erroris immunia esse. Ceterum post haec verba sine dubio locum habebant quae ex eadem epistola afferuntur ab Athenaeo XV p. 647 b.

Ibid. f. τούτου δὲ τοῦ ἄρτου (ἀχαΐνου) μνημονεύει Σῆμος ἐν ὀγδόῳ Δηλιάδος λέγων ἐν τοῖς θεσμοφόροις γίνεσθαι. Haec Lobeckius Aglaoph. p. 1063 ita refingebat λέγων ἐν τοῖς

*θεσμοφορίοις γενέσθαι.* Ego coniceceram *λέγων τοῖν θεσμοφόροιν γίνεσθαι*, ut III p. 113 b. *τὸν ἀνάστατον καλούμενον, ὃς ταῖς ἀῤῥηφόροις γίνεται.* Pergit Athenaeus: *εἰσὶ δὲ ἄρτοι μεγάλοι. καὶ ἑορτὴ καλεῖται μεγαλάρτια. ἐπιλεγόντων τῶν φερόντων*

*ἀχαΐνην στέατος ἔμπλεων τράγον.*

In quo versu *τράγον*. quod Lobeckius cum *ἀχαΐνην* coniunctum de placenta intelligit, mihi cum Schwgeihaeusero pro imperativo aoristi accipiendum videbatur, qua de forma ipse exposuit Lobeckius Aglaoph. p. * * *, cuius notatis addendum est *ἐπίβαλον* ex Eustathio ad Hom. p. 1753, 5. *ἄγαγον*, de quo Hesychius *Ἄγαγον· ἀντὶ τοῦ ἄγαγε.* fortasse etiam *ἀπόθανον*, quod Par. A habet in Demetrii verbis apud Stobaeum Flor. VIII, 19. qui tamen paulo post legitima forma usus est. Omisere autem illum versiculum qui populares Graecorum cantilenas collegerunt, pariter atque illam a Polluce IX 123. servatam ludentium puerorum cantiunculam

*α΄. χαλκῆν μυῖαν θηράσω.*

*β΄. θηράσεις, ἀλλ' οὐ λήψει.*

Adde quod Hesychius servavit *τὸν τραγίσκον ἔξαγε.* Nec omittendum quod nescio nunc quo loco Plinius affert

*φεύγετε κανθαρίδες· λύκος ἄγριος ἄμμε (ὔμμε) διώκει,*

et illud a schol. Ven. Il. *χ΄*, 263. servatum,

*ἄρνα φιλοῦσι λύκοι. νυὸν ὡς φιλέουσιν ἐρασταί.*

de quo in Bergkii Diario Antiqu. stud. 1844. p. 12. dixi, item illud apud Plutarch. Quaest. gr. p. 297 b.

*μήποτε νοστήσαιτε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.*

Alia huius generis infra composui. Exerc. philol. II p. 5.

III, 110. e. Sophro *δεῖπνον ταῖς θείαις κριβανίτας καὶ ὁμώρους καὶ ἡμιάρτιον Ἑκάτᾳ.* Mira est haec materterarum et Hecatae coniunctio, nec dubium mihi quin *ἑκάστᾳ* scribendum sit. Eiusdem poetae locus ibid. litt. c. servatus legitur *εἰς νύκτα μ' ἑστιᾷ σὺν ἄρτῳ πλακίτᾳ.* Sic Casaubonus pro *με αἰτιᾷ σὺν ἄρτῳ πλ.* Perfeci opinor emendationem scribendo *μ' ἑστιάσειν ἄρτῳ πλακίτᾳ.*

Ibid. d. In Platonis loco alterum versum alteri interlocutori tribui et per interrogationem extuli; sed rectius fortasse

ita scribendum B. *μὴ τῶν καθαρύλλων; A. μάλλὰ μεγάλους Κιλικίους.*

Ibid. f. *ἢ* ante *δέλφακος* in Aristophanis loco per errorem illatum est.

III, 111. a. *τῆς δὲ κολλύρας καλουμένου ἄρτου.* Aut *τοῦ δὲ* scribendum aut ante *καλουμένου* excidit *οὕτω.* In Aristophanis loco editur *διὰ τοῦ 'ν Μαραθῶνι τροπαίου.* Secutus sum Elmsleium.

Ibid. b. De Pherecratis fragmento vide Com. gr. II p. 274. In proximis *ὥς φησιν Εὐκράτης*, suspectum est Eucratis nomen. Fort. *Σωκράτης* scribendum, cuius memoria proxime antecedit.

Ibid. c. *Βλαῖσος ἐν Μεσοτρίβᾳ.* Nescio quid hoc nominis sit corruptumque puto, nec lucem praebet glossa Hesychii *Θύστινον· τρίχινον. οἱ δὲ μεσοτριβῆ.* Num *Μεζοτρίβᾳ* fuit? Ibid. Nicostrato Hanovius vs. 2. restituit *τὸ δὲ πάχος.* Dindorfius e Porsoni coniectura *τὸ πάχος γάρ*, libri *τὸ γὰρ πάχος.* Vs. 4. meam ipse coniecturam sequens dedi *ἄνω 'βάδιζε καὶ μέλιτι μεμιγμένη* pro *ἐβάδιζ' ἄνω.*

Ibid. d. *ὁ δὲ Κόδρος τόμον ἄρτου τὸν καλούμενον θρόνον λαμβάνει καὶ τῷ πρεσβυτάτῳ νέμουσι.* Aut excidit aliquid aut scribendum *νέμει*, ut voluit Casaubonus.

Ibid. e. De Cratini loco dictum Fragm. Com. graec. II p. 71.

Ibid. f. Archestratus

*ἔστι γὰρ οὖν τὰ κράτιστα λαβεῖν βέλτιστά τε πάντων*
*εὐκάρπου κριθῆς καθαρῶς ἠσκημένα πάντα*
*ἐν Λέσβῳ κλεινῆς Ἐρέσου περικύμονι μαστῷ.*

Versu secundo etsi ferri potest *ἠσκημένα*, multo tamen verisimilius est scripsisse poetam *ἠσσημένα*, quod proprium de cribrata farina verbum est. Photius Lex. p. 26. *ἐττημένα· σεσησμένα. Φερεκράτης.* Quod ex *ἠττημένα* corruptum; falsa enim sunt quae de hac glossa dixi Fragm. Com. II p. 351. Idem verbum ex libris restitui Antiphani apud Athen. III p. 127 b. *σεμίδαλις ἐκ πολλῆς σφόδρ' ἐξηττημένη*, et praeterea duabus glossis Hesychii restituendum est, primum v. *Ὁμομίτας· ἄρτος ἐκ πυροῦ διηρημένου γεγονώς.* Lege *διηττημένου* et intellige panem ex cribrata farina confectum, quem *σητάνειον ἄρτον* vocat et *τῷ αὐτοπύρῳ* opponit Plutarchus Tranquill. animi p. 466 d. Altera Hesychii glossa haec est

*Σμικρίζεσθαι* : *διαιτᾶσθαι*. Legendum *διαττᾶσθαι*. In tertio Archestrati versu ineptissimum est Lesbum insulam dici Eresi circumfluum collem. Expectabam potius *εἰν Ἐρέσῳ κλεινῆς Λέσβου περικύμονι μαστῷ*. in quo *εἰν Ἐρέσῳ* comparabam cum Homerico *εἰν Ἀρίμοις* in eadem versus parte posito. Eresum in colle sitam fuisse testatur Strabo XIII p. 618. Exercit. phil. I p. 11.

Leniore coniectura nunc restitui *ἐν Λέσβῳ κλεινῆς τ' Ἐρέσου περικύμονι μαστῷ*.

III, 112. a. Archestratus *ὃν καλέουσιν | κεῖνοι κριμματίαν*. Sic vulgo. Necessariam recepi emendationem Schweighaeuseri *κριμνατίαν*, et versu sequente *ἐν Τεγέᾳ σεμιδάλιος* scripsi pro *ἐν Τεγέαις*.

Ibid. c. In Aschestrati loco

*ὅστις ἐπιστήμων ἔσται σίτοιο κατ' ἦμαρ*
*παντοίας ἰδέας τεύχων* —

posui *τεύχειν*.

III, 113. a. *ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλῳ Χρυσίππου τοῦ Τυανέως συγγράμματι ἐνέτυχον*. Pro *καὶ ἄλλῳ* posui *παγκάλῳ*. In sequentibus pro *ἀρτοπτίκιος* et *φουρνικίου* malim *ἀρτοπτίκειος* et *φουρνακείου* propter Plinium HN. XVIII, 11, 27. panes fornaceos et artoptaceos commemorantem.

Ibid. d. *εἰς ἄρτον*. Probabiliter Dalecampius *εἰς ἀρτολάγανον*.

Ibid. e. *οἱ ἑαυτοὺς* scripsi cum Dobraeo pro *οἱ τούς*. Idem *αὐτῷ μαθητὰς* pro *μαθητὰς αὐτῷ*.

Ibid. f. *οὐ χῶ* pro *οὐχ ὁ* Dobraeus. Mox in Eubuli loco dedi *λοπαδάγχαι* pro *λυπαδάγχναι*. Ib. *λευκαυγῶν ὑπογαστριδίων* pro *λευκῶν* elegans est coniectura Herwerdeni in Novis Add. crit. p. 25.

III, 114. b. *ἀράξεις* pro *ἄραξις* recte ut videtur Schweighaeuserus.

Ibid. d. Alexidis locum emendavit Dobraeus. Vulgo *οἴσω δεῦρο* pro *οἶσε δεῦρο δή*. Vs. 1. corrige operarum errorem B. *μόλις* pro A. *μόλις*.

Ibid. e. *βλωμιαίους* scripsi pro *βλωμιλίους*, quamquam possis etiam *βλωμιδίους*, ut voluit Salmasius. Mox *ὃν ὑπὸ τῶν συγγενῶν μόνον καταναλίσκεσθαι* malim *μόνων*.

III, 115. a. *κρίβανα — τῷ σχήματι μαστοειδεῖς.* V. ad XIV p. 646 a. In sqq. pro *ὑγίεια* erat *υγεία.* Tum ante *ἀκμαίαν* casu excidit *καί.* Contra litt. b. eandem particulam ante *ἐπισυνάπτοντος* recte delet Dobraeus.

III, 116. a. *Εὐθύδημος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ ταρίχων Ἡσίοδόν φησι περὶ πάντων τῶν ταριχευομένων τάδ' εἰρηκέναι*

*ἄμφακες μὲν πρῶτον στόμα καὶ κριταιαντα καὶ θιόην*
*γναθμῶν ἠνδάξαντο δυσείμονες ἰχθυβολῆες,*
*οἷς ὁ ταριχόπλεως ἅδε Βόσπορος, οἱ πιθόγαστροι*
*τμήγοντες τετράγωνα ταρίχια τεκταίνονται.*
*καὶ μὴν οὐκ ἀκλεὲς θνητοῖς γένος ὀξυορύγχου,*
*ὃν καὶ ὅλον καὶ τμητὸν ἅλες τρηχεῖς ἐκόμισσαν.*
*θύννων δ' ὡραίων Βυζάντιον ἔπλετο μήτηρ,*
*καὶ σκόμβρων βυθίων τε καὶ εὐχόρτου λιβιβάττεω.*
*καὶ Πάριον κολιῶν κυδνὴ τροφὸς ἔσκε πολίχνη.*

Videri haec ipsum Euthydemum fabricatum esse, bene intellexit Athenaeus; mimine enim Gesneri Aquat. p. 973. sententia probari potest Archestrato illos versus tribuentis, quoniam is *ὁ τῶν ὀψοφάγων Ἡσίοδος* ab Athenaeo VII p. 310a. vocetur. Multum enim ista ab Archestrateo dicendi genere recedunt. Exercit. philol. II p. 6. Vs. 1. pro *θιόην* Dindorfius coniecit *ἰωήν*. quo adiutus Bergkius haec ita restituere conatus est:

*ἄμφακες πρῶτον στόμα καὶ κριγὴν καὶ ἰωήν* —

Sed residet vitium in *ἠνδάξαντο*, quod Piersonus *ἠδάξαντο*, Coraes *ηὐδάξαντο* scripsit. Vs. 3. libri habent *πιθόγαστρι*, pro quo qui *πιθόγαστροι*, quibus venter instar dolii est, scribendum esse vidit Casaubonus, rectius opinor scripsisset *οἳ πιθογάστροις*, qui voracibus salsamenta quadrata conficiunt. At fortasse cum Hermanno scribendum *οἵ θ' ὑπόγαστρα.*

Vs. 5. *καὶ μὴν οὐκ ἀκλεὲς θνητοῖς γένος ὀξυορύγχου.* Pro *ὀξυορύγχου*, quod viri docti pro *ὀξυρύγχου* dici posse existimant, etiam nunc teneo quod iam olim proposui *ὀξυρρύγχου.* Eodem nomine corruptum est quod apud Lucianum Lexiph. 2. legitur *ἐγγυοθήκη* pro *ἐγγυθήκη*, vel quod bis in eodem oraculo apud Strab. I p. 53. et XII p. 536. habetur

*Πύραμος εὐρυοδίνης*, pro quo recte epitome habet *ἀργυροδίνης*. Vs. 6. *ἅλες τρηχεῖς ἐκόμισσαν* recte quidem pro *ἐκόμησαν* scripsit Schweighaeuserus, sed non recte interpretatur salia aspera apportant. Hoc potius dicit, oxyrynchum aut integrum aut in frustula concisum sale condiri. Vs. 8. editur vulgo *καὶ σκόμβρων βυθίων τε καὶ εὐχόρτου λιβιβάττεω*. In his *βυθίων* inutile scombrorum epitheton est nec particula *τέ* suo loco posita. Scribendum videtur *κυβίων*, quod etsi plerumque de quadratis salsamentorum frustis dicitur, tamen etiam piscis nomen est. V. Arcad. p. 42, 3. Postremo versu pro *λιβιβάττεω* nescio an rectius scribatur *λιβυβάττεω*. Exercit. phil. II p. 6.

Ibid. c. In eodem fragmento legitur

> *Ἰόνιον δ' ἀνὰ κῦμα φυγὼν Γαδείραθεν ἄξει*
> *Βρέττιος ἢ Καμπανὸς ἢ ἐξ ἀγαθοῖο Τάραντος*
> *ὀρκύνοιο τρίγωνα.*

Pro *Γαδείραθεν*, quod aperto vitio laborat, scripsi *Γαδειρόθεν*. nec recte dictum vides *ἐξ ἀγαθοῖο Τάραντος*. pro quo expectabam *οὐξ ἀγαθοῖο*. Pro *ἀγαθοῖο* autem scribendum suspicor *ἁγνοῖο* cll. Horatio Carm. I, 28. Neptuno sacri custode Tarenti. Cf. Archestratus p. 117 a. *Βυζαντίου ἐς πόλιν ἁγνήν*.

III, 116. d. *ἀλλ' ἐπεὶ περὶ ταρίχων ἐστὶν ὁ λόγος — ἔρχομαι κἀγὼ λέξων τι περὶ αὐτῶν τὰ τῆς τέχνης*. Postrema, quae non recte procedunt, fortasse ad tetrametrum trochaicum sic revocanda sunt:

> *ἔρχομαι κἀγώ τι λέξων περιλαλῶν τὰ τῆς τέχνης*,

in quo *περιλαλῶν* est copiose describens. Eundem versum respexit III p. 113 a. *ἔρχομαι καὶ αὐτὸς λέξων περὶ ἄρτων*. Cf. XIV p. 654 a.

III, 117. a. In Archestrati loco edebatur *θύννου τέμαχος — τμηθέν. ὅ τ' ἐν βίκοισι*. quod scripsi *τμηθὲν ὅτ'* concisum eo tempore quo etc. Sequuntur paucis interiectis haec:

> *παῦροι γὰρ ἴσασιν*
> *ἀνθρώπων ὅτι φαῦλον ἔφυ καὶ ἀκιδνὸν ἔδεσμα.*

Contra sensum, ut mihi videtur, qui hic est paucos bona et mala internoscere. Ac cum meliores libri *κενεὸν*

*ἔδεσμα* habeant, scripsi *ὅ τι φαῦλον ἔφυ καὶ κεδνὸν ἔδεσμα*.

Ibid. b. De Cratetis loco v. Fragm. Com. II p. 244. Quod his subicitur Aristophanis fragmentum, in eo recepi Porsoni et Emsleii emendationem *ἢ μέγα τι χρῆμα* pro *ἢ μέγα τι βρῶμα*. Locus fortasse sic corrigendus est: *ἢ μέγα τι χρῆμ' ἔφυ τρυγῳδοποιομουσική*, paeonicis et trochaicis numeris coniunctis. Vs. 3. praestare videtur *παρακεκλημένον* pro *παραβεβλημένον*. quod tertia correpta ab Aristophane certe dici non potuit.

Ibid. e. In Alexidis loco vs. 1. *ἐὰν μὴ καθ' ἕκαστον πάντα δῷς*, fortasse *θῇς* scribendum est. Vs. 7. malim *ἢ 'πεβοᾶτε*. Insanabiliter corruptus est vs. 10, requiritur aliquid in hanc sententiam dictum:

*ὄλοιο· σίσυρον δ' οὐκ ἐπέθηκας οὐδὲ ἕν.*

Vs. 11. *οὐκ οἶσθας* recepi ex A. pro *οὐκ οἶσθά γ'*. Vs. 17. *ὥσπερ πυρετὸς ανῆκεν, εἶτ' ἐπέτεινεν αὖ.* Dobraei haec emendatio est pro *εἶτ' ἐν ἐπιτέλει.* Fort. *πυρετὸς ἀνῆκεν, εἶτ' ἐπέτεινεν ἐπὶ τέλει*, deleto *ὥσπερ*.

III, 118. d. Apud Antiphanem *εὐφραίνετ' ὀσμαῖς* posui pro *ὀσμαῖσι χαίρει.* Codd. *εὐφροσύναις ὀσμαῖσι.*

Ibid. e. *κατεσθίοντες ὄντες* in Nicostrati loco ex Hirschigii coniectura recepi pro *κατεσθίοντες οὐδέ*, quod fortasse servandum erat.

III, 119. b. Platonis versus ante Cobetum ita edebatur *ὥσθ' ἅττ' ἔχω ταῦτ' ἐστι· ταρίχους ἀπολέσω.* Ibid. c. in Cratetis loco edebatur *ἡμῖν*, pro quo *ἡμῶν* scripsi.

Ibid. c. De Hermippi verbis *τάριχος πίονα* v. Com. graec. I. 94.

Ibid. e. *'Αττικοὶ δὲ οὐδετέρως λέγουσι.* Scribendum videtur *ἄλλοι δὲ 'Αττικοί*, vel *'Αττικοὶ δὲ καὶ οὐδετέρως λέγουσι*. V. litt. b. Mox cum Bergkio ad Fragm. Aristoph. p. 1193. transposui verba *Μένανδρος 'Επιτρέπουσιν*. quae vulgo post *καὶ ἐπὶ αἰτιατικῆς* leguntur.

Ibid. f. *"Αλεξις ἐν 'Επιδαύρῳ· τοὺς Χαιρεφίλου δ' υἱεῖς 'Αθηναίους ὅτι* — scripsi *'Επιδαυρίῳ*. Pro *δ' υἱεῖς* legendum videtur *δ' ἐποίησ'*, et vs. 2. *εἰσήγαγον* cum Hirschigio. Sequentia Hirschig ab Alexidis loco separat scribitque *οὓς καὶ Τιμοκλῆς ἰδὼν ἐπὶ τῶν ἵππων ἐν τοῖς Σατύροις ἔφη δύο σκόμβρους εἶναι.*

III, 120. a. In Antiphanis loco ante Fritzschium de Daetal. p. 106. erat *ἀπολογίζω*. et vs. 2. ante Schweigh. *περίμεινον — μὴ τεμεῖν*.

III, 121. f. *μέχρι πότε βαρβαρίζοντες οὐ παύεσθε*. Corrige *παύσεσθε*.

III, 122. b. *Θεοδώρῳ δὲ τὸ κελεύειν μὲν πλέον ἔχων, ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἴσον*. Pro *κελεύειν* Nauckius *ἐθέλειν*. Mox litt. d. Timothei locus legitur:

*οὐκ ἀείδω τὰ παλαιά·*
*καινὰ γὰρ ἅμα κρείσσω.*
*νέος ὁ Ζεὺς βασιλεύει,*
*τὸ πάλαι δ' ἦν Κρόνος ἄρχων.*

Initio fragmenti nescio an praestet scribere *οὐ κλείω*, tum *θάμα* posui cum M. Schmidt. Vs. 4. legebatur *τὸ παλαιόν*.

III, 123. d. *Σῆμος δ' ὁ Δήλιος ἐν δευτέρῳ Νησιάδος ἐν Κιμώλῳ τῇ νήσῳ φησὶ ψυχεῖα κατεσκευάσθαι θέρους ὀρυκτά*. Permira quidem nec tamen vitii suspecta est libri insularum descriptionem complectentis inscriptio *Νησιάς*. Eius fortasse pars fuit quem idem Semus de Delo insula librum composuit *Δηλιάδος* nomine inscriptum, cuius frequens est apud Athenaeum memoria; certius est ad idem opus revocandum esse librum de Paro ab Suida s. v. *Σῆμος* memoratum. Nesiados memoriam praeter Athenaeum servavit schol. Apollonii Rh. I, 1165 *Κόνων ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ φησὶν ὅτι Αἰγαίων — κατεποντίσθη — περὶ δὲ τῆς κλήσεως τοῦ Αἰγαίου πελάγους ἐν μὲν τῷ τρίτῳ τῶν περὶ τῆς Νησιάδος φησὶν ἐν τούτοις· οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Περκανίας** *Αἰγὸς ἐπώνυμον γεγονέναι φασίν, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Καρυστίας τῆς Αἰγαίης ὀνομαζομένης. αἱ μὲν γὰρ Αἰγαί. ἔνθεν τὸν Ποσειδῶνα παραγίνεσθαί φασι, κατὰ Πελοπόννησον εἰσὶν ἐν τῷ περὶ Κρῖσαν κόλπῳ*. Quo scholio ne quis ita utatur, ut Cononem Nesiadis auctorem fuisse suspicetur, satis provisum est ab iis, qui Cononis nomen, quem Heracleam scripsisse nemo unquam prodidit, ex Cinaethonis nomine corruptum esse intellexere, cuius Heracleam ipse affert schol. Apollon. I 1357. Ac fortasse etiam

*) Scribendum *ἀπὸ τῆς περὶ Κάνας Αἰγός*. V. ad Stephanum Byz. p. 352.

ocum poetae, in quo de Aegaeone vel Briareo egerat, superstitem habemus in corruptissimo scholio Pindari Nem. III 38. *τί Ἡρακλεῖαι στῆλαι καὶ Βριάρεω λέγονται εἶναι, καθό φησι Στῆλαί τ᾽ Αἰγαίωνος ἁλὸς μεδέοντι Γίγαντος.* Ubi poetae nomen excidisse apertum est. Praeterea scribendum est *ἁλὸς μεδέοντος ἄνακτος* [*Βριάρεω*]. Sublato igitur Conone apertum est alium Nesiadis auctorem circumspiciendum esse. Iam vero in sequentibus, quae de nomine maris Aegaei afferuntur, haud dubie corrupta sunt verba *ἐν μὲν τῷ τρίτῳ τῷ περὶ Νησιάδος*, in quibus particula *μὲν* non habet quo referatur. Scribendum igitur videtur *Σῆμος ἐν* (CHMEN pro ЄNMEN) *τῷ τρίτῳ περὶ τῆς Νησιάδος*, vel *ἐν τῷ τρίτῳ τῶν περὶ Νησιάδος* i. e. *τῷ τρίτῳ Νησιάδος*, quemadmodum iisdem in scholiis ad IV, 834. *Μητρόδωρος ἐν πρώτῳ περὶ ἱστορίας* i. e. *ἐν πρώτῳ ἱστορίας*. Neque omittendum quod idem scholiastes iterum Semi testimonio utitur ad I, 1304. *Σῆμος δέ φησιν* (sc. Boreadas ab Hercule interfectos esse) *διὰ τὸ λειφθῆναι δρόμῳ τὸν Ἡρακλέα τῶν Βορεαδῶν*, quae ad eam Nesiadis partem refero, in qua de Teno scriptor exposuerat; ea enim in insula Hercules Boreadas occidisse ferebatur. Denique ad idem hoc opus referenda suspicor quae Athenaeus I p. 30 c. et II p. 71 c. de Icaro et Cinaro insulis memoriae prodidit. At quae idem scriptor XI p. 502 b. affert, ea haud dubie ad Deliadem revocanda sunt. E x e r c. p h i l. I p. 12.

III, 124. a. In Alexidis eclogae vs. 6. sine sensu edebatur:

*τὰκ τῆς δὲ τῆς τροφῆς καθ᾽ ἡμέραν πάλιν.*

Correxi *τακτῆς*. Vs. 7. *γλιχόμεθα μὲν τὴν μᾶζαν ἵνα λευκὴ παρῇ*, *μὲν* particulam, quam Schweigh. post *γλιχόμεθα* addiderat, transposui post *τήν*. Vs. 9. malim *τὸ καλόν τε χρῶμα* pro *δέ*.

Ibid. b. In Dexicratis loco ineptum est quod vulgo legitur *ἐπὶ στόματος κράτιστον Αἴγυπτος ποιεῖ*. Cod. B *ἐπὶ στόματι*, unde edidi

*ἐπίσταμ᾽ ὅτι κράτιστον Αἴγυπτος ποιεῖ.*

In sequente fragmento Euthyclis *πρῶτον μὲν εἶδεν εἰ χιὼν ἔστ᾽ ὠνία*, ex P rescripsi *οἶδεν*.

Ibid. d. Strattis *ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον*. Legebatur *ἀλλὰ πολὺ τοὐναντίον*. In sequente Lysippi fragmento Fritzschius

ita distinxit A. Ἑρμων. B. τί ἐστι. πῶς ἔχομεν; A. τί δ' ἄλλ γ' ἤ — Vs. 2. ἐμοὶ δοκεῖν recepi ex emendatione Schweigl pro μοὶ δοκεῖν ut habet A. Dindorfius ἡμᾶς δοκεῖ cum Porsone Tum Δωρί posui pro Δῶρι. Mox sequuntur haec Πρωταγορίδης δ' ἐν δευτέρῳ τῶν κωμικῶν ἱστοριῶν. Vid. Histor. cri Com. graec. p. 12. κωμικὰς ἱστορίας O. Schneiderus ad Nicandrum p. 16. interpretatur de historiis ridiculis et quas de pulpito comicorum ductis. Non credo id recte fieri, ac fortasse scribendum est τῶν ἰνδικῶν ἱστοριῶν. quod argumentum eclogae indicare videtur.

III, 125. a. In Anaxilae loco scripsi ἴσως τὸ λακκαῖόν γ' ὕδωρ ἀπόλωλέ σοι· Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Γελῷος — vulg ἀπόλωλε. ὁ Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Γελῷος.

Ibid. c. In Simonidis epigrammate recepi Valckenarii emendationem ὀξὺς ἀπὸ Θρήκης ὀρνύμενος βορέης pro ὠκύς, et vs. 3. pro ἐκάμφθη scripsi cum Porsono ἐθάφθη. Mox κνισολοιχός dedi pro κνισολοῖχος, eamque τόνωσιν etiam in seq secutus sum.

III, 126. a. Scribitur vulgo λίβον. Mox ἐμοὶ μὲν ὦ κι γάμυια μελιπήκτων ἅλις. ἡδέως δ' ἂν χόνδρου φάγοιμ Nescio an haec e poeta ducta sint, quem expressit Horatiu Ep. I, 10, 11. pane egeo, iam mellitis potior placentis.

Ibid. b. τὸ πέπερι Casaubonus, τὸ πέπερι νέον O. Schneider ad Nicandrum p. 79. e Ther. 876. Vulgo τὸ πεπέριον Tum pro ἐν τῷ προτέρῳ scribendum ἐν τῷ πρώτῳ. De ips Nicandri loco v. O. Schneiderum l. l. Vs. 1. ἠὲ καὶ I. C Schneider pro ἠέ κεν. Vs. 2. ἢ αὐτοῦ ὄρνιθος. Non intellig αὐτοῦ. Suspicabar ἢ ἄλλου ὄρνιθος, ut ἄλλου ex notissim usu abundanter additum sit. Vs. 3. recte O. Schneiderus ἐν τρίψειας ὑποστρώσας ἐνὶ et vs. 4. ἀνάφυρσον.

Ibid. d. ἀλλ' αὐτὸν ἀπ' αὐτοῦ. Malui αὐτὸν ἐπ' αὐτο cll. Epicharmo apud Athen. II p. 71 f. αὐτὸς ἐπ' αὐτο χαιρέτω.

Ibid. f. ἵνα μὴ λέγῃς ἄκικυς εἰμι καὶ ὀλιγοδρανέω. Hac etiam e poeta aliquo eoque iambographo ducta videntur. Scribendum κὠλιγοδρανέω, idque quinque syllabis efferendum es

III, 127. a. παύομαι — ἐσθίων. ἄν με διδάξῃς παι

ίσιν εἴρηνται οὗτοι οἱ χόνδροι. Aut ἕως post ἐσθίων addendum est aut scribendum ἂν μή με διδάξῃς. Illud commendat ipse Athen. p. 115 c. οὐ πρότερον δειπνήσομεν, ἕως ἂν καὶ παρ' ἡμῶν ἀκούσητε ὅσα — et XIV p. 604 c. οὐ πρότερόν γε ἀκουσόμεθα περὶ τούτων, ἕως ἂν περὶ τῶν ἐπιδορπισμάτων εἴπῃ. Pro παύομαι malim omnino παύσομαι.

Ibid. b. In Antiphanis loco vs. 4. addidi δέ; post Φοινίκης excidisse videtur καλή. Vs. 4. legebatur ἐξῃτημένη ex B, praetuli aliorum librorum scripturam ἐξῃττημένην. Vide supra ad III p. 111 f.

Ibid. d. Strattidis locum ita scripserim τωνδὶ δὲ διδύμων ἐκγόνων σεμιδάλιδος.

III, 128. d. ἕκαστος λαβὼν σὺν αὐτῷ πίνακι τοῖς κατόπιν διεδίδου παισίν. Seclusi σὺν cll. p. 129 c. ἃ καὶ ἑκάστῳ πεπυρωμένα αὐτοῖς πίναξιν ἐδόθη, et p. 130 c. ἐπεδόθη πᾶσι καὶ πλακούντων ἕκαστα γένη — αὐταῖς τῶν τεμμάτων θήκαις. In sequentibus fortasse supplendum καὶ ἕτεροι ἄρτοι [εὖ] πεπονημένοι.

III, 129. a. ἐπεισβάλλουσιν αὐλητρίδες — ἐμοὶ μὲν γυμναὶ δοκῶ, πλὴν ἔλεγόν τινες αὐτὰς ἔχειν χιτῶνας. Malim ἐμοὶ μὲν δοκῶ (vel δοκεῖν) γυμναί. Apparet autem imitatio Aristophanis Eccles. 409. Εὐαίων — παρῆλθε γυμνός, ὡς ἐδόκει τοῖς πλείοσιν· αὐτός γε μέντοὔφασεν ἱμάτιον ἔχειν.

Ibid. b. ὅσος ὥστε δέξασθαι μέγεθος χοίρου τινὸς ὀπτοῦ. Delevi ὥστε cum C. In μέγεθος vitium latere videtur. In sequentibus ἦσαν γὰρ ἐν αὐτῷ συνωπτημέναι κίχλαι καὶ μῆτραι καὶ συκαλλίδων πλῆθος ἄπειρον, pro μῆτραι, quae non recte inter cetera volatilia commemorantur, fortasse νῆτται scribendum, quod etiam Dobraeo in mentem venisse video. Eodem auctore in proximis ἃ inserui ante καὶ ἑκάστῳ, et πεπυρωμένα pro πεπυρωμένος scripsi ex codd. Mox πλακούντων pro πλακοῦντες edidi Schweigh. secutus, et litt. d. μόνον, ex sequente μένων ortum, seclusi, nec habet C.

III, 130. d. ἀπηλλαττόμεθα νήφοντες νὴ τοὺς θεοὺς διὰ τὸν φόβον τοῦ πλούτου ὃν ἐλάβομεν. Pro νήφοντες requiro ἀνανήφοντες. Ibid. e. in Antiphanis loco φυλλιοτρῶγες conicit Bergkius.

III, 131. a. Anaxandridis eclogam de nuptiis Iphicratis

posui Com. graec. vol. III p. 182 sqq. Eius initium in lib ita fere scriptum est:

*λαμπροῖς δείπνοις δεξόμεθ᾽ ὑμᾶς*
*οὐδὲν ὁμοίοις τοῖς Ἰφικράτους*
*τοῖς ἐν Θράκῃ, καί τοι φασὶν*
*βυβακάλους αὐτὰ γενέσθαι.*

Horum ultimus versus adhuc frustra criticorum artem exe cuit. Scribendum vero *βουβαύκαλα ταῦτα γενέσθαι* i. epulas luxuriosissimas. Adiectivum *βαύκαλος* memorat Ety M. III. 192, 20. *Βαύκαλον: μαλακιζόμενον, τρυφερό* Itaque ludibundus poeta dicere potuit *βουβαύκαλος* pro *λί τρυφερός*. Exerc. phil. II p. 7.

Ibid. b. In eiusdem poetae ecloga inepte legebatur *μέχ τῆς ἄρκτου*. quod *μέχρι τῆς ἄκρας* scripsi.

Ibid. c. *τάς θ᾽ ἁρμονίας μεταβάλλειν.* Legebatur *τ ἁρμονίας*. Post *χρυσοῦν τε σάκος* recte lacunam indica Dindorfius. Tum ante Dobraeum erat *κέγχρων δε χύτραν βο βῶν τε σιρόν.*

Ibid. d. *τί γὰρ ἐκλείπει.* Malim *ἐλλείπει.* In sequentib addidi *γάρ*. Rectius fortasse Dindorfius coniecit *οὐχὶ σμύ νης*. nisi malis *οὐ σμύρνης Ἀσσυρίας.* Tum in verbis *μέλ τος τυροῦ χορίων πυρῶν καρύων χόνδρου*, pro *πυρ* Schweigh. *πυῶν*. quod quum pluraliter non dictum sit, mali omnino *γύρων*. quod placentae genus est. Vide Vindicias Ar stoph. p. 96.

Ibid. e. Libri *τέττιγες ὀπτοί*, quod *τέττιγες ὁποὶ* scrip. Ibid. pro *πίνναι* neglexi corrigere *πῖναι.*

Ibid. f. *γέρανός θ᾽ ἡ τουτουί.* Ita scripsi pro *γέραν τουτουί*. indicata ante *γέρανος* lacuna. Quod olim coniec ram et a Dindorfio receptum est *γέρανος τουδί* (cod. A *τουτ* nunc reieci. Tum *δέ γε* Dobraeus pro *δέ*. Post *λευκός*. qu Dobraeus delebat, excidisse videtur *κιρρός* vel simile quid.

III, 132. a. Eclogae Lyncei vs. 4. et 5. non videntur int gre scripti esse. Vs. 6. *ἐν οἷ* Dindorfii est emendatio p *ἐν ᾧ*. Rectius fortasse Dobraeus *ἄνω*. Ib. b. recte Emperi *οὔτε χεῖρας πέντ᾽ ἔχω.* Mox scripsi *κατέπασα γὰρ τὸ χεῖλο οὐκ ἐνέπλησα δέ*. pro *κατέπλησα γάρ.* Vs. seq. edebatur *οὖν ἔχεις; B. ὄστρεια πολλά.*

Ibid. d. In fragmento Diphili scripsi ἡγεμονία τίς ἐστι αὐτῆς pro ἐστιν αὐτῆς. Aliter Dobraeus πρὸς σέ; Α. τοῦ μαγείρου τῆς τέχνης | ἡγεμονία τίς ἐστιν αὐτῆ᾽, πάτερ.

Ibid. e. Malim ut Cobetus voluit ἀψινθίῳ σπόδησον ἅττ᾽ ἂν παρατιθῇς. Vulgo ὅσα γ᾽ ἂν ex Casauboni emendatione. Libri ὅσ᾽ (ὅς P.) ἄγαν παρατίθῃς. In Menandri loco praetulerim ξένου τὸ δεῖπνόν ἐστιν ὑποδοχή pro ὑποδοχῆς. et litt. f. ἀθάλαττος ὢν τοῖς.

III, 133. a. Philemonis locum sic scribit Hirschig ἑφθός; B. χρηστὸς ἦν. A. ἀκήκοας; B. ἅλμη τε λευκή —

Ibid. c. In Alexidis fragmento vs. 2. scripsi indicata lacuna οὐ κίτταν, οὐ χελιδόν᾽. οὐ . . . οὐ τρυγόν᾽, οὐ τέττιγα pro οὐ κίτταν οὐκ ἀηδόν᾽ οὐ τρυγόν᾽ οὐ τέττιγα. Supplere possis οὐ κίτταν, [οὐ τιγόνιον,] οὐ χελιδόνα, | οὐ τρυγόν᾽. οὐ τέττιγα. Cf. ad Theocritum p. 440.

Ibid. d. Nicandri fragmentum tractavit O. Schneider p. 83. qui vs. 6. coniecit κατακαρφέα φλοιόν, possis etiam παγκαρφέα. Vs. 12. προχέαις τριπτῆρι λεήνας dedi cum eodem pro προχέας τριπτῆρι λεήναις, et vs. 15. ανύσαι pro vulgato ἄμυσαι. Cod. B ἀκυσαι. Casaubonus ἄρυσαι. Pro κεχρηόσι Schneiderus κεχαρηόσι.

III, 134. a. Alexis: ἂν οἶνον μόνον ὀσμὴν ἴδωσι. Non erat cur tentaretur, v. Lobeck. Rhem. p. 137. Ibid. ἄκραν scripsi cum Dobraeo pro ἄρ᾽ ἄν. Vs. 8. scripsi τὸν παραμασύντην εἰσίδω pro ἢ τὸν παραμασύντην ἴδω. Hirschigius καὶ τὸν παραμασύντην ἴδω. De verbis τὰ λευκά τ᾽ ἀναβάλλοντα v. ad XII p. 529 a. Vs. 10. edebatur ἥδιστον ἀναπήξαιμ᾽ ἂν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου λαβών.

Ibid. c. In Eriphi ecloga dedi κοὐκ ἐθέλοντας, vulgo οὐ θέλοντας, Eustathius οὐκ ἐθέλοντας. Notus versus est apud Athen. 428 a. οἶνος ἄνωγε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντα χορεύειν. Cfr. Hegemon XV p. 698. λῆμμ᾽ ἀνέπεισε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντ᾽ ἀναβῆναι. Sequitur Alexidis locus, de quo v. Com. graec. III p. 425.

IV, 134.d.—137.d. Ἀττικὸν δὲ δεῖπνον οὐκ ἀχαρίστως (scr. ἀχαρίτως) διαγράφει Μάτρων ὁ παρῳδός, ὅπερ οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι ὑμῖν, ἄδρες φίλοι. ὁ Πλούταρχος ἔφη, ἀπομνημονεῦσαι. Iam sequitur centum et viginti duorum versuum carmen ex Home-

ricis versibus ingenioso parodiarum lusu deflexum, conviv Xenocle Atheniensi apparati descriptionem exhibens. Pei nas praeter Xenoclem ipsum, de quo in Historia crit. Com 516. dictum est, induxit Chaerephontem, famosissimi nom parasitum, de quo post Ruhnkenium ad Rutilium Lupum p. annotavi quaedam ad Fragm. Com. vol. IV p. 474. Probal est etia malios quosdam convivio interfuisse; non totum ei et integrum carmen ab Athenaeo fuisse appositum, prae manifesta lacunarum indicia etiam ex eo intelligitur, quod n comparet in eo versus ab Athenaeo II 62 c. disertim e Δείπ allatus ὄστρεα δ' ἤνειχεν Θέτιδος Νηρηΐδος ὕδνα. qui p vs. 97. inserendus videtur. Nec dubitari potest quin ad id hoc carmen etiam alii quidam versus referendi sint, quos p sim Athenaeus non indicato carminis titulo simpliciter ex M tronis parodiis apposuit. Ex hoc genere sunt quos servavit p. 64 c. ubi qui versus afferuntur quum mirum in modu consentiant cum iis quae nostrae eclogae leguntur vs. C καρῖδές θ' αἳ Ζηνὸς Ὀλυμπίου εἰσὶν ἀοιδοί. et vs. 5. λευκ τέρους χιόνος. ἔσθειν δ' ἀμύλοισιν ὁμοίους· τάων καὶ Β ρέης ἠράσσατο πεσσομενάων, etiam hoc argumento cogn citur verum esse quod supra dixi, multo maiorem huius ca minis ambitum fuisse, quam ab Athenaeo appositum est. brevi enim carmine quis unquam poeta eorundem propemodu versuum iterationes sibi permittat? His adde porro quae legu tur III p. 73 d.

καὶ σίκυον εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱόν,
κείμενον ἐν λαχάνοις. ὃ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο τραπέζα

Quae item summam similitudinem habent cum nostrae eclog vs. 36 et 37:

καὶ Τιτυὸν εἶδον λίμνης ἐρικυδέα γόγγρον,
κείμενον ἐν λοπάδεσσ'. ὃ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο τρα
πέζας.

Denique eidem carmini adscribenda esse videntur haec XIV 656 e. servata:

ὣς ἔφαθ'· οἳ δ' ἐγέλασσαν, ἐπήνεικάν τ' ἐπὶ τούτ
σιτευτὰς ὄρνιθας ἐπ' ἀργυρέοισι πίναξιν,
ἄτριχας οἰετέας, λαγάνοις κατὰ νῶτον ἔίσας.

Quae si recte ad Convivium rettuli, simul intelligitur poeta

convivas etiam inter se colloquentes induxisse eorumque sermones rettulisse. Hinc mihi suspicio, quem tacito auctoris nomine affert versum Athenaeus V p. 187 a. *παρὰ δὲ τοῖς οὐ τὰ σώφρονα συμπόσια συνάγουσι*

*τοῖς δ' ὁ κόλαξ πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῶκον,*

eundem Matronis esse, quem Chaerephontem parasitum induxisse supra vidimus. His praemissis de corruptioribus eclogae locis breviter exponam. In ipso statim initio carminis post tertium sextumque versum complurium versuum lacunam indicandam esse e narrationis tenore et progressu intelligitur. Exercit. phil. I p. 13.

Vs. 6. *τάων καὶ βορέης ἠράσσατο πεσσομενάων.* Prorsus inepta boreae memoria videtur ex Homerico loco Il. ι', 223. *τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο βοσκομενάων* illata esse. Matro forsan scripserat *τάων καὶ γαστὴρ ἠράσσατο.* Cf. II 64. c. *τάων φυομένων ἠράσσατο πότνια γαστήρ.* Vs. 11. fort. *τοῖς δὲ* indicata ante h. v. plurium versuum lacuna. Vs. 12. *οἷς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς ὀπτανιάων.* Sic edidi cum Schweighaeusero pro *ἐπιτετράφαται,* quod revocandum est. Cf. quae scripsi ad Euphorionis fragm. CLXII p. 158.

Vs. 13. *αναμεῖναι* corruptum videtur. Suspiceris *ἀνατεῖναι,* porrigere.

Vs. 23. *ῥυπαρὰ κρήδεμνα.* Dobraeus *λιπαρά.*

Vs. 25. *πίνας ἦλθε φέρων καὶ ἄμυλα ἠχήεντα.* Scripsi quamvis dubitanter *κατὰ δώματα ἠχήεντα.*

Vs. 26. *ἃς (πίνας) κατὰ φυκότριχος πέτρης λευκὸν τρέφει ὕδωρ.* Vis aptum aquae marinae epitheton est *λευκόν.* Fortasse *ἁλυκόν* scribendum est.

Vs. 35. *ἡ μόνη ἰχθὺς ἐοῦσα.* Ex cod. B correxi *οὖσα.*

Vs. 36. *καὶ Τιτυὸν εἶδον λίμνης (λίνθης BP) ἐρικυδέα γόγγρον.* Nescio quid sit *Τιτυὸς λίμνης,* pro quo vide an comparato III p. 73 d. *καὶ σίκυον εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱόν* scribendum sit *καί ῥ' υἱὸν εἶδον.*

Vs. 40. Anguilla commemoratur ingentis magnitudinis:

*παμμεγέθης, ἣν οὔ κε δύ' ἀνέρες ἀθλητῆρες,*
*οἷοι ἄρ' Ἀστυάναξ τε καὶ Ἀντήνωρ ἐγένοντο,*
*ῥηϊδίως ἐπ' ἄμαξαν ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν.*

Ad haec cf. Hom. Il. μ', 448. Astyanactem autem intellexit poeta Milesium, de quo schol. Theocriti IV, 34. *ταῦτα οὐκ ἐπ' Αἴγωνι ἱστόρηται. ἀλλ' ἐπὶ Ἀστυάνακτι τῷ Μιλησίῳ — φασὶ γὰρ τοῦτον Ἴσθμια νικήσαντα καὶ οἴκοι παραγενόμενον ἐκ τῆς ἰδίας ἀγέλης τοῦ μεγίστου λαβέσθαι βοός. καὶ μὴ ἀνεῖναι ἕως ὁ ταῦρος ἐλευθερῶν τὸ σῶμα τῇ βίᾳ κατέλιπε τὴν ὁπλὴν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.* Syncellus p. 274 d. (p. 521 Bonn.) *Ἀστυάναξ Μιλήσιος τὸ παγκράτιον νικᾷ τρίτον. ουτος δὲ καὶ ἐξ ἀνδρῶν σιτία κατήσθιεν.* De patria viri videtur dubitatum fuisse, certe Photius Bibl. p. 83, 40. e Phlegonte Trall. tradit: *Ἀτυάναξ Ἱπποκράτους Ἀδραμυττίου παῖς πύξ*, ubi scribendum *Ἀστυάναξ*. Eiusdem hominis nomen haberemus etiam apud Athenaeum X 413 a. si per librarios licuisset; adhuc ibi edebatur *Ἀστυδάμας ὁ Μιλήσιος.* Iam nemo amplius dubitabit quin Antenor quoque athleta fuerit corporis robore insignis. Ac fortasse is idem est de quo Eusebius Chron. Can. ad Olymp. CXVIII ed. Maii p. 152. *Ἀντήνωρ Ἀθηναῖος ἢ Μιλήσιος. παγκράτιον. ἀκόντιον περιοδονίκης.* et quem cum Leontisco pancratiasta commemorat Machon Athenaei XIII p. 578 f. Excerc. phil. I p. 15.

Vs. 45. Dobraeus Advers. II p. 305. *εἰνορόγυιοι* coniecit pro *ἐννεόργυιοι.* aut immemor Homeri Od. λ', 312. aut apud hunc quoque eandem formam restituturus.

Vs. 40. *ὅθεν ἐγχέλεων γένος ἀγροτεράων.* Scribendum suspicor *ἁβροτεράων.*

Vs. 46. Dindorfius Scaligerum sequens *στίχας* edidit pro *στέγας.* quod ego cum Casaubono *στέγος* scripsi.

Vs. 55 sqq. *θύννου κεφαλὴ* apposita esse narratur,

*κεχολωμένη οὕνεκα τευχέων*
*αἰρομένων. τὸ δὲ πῆμα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν.*
*ῥίνη θ' ἣν φιλέουσι περισσῶς τέκτονες ἄνδρες.*

Ita enim haec mutata distinctione scribenda erant. Vulgo *αἰρομένων· τὸ δὲ πῆμα θ. θ. ἀνθρώποισιν. ῥίνη, τὴν* (B *ῥίνην τὴν*) *φιλέουσι.* Atqui apertum est non squatinam dici posse *πῆμα ἀνθρώπων*, sed thynni caput, quod ceteris partibus privatum in vilibus obsoniis habebatur. Cfr. Alexis Athenaei VII p. 303 a. *οὗτος πρότερον κεφάλαιον εἰ θύννου*

λάβοι, ἐνόμιζεν ἐγχέλεια καὶ θύννους ἔχειν. Praeterea εἵνεκα posui pro οὕνεκα.

Vs. 57. οὐ γὰρ ἔγωγε ἧς σαρκὸς δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι ex Odyss. IX, 28. expressum est.

Vs. 64. αἳ δὴ ἰδεῖν κυφαὶ μὲν ἔσαν. Ita Dindorfius cum VL. αι δη γαρ ικυφαιεσαν A. αἳ δὴ γὰρ ἰδεῖν φυὴν ἔσαν BC. αἵ δὴ γὰρ ικυφαίεσαν P. Hinc certa coniectura H. G. Paessens (Dissert. de Matronis parod. reliquiis. Monast. 1856) restituit αἳ δὴ γήραϊ κυφαὶ ἔσαν. Notum est Homericum ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην.

Vs. 68. ἐν στόμασιν ἔθεσαν. Scribendum ἐν στόμασίν τ' ἔθεσαν, vel ἐν στομάτεσσ' ἔθεσαν cll. vs. 37. ἐν λοπάδεσσ', ὃ δ' ἐπ' ἐννέα.

Vs. 70. κρατερῶς παλάμῃ ἐπορέχθην. Malim κρατερᾷ.

Vs. 71. τὸ δέ γ' ἀμβροσίῃ μοι ἔδοξεν | εἶν' ἣν δαίονται. Sic vulgo. Cod. Ven. εἶναι ἣν. Olim ego ἣν ἄρα, nunc Nauckium secutus sum; pro δαίονται scripsi cum Mosero δαίνυνται, quod postea etiam Cobetus reperit.

Vs. 74. Leguntur haec:

μύραιναν δ' ἐπέθηκε φέρων, τὸ κάλυμμα τραπέζης,
ζώνην θ' ἣν φορέεσκεν ἀγαλλομένη περὶ δειρήν,
εἰς λέχος ἡνίκ' ἔβαινε Δρακοντιάδῃ μεγαθύμῳ.

De muraenarum cum serpentibus coitu praeter Casaubonum ad Athen. VIII p. 312. vide Spanhemium ad Aristoph. Ran. 478. Mirum autem et ineptum est zonam collo muraenae circumdatum dici. Matronem scripsisse suspicor περὶ νείρην, circa imam ventris partem. Nimirum de zona virginali cogitabat. Exercit. phil. I p. 16. Librorum tamen scripturam recte tueri videtur Paessens.

Vs. 77. Scripsi βούγλωσσόν θ' ὃς ἔναιεν ἐν ἅλμῃ μορμυρούσῃ. Vulgo θ' deest. Ceterum haec perperam intellexerunt viri docti vertentes *qui habitat in mari fremente*. Marinum esse piscem βούγλωσσον nihil causae erat quare disertim moneretur, neque ναίει legitur sed ἔναιεν. Verte igitur *qui natabat in muria*. De ναίω pro νάω dixi infra ad Nicandri eclogam XIV p. 683. Exerc. phil. I p. 16.

Vs. 77 et 78. Scaligero praeeunte Dindorfius ita edidit:

*κίχλας δ' ἑξείης ἡβήτορας, ὑψιπετήεις * * **
*καὶ πέτρας καταβοσκομένας. θυάδας θ' ὑδατίνους.*

Quorum versuum secundo quae memorantur *θυάδες* etiamsi piscis nomen esse aliunde constaret, locus tamen vitii suspectus esse deberet, quoniam *θυάς* primam producit. Itaque *ὑάδας* scripsi, s u c u l a s, quas *ὑδατεινοὺς* (sic enim scribendum) dixit, ut eas a caelesti sidere distingueret. Lacunae autem post primum versum indicandae nullam necessitatem video. Rectissime enim *κίχλαι* dicuntur *ὑψιπετήεις*, cuius loco qui *ὑψιπετηέσσας* dicendum fuisse existimant, longissime a vero aberrant. Eadem forma usus est Nicander apud Athenaeum XV 683 d. *κάλυκες κεφαλήγονοι ἀντέλλουσιν ἀργήεις* (i. e. *ἀργήεσσαι*) *πετάλοισι κρόκῳ μέσα χρυσωθεῖσα*, quod item frustra in vitii suspicionem adduxerunt. Omnem dubitanti scrupulum eximet idem Nicander Alex. 266. *σὺν δὲ καὶ ἀμπελόεις ἕλικας ἐνθρύπτεο νύμφαις* et 293. *πόσιες δὲ παραυτίκα λύματ' ἔχευαν φαρμακόεις.* Quae omnia ita dicta sunt quasi ad rectos casus *ὑψιπετήης ἀργήης φαρμακόης* revocanda essent. Ac nescio an ad idem verborum genus Boeoticae gentis nomen *οἱ Ψολόεις* i. e. *Ψολόεντες* revocandum sit, de quo v. Plutarchum Quaest. gr. p. 299 f. E x e r c i t. p h i l o l. I p. 16.

Vs. 80. *ἐν δ' ἀναμὶξ σάργοι τε καὶ ἵππουροι γλάνιές τε.* Pro *σάργοι* Dindorfius *σαργοί* scripsit; sed dubito num *σαργοὺς* hoc loco poeta memoraverit; eos enim iam vs. 60. memoravit. Itaque *φάγροι* scripsi, nisi quis *σαῦροι* praeferat.

Vs. 81. Cum Scaligero *ἄντα δ' ἔην* scripsi pro *ἄντα ἔην*. Vereor tamen ne aliud quid lateat.

Vs. 84. *ἔπειθ' ὥρμαινον ἐπ' ἄλλα.* Ita scripsi. Vulgo *ἐπεὶ δ' ὅρμαινον ἐπ' ἄλλα.* Cod. B *ἔδοξ' ἔπι δ' ὥρμαινον ἐπ' ἄλλα.* Praefero nunc quod iam olim proposui, *ἔπι δ' αὖθ' ὥρμαινον ἐπ' ἄλλα.*

Vs. 85. *δειπνῶν* scripsi pro *δείπνῳ*. Post sequentem vs. item aliquammulta omissa videntur.

Vs. 89. *κωλῆν δ' ὡς εἶδον, ὡς ἔτρεμον.* Recepi Scaligeri emendationem, libri *κωλῆν δ' εἰσίδον. πῶς ἔτρεμεν* (*ἔτρεμον* P).

Vs. 90. *κεῖτ' ἀγχοῦ γλυκὺ πλείονα χρυσὸς ὢν ἀπερύκων.*

Nihil hic video nisi *γλυκὺ πνεῖον* scribendum esse; cetera alii expedient.

Vs. 93. *νηδὺς* posui ex felice emendatione Paessensii, vulgo *νηλής*. Idem pro *ῥαδέεσσι* tentabat *ῥαφίδεσσι*. Desidero potius nomen taedium et satietatem indicans.

Post vs. 97. complurium versuum lacunam esse suspicor, in qua locum habuisse videntur versus tres quos Athenaeus XV p. 656 c. attulit:

> *ὣς ἔφαθ᾽, οἳ δ᾽ ἐγέλασσαν· ἐπήνεικάν τ᾽ ἐπὶ τούτῳ*
> *σιτευτὰς ὄρνιθας ἐπ᾽ ἀργυρέοισι πίναξιν,*
> *ἄτριχας, οἰετέας, λαγάνοις κατὰ νῶτον ἐΐσας.*

Quibus iam commode subiunguntur sequentia *Χαιρεφόων δ᾽ ἐνόησεν ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω ὄρνιθας γνῶναι.* Ad eundem Chaerephontem spectare videtur illud *ὣς ἔφατο.* Cui quod infertur *οἳ δ᾽ ἐγέλασσαν* de convivis intelligo, reliqua *ἐπήνεικάν τ᾽* (malim *δ᾽*) *ἐπὶ τούτῳ* de ministris. Exercit. phil. I p. 17.

Post vs. 113. lacuna indicanda erat, neque enim sufficit cum Heinsio scribere *πρόσφατοι.*

Vs. 116. *ὣς δὲ ἴδον ξανθὸν γλυκερὸν μέγαν ἔγκυκλον, ἄνδρες, Δήμητρος.* In his *ἄνδρες* haud dubie corruptum est, nec probo tamen quod Iacobsius pro eo voluit *ἁδρόν.* Fuit fortasse *ἁγνῆς*, quod cum *Δήμητρος* coniungendum.

Complures item versus exciderunt post 118. Ineptum enim est post hunc versum

> *πῶς ἂν ἔπειτα πλακοῦντος ἐγὼ θείου ἀπεχοίμην;*

inferri haec *οὐδ᾽ εἴ μοι δέκα μὲν χεῖρες, δέκα δὲ στόματ᾽ εἴη, γαστὴρ δ᾽ ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.* Exercit. philol. I p. 17.

IV, 137. d. Ultimam partem fragmenti Alexidis tractavit Herwerdenus Observ. crit. p. 74. qui *μεγαλείως δέ* parum probabiliter resecuit et cetera sic scribenda esse coniecit: *λιμῷ παρελθεῖν* (vel *περιελθεῖν*) *τοὺς ξένους με δεῖ καθ᾽ ἓν | ἕκαστον αὐτοῖς παρατιθέντα.* Mox pro *Ἔριφος* Reinesius *Ἔφιππος.* V. Hist. crit. p. 353. In ipso fragmento vs. 2. *οὐδ᾽ εὐτραπέζων Θετταλῶν ξένων τροφαί*, fortasse *τρυφαί* scribendum est.

Ibid. f. Legebatur *γενομένων*, pro quo *γινομένων* dedit

B. Tum vulgo *Ἀκαδημίᾳ* et *Ἀκαδημίαν*. Mox cum Dobraeo *πάντα* scripsi pro *πάντας*. Sed tota Chrysippi narratio obscura est, in qua hoc unum video vocem *ἀστεῖος* sensu stoico accipiendum esse.

IV, 138. d. *ἐν τοῖς φιδιτίοις*. Ita optimi libri habent pro *φειδιτίοις*.

Ibid. e. In Cratini loco vs. 4. *πρεσβευταῖσιν* dedi pro *πρεσβύταισιν*, quod fortasse servandum erat.

Ibid. f. In Eupolidis versu *αἴκα γένηται* Bergkius. Mox *αἶκλον* scripsi et hic et ceteris locis, quam formam commendat Alcmanis versus p. 140 c. *αἴκλον* AB, *ἄικλον* vulgo. Mox in Polemonis loco sequuntur haec *σκηνὰς ποιοῦνται παρὰ τὸν θεόν*. quod Prellero *παρὰ τὴν θέαν*. mihi *παρὰ τὸν νεών* scribendum videtur.

III, 139. a. *διδόασι τῶν συνόντων ἑκάστῳ τυρόν*. Erat *τῶν συνιόντων*, correxit Nauckius.

Ibid. b. *κορυθαλίαν*. Rectius videtur *κορυθάλειαν*. Ibidem Casaubono praeeunte *Τίασσαν* scripsi pro *Τίασσον*. Tum vulgabatur *αἶκλον δὲ ὑπὸ μὲν τῶν ἄλλων Δωριέων καλεῖται δεῖπνον*. Articulum ante *δεῖπνον* adieci ex epitome apud Schweigh. In Epicharmi loco recte Casaubonus *γάρ τυ* pro *γάρ τοι*. Fortasse scribendum est *ἐκάλεσε γάρ τοί τύ τις ἐπ' ἄικλον* (vel *αἶκλον*) *τὺ δὲ ἑκὼν* (*ᾤχεο τρέχων*. vel uno versu *ἐκάλεσεν γάρ τυ τις ἐπ' αικλον. τὺ δὲ ἑκὼν ᾤχεο τρέχων*.

Ibid. c. *ἐν δὲ τῇ Λακεδαίμονι τοῖς εἰσιοῦσιν εἰς φιδίτιον μετὰ δεῖπνον — εἰσφέρουσιν ἄρτους*. Scribendum *τοῖς συνιοῦσιν*. Ibid. *καλεῖ δὲ τοῦτον* (Didymum) *ὁ Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος βιβλιολάθαν. διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἐκδέδωκε συγγραμμάτων*. Huius nominis quae ratio sit difficile est intelligere. Casaubonus interpretatur oblivionem librorum, quod suorum ipse scriptorum saepe non meminisset. Coraes coniciebat *βιβλιοπλάθον*, in quo nihil acrimoniae inest. Si quid mutandum est, malim ego *βιβλιοπαλάθαν*. quod recte dici potuit de homine qui librum super librum constiparet.

Ibid. d. *οὔτε στεφανοῦνται ἐπὶ τοῖς δείπνοις οὔτε ἄρτον εἰσφέρουσιν ἀλλὰ πέμματα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα διδόασιν*. Nisi *ἐπὶ τοῖς δείπνοις* post coenam significat, praetulerim equidem *ἐν τοῖς δείπνοις*. sed fortasse de secundis

mensis scriptor loquitur. Certius videtur, quod οὔτε πέμματα a Schweigh. coniectum rescripsi pro ἀλλὰ πέμματα.

Ibid. e. θέα ποικίλη καὶ πανήγυρις ἀξιόλογος καὶ μεγάλη. Fort. μεγαλεῖος i. e. μεγαλοπρεπής.

Ibid. f. καννάθρων. Erat κανάθρων. Quae sequuntur verba καμαρωτῶν ξυλίνων ἁρμάτων delenda videntur; de quo admonuit etiam Dobraeus. Tum Prellerus ad Polem. p. 135. coniecit αἵ δ' ἐξ ἁμίλλης ἁρμάτων ἐξευγμένων.

IV, 140. a. De Epilyci loco qui apud Dindorfium ita editur οἰώσομαι — παραγέλλωσι — σδωμὸς μάλα ἁδύς, vide quos laudat Iacoby Add. ad Com. V p. CXXVI. Add. Blaydesius ad Arist. Acharn. p. 161.

Ibid. c. μόνων addidi Dobraeum secutus. Ibid. in Alcmanis versu ῥυφῆται pro δρυφῆται scripsi cum Bergkio. Possis etiam τρυφῆται suspicari.

IV, 141. c. ὕστερα περιφέρεται. malim ὕστατα. Ibid. erat φειδίται.

Ibid. d. In Molpidis loco οὔτε γὰρ ἡδονῆς οὔτ' ἀκρασίας γαστρὸς οὕνεκεν κομίζουσιν, nescio an ἀκρασίας delendum sit. Ibidem pro ἀπόδειξιν fort. praestat ἐπίδειξιν.

IV, 142. a. Phylarchi verba ὅτε τὸν ἀγκῶνα ἅπαξ ἐρείσειεν non recte interpretatur cum Schweighaeusero I. F. Lucht Phylarchi Fragm. p. 86. Sententiam hanc esse puto, veteres Lacedaemonios, quotiescunque cubito impresso accubuissent, totam per coenam in hoc situ perdurasse.

Ibid. b. πολὺ διενέγκας τῷ τε συνιδεῖν πράγματα καί τοι νέος ὤν. Delenda est particula τε, nisi aliquid excidit.

Ibid. d. κατελαμβάνετο δὲ ἐπὶ τὸ πολὺ μετ' ἀδελφοῦ κατακείμενος ἢ μετά τινος τῶν ἡλικιωτῶν. Scribendum μετὰ τἀδελφοῦ κατακείμενος καὶ μετά τινος (ἑνὸς?) τῶν ἡλικιωτῶν. Cfr. litt. c. ὅτε μὴ παρείη πρεσβεία, τρίκλινον. Sequuntur τὰ δὲ λοιπὰ μήθ' ὑπεραίρειν μήτε λείπειν. Scripsi μήτ' ἐλλείπειν.

Ibid. c. τὸ μὲν γὰρ ἀνελεύθερον ἐνομίζετο τὸ δ' ὑπερήφανον. Reddidi Phylarcho ἐνόμιζε.

IV, 143. a. Antiphanes εἰς τὰ φιδίτια. Sic scribendum, non ut libri habent εἰς τὰ φειδίτια, neque ut Toupius voluit εἰς τὰ φιλίτια. V. Cobetum NL. p. 748. Vs. 5. Herwerdenus

Observ.' crit. p. 46. coniecit *μηκέτι φόρει* pro *μὴ καταφρόνει.*

Ibid. b. In Dosiadae loco de verbis *τὰς τῆς πόλεως προσόδους* [*ἃς*] *διανέμουσιν οἱ προεστηκότες* v. Fr. Haase Miscell. phil. p. 10.

Ibid. c. *δύο τράπεζαι ξενικαὶ καλούμεναι, αἷς προκαθίζουσι τῶν ξένων οἱ παρόντες.* Scribendum *προσκαθίζουσι.* In sequentibus *τῶν παρόντων* de cibis appositis recte interpretatur Dobraeus. Cfr. Mnemos. VII, 1.

Ibid. d. *τοῖς δὲ παισὶ κοινὸς κέκραται κρατήρ.* Dobraeus *τοῖς δὲ παισὶν εἷς μόνος* vel *τοῖς δὲ παισὶν ἄοινος κέκραται κρατήρ.*

Ibid. e. In Pyrgionis loco scribebatur *ἐν τοῖς συσσιτίοις οἱ Κρῆτες εὐσιτοῦσι.* Correxi *συσσιτοῦσι*, quod etiam Dobraeus voluit, quo auctore sequentia inclusi. Idem in sequentibus tentat *τῇ κράσει καὶ αὔθ' ἕκαστα.*

IV, 145. b. *ἐν ᾧ ὁ βασιλεὺς τὸ ἄριστον ποιεῖται.* Fort. *ἐν ᾧ θ' ὁ βασιλεύς.* Statim *ὁρᾷ διὰ τοῦ παρακαλύμματος τοῦ ἐπὶ τῇ θύρᾳ.* Reiskius ad Constant. Porph. p. 275. *παρακύμματος.*

Ibid. f. *οὐ ἦν ἰδεῖν ἅπαντα μερίδας ποιήσαντες — διαιροῦνται.* Recte ut videtur Casaubonus *οὗ οἱ ἐδέατροι ἅπαντα* etc. Mox *τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης παραλειπομένων.* Scripsi *καταλειπομένων*, quod etiam sequentia confirmant.

IV, 146. c. *Κτησίας καὶ Δίνων.* Posui *Δείνων.*

Ibid. e. In Menandri loco vs. 5. vulgo *ταύτας Θάσιον ἐγχέλεις τυρὸν μέλι.* at VIII p. 364 d. *Μενδαῖον Θάσιον ἐγχέλεις τυρὸν μέλι.* Porsonus *Μενδαῖον ἔγχελεις Θάσιον τυρὸν μέλι.* In altero eiusdem poetae fragmento *σταμνία τ'* dedi cum Brunckio pro *σταμνί'*. Mox praetulerim *ταῦτ' ἔλαβεν — ἅπαντ' ἐπιτεθέντ'.*

Ibid. f. — 147. f. In Philoxeni loco quae vel ipse vel alii novaverint, docebit Bergkius PL. p. 987.

IV, 148. b. *διέδωκε* scripsi pro *δέδωκε.* In sequentibus Casauboni emendationem recepi *ἀνδρώνων* pro *δένδρων*, et *τοῖς* (imo *ταῖς*) *κάλυξιν* pro *τοῖς ἕλιξιν.*

Ibid. e. Erat *Αὔταμνος* pro *Ἀτταγῖνος.* Pro *μεγάλως* Dindorfius ex P dedit *μεγάλῳ.* Delendum potius *πλούτῳ.*

IV, 149. b. *καὶ ὁ προσφέρων ἀνεῖπεν εὐδειπνίαις.* Casaubonus *εὖ δειπνήσειας.* Cf. ad p. 479. Recte Dobraeus *εὐδειπνίας.* Sequitur *πρόσχερα,* quod Schneiderus *πρόχειρα* scripsit.

Ibid. c. *τοῦτο ποιοῦντες ἕνεκα τῶν ἐν ἀμφόδοις γενομένων φόβων.* Non satisfaciunt doctorum virorum explicationes. Num *φωρῶν* scribendum? panem quo manus absterserant secum auferebant, ut eum nocturnis grassatoribus obicerent.

IV, 150. a. Post *βραχύτατον* cum Casaubono lacuna indicanda erat.

Ibid. c. *κακὸν κακῶς σε, ἔφη, ὦ Αἰγύπτιε, ἀπολέσειαν οἱ θεοί.* In his noli dubitare quin tragici poetae (Euripidis opinor) trimeter lateat:

*κακὸν κακῶς σέ γ' ἀπολέσειαν οἱ θεοί.*

Idem trimeter a Disseno non animadversus latet apud Demosthenem c. Ctesiph. p. 114. poetarum versus, quos Aeschines pronunciando corruperit, componentem «*ἥκω λιπὼν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας*» *καὶ* «*κακαγγελεῖν μὲν ἴσθι μὴ θέλοντά με*» *καὶ* «*κακὸν κακῶς σε μάλιστα μὲν οἱ θεοί, ἔπειτα δὲ οὗτοι πάντες ἀπολέσειαν*». Exerc. phil. Spec. II p. 7. Rectius scripseris quo Demosthenis verba ducunt *κακὸν κακῶς σε πάντες ὀλέσειαν θεοί.*

Ibid. e. Post *μέλλειν* indicavi lacunam, et litt. f. *τῶν λοιπῶν* scripsi pro *λοιπῶν.*

IV, 152. a. Posidonius: *ὃ τοῖς κολεοῖς ἐν ἰδίᾳ θήκῃ παράκειται.* Malim *παρακρέμαται.*

Ibid. b. *κατὰ τὴν πολεμικὴν εὐχειρίαν.* Ita scripsi pro *εὐχέρειαν.* In sequentibus eiusdem scriptoris verbis *οἱ δὲ δορυφόροι κατὰ τὴν ἀντικρὺ καθήμενοι* nescio an *κλίνην* ante *καθήμενοι* exciderit.

Ibid. e. *ἐν ᾧ πληρουμένου ληνοὺς πολυτελοῦς πόματος παρασκευάζειν τε τοσοῦτο βρωμάτων πλῆθος ὥστε* etc. Cod. P *πληροῦ μὲν ληνούς,* alii *πληροῦν μὲν ληνούς.* Hinc scribendum esse censui *πληροῦν μεγάλους ληνούς.* Praeterea Posidonio reddendum *πώματος.* In sequentibus *ἀφορίσαντος — δ' αὐτοῦ προθεσμίαν ποτὲ τῆς θοίνης ἀφυστερήσαντά τινα* scribendum *ὑστερήσαντα.* Aberraverat scriba ad praecedens *ἀφορίσαντος.*

III, 153. c. *ἡ παρασκευὴ τῆς εὐωχίας Ἡρακλεωτική ἐστι.* Rectius scripsisset *Ἡράκλειος τίς ἐστι.* Qui enim ab *Ἡρακλῆς* formari potest *Ἡρακλεωτικός*? Eundem errorem ipsi fortasse scriptori imputandum notavi infra ad XI p. 500 a. Notandus item apud Diodorum Sic. XVII, 100. *Διώξιππος διὰ τὴν περὶ τὸ ῥόπαλον ἰδιότητα τὴν πρόσοψιν ἡρακλεωτικὴν εἶχεν* et apud Eusebium PE. XV, 13. scribitur *Ἀντισθένης Ἡρακλεωτικός τις ἀνὴρ τὸ φρόνημα*, ubi Lasalle Heraclit. p. 3. parum commode corrigit *Ἡρακλείτειος*.

III, 154. d. Ephorus *καὶ μονομαχίας μαθήσεις ἐν Μαντινείᾳ πρῶτον εὑρέθησαν.* Mirum hoc dicendi genus est *μαθήσεις εὑρεῖν*. vitii tamen vix suspectum.

Quae ibid. litt. e. de accentu nominum *σύμμαχος πρωτόμαχος ὁπλομάχος* etc. disserit scriptor, ea ex Herodiano transcripta esse suspicor pariter atque ea quae p. 392. a. b. de nominibus in *ῦξ* disputat.

III, 155. b. Demetrius Scepsius: *πότερον ὦ βασιλεῦ κακῶς ὀρχούμενον ἐμὲ θεάσασθαι βούλει ἢ καλῶς ἀπαγγέλλοντός μου ἴδια ποιήματα ἀκροάσασθαι;* Sunt haec Hegesianactis Alexandrini ex Troade verba, eiusdem, opinor, cuius opera in legationibus obeundis Antiochum M. usum esse tradit Polybius XVIII 30 et 33. Is quum in convivio saltare ab Antiocho iussus esset, ipsis illis verbis molestam condicionem declinavit. Hegesianax autem ille quem in superioribus Athenaeus *τὸν τὰς ἱστορίας γράψαντα* vocat, haud dubie is est qui rerum Troianarum auctor ferebatur ab aliis Cephalioni Gergithio tributarum. V. Odofr. Müllerum in Classical Journ. 26 p. 317. Etrusc. I p. 173. Eundem poesios studiosissimum fuisse suis ipse verbis indicat, quibus subicit Demetrius *κελευσθεὶς οὖν λέγειν οὕτως ἦσε τὸν βασιλέα ὥστ᾽ ἐράνου τε ἀξιωθῆναι καὶ τῶν φίλων εἷς γενέσθαι.* Hinc non iniuria suspiceris Hegesianactem Alexandrinum non diversum esse ab eo quem astronomici carminis auctorem fuisse ostendi Anal. Alex. p. 243. Exercit. philol. I p. 17 sq.

Ibid. d. *ἵνα τῆς μὲν πολυτελείας οἱ φίλοι θεαταὶ γένοιντο οἱ δ᾽ οἰκέται κύριοι.* Transposui particulam *μὲν* inter *οἱ φίλοι.* In Duridis loco *Φίλιππος ὁ τοῦ Ἀλεξάνδρου πατὴρ ποτήριον χρυσοῦν — κεκτημένος. τοῦτο ἐλάμβανε κοιμώ-*

μενος ἀεὶ καὶ πρὸς κεφαλὴν αὐτοῦ κατετίθετο, postrema vix integre scripta sunt. Corrigendum videtur κοιμησόμενος ἀεὶ καὶ ὑπὸ κεφαλὴν αὐτοῦ κατετίθετο. Similiter in proximis πρὸς ὃν κατὰ κάθετον προστίθεσθαι λίθον εὐπερίτρεπτον erratum videtur; scribendum opinor ὑποτίθεσθαι.

Ibid. e. Scripsi καὶ ὃς κρεμάμενος pro καὶ ὁ κρεμάμενος.

Ibid. f. ἄνδρες φίλοι καὶ συμπόται. Expressit Aristoph. Plut. 254. ἄνδρες φίλοι καὶ δημόται.

III, 156. c. In Antiphanis loco erat πᾶσιν ὑμῖν γίγνεται.

Ibid. e. καὶ τῶν μὲν ἐγκωμιαζόντων τὸ ἀπὸ τῆς Λέρνης (ὕδωρ), ἄλλων δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Πειρήνης, ὁ Καρνεῖος κατὰ Φιλόξενον εἶπε τὸ κατὰ χειρῶν. Falluntur interpretes his verbis Philoxenii Cytherii existimantes locum designari eum, quem attulit Athenaeus IV p. 147 c. ἔπειτα δὲ παῖδες νίπτρ' ἔδοσαν κατὰ χειρῶν. Tam obvia enim haec dictio est, ut inepte Carneus fecisset, si dictum suum, quo facetus esse volebat, poetae lyrici verbis comprobasset. Intelligendus potius celeberrimi nominis parasitus Philoxenus, Πτερνόκοπις cognominatus, clarus facete dictis, quae collegit Athenaeus IV p. 242 et 246. Recte locum iam intellexit Eustathius ad Hom. p. 1402, 46. ᾄδεταί τις παράσιτος, ἐγκωμιαζόντων τινῶν μὲν τὸ ἀπὸ Λέρνης ὕδωρ, τινῶν δὲ τὸ ἀπὸ Πειρήνης, αὐτὸς εἶπεν ἄριστον εἶναι τὸ κατὰ χειρῶν, ἤγουν τὸ ἐν συσσιτίοις διδόμενον. In sequente epistola Parmenisci ad Molpidem scribendum καὶ τῆς τραπέζης παρατεθείσης ἐδειπνοῦμεν, καὶ τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν φακῆν ἡ δ' ἐπεισέρρει. Non ipsis enim poetae verbis usus est, sed ea pro consilii sui ratione paululum mutata orationi immiscuit, quemadmodum Arrianus Periplo P. E. I p. 4. τοῦτο δὴ τὸ τραγικὸν (καὶ) τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν ἡ δ' ἐπεισέρρει. Euripidis autem (huius enim versum esse non dubitandum est) verba fuerunt haec:

καὶ τὴν μὲν ἐξαντλοῦμεν, ἡ δ' ἐπεισρέει.

Quae in eadem epistola sequuntur lit. d. verba ἐμοὶ δὲ κατὰ Δίφιλον, φησί δ' οὗτος ἐν Πέλοπι «τὸ δειπνάριον . . . ταῖς κίχλαις ἤδη λέγει», ea non Parmenisci sunt, sed ipsius Athenaei, id quod praeter singularem et Athenaeo propriam orationis conformationem in citandis scriptorum χρήσεσι vel se-

quentia docent, γέλωτος οὖν ἐπιρραγέντος etc. In Diphili enim verbis nihil erat quod risum movere poterat, inerat autem in ridicula Euripideorum versuum parodia, Ζεῦ μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὅς αἴτιος φακῶν et φακός σε δαίμων καὶ φακὴ τύχη λάβοι. Exerc. phil. II p. 8.

III, 157. a. In Diphili loco vs. 3. ἐπὶ ταύτῃ φέρων | εἰς τὸ μέσον ἐπεχόρευσε σαπέρδης μέγας | ὑπό τι δυσώδης. Attigit hunc usum participii φέρων Hemsterhusius ad Lucianum p. 349. Assentior tamen Emperio γέρων pro φέρων scribenti. De reliqua parte fragmenti vide Com. gr. IV p. 406.

Ibid. b. ἄνδρες γενειοσυλλεκτάδαι. Cod. B γενειοσυλλεγτάδαι, in quo aliud quid latere videtur. Interim comparandus Aeschylus Sept. 648. ἐν γενείου συλλογῇ τριχώματος.

Mox legebatur Μελέαγρος ὁ Γαδαρεύς — ἔφη τὸν Ὅμηρον Σύρον ὄντα τὸ γένος κατὰ τὰ πάτρια ἰχθύων ἀπεχομένους τοὺς ἀρχαίους. Scripsi τοὺς Ἀχαιούς, et in proximis ἢ μόνον ἀνέγνωτε συγγραμμάτων αὐτοῦ τὸ περιέχον λεκίθου καὶ φακῆς σύγκρισιν. Vulgo σύγγραμμα, pro quo A habet συγγράμματα. B autem σύγγραμμά superscripto τ. Exerc. phil. II p. 8.

Ibid. c. ἐπὶ τούτοις. Nonne ἐν τούτοις?

Ibid. d. μόνον τε τὸν ἐν τῷ γήρᾳ θάνατον ἀσπασίως προίστασθαι. Casaubonus προσίεσθαι. Aliud latere videtur. Tum recte post ὑμῖν δέ Schweighaeuserus addit ἔφη ἡ Νίκιον. De loqutione ἕν τι τῶν τριῶν ἔχειν κακῶν v. Indicem Com. graec. v. τρεῖς. Mox pro ἐν αὐτῇ malim ἐν αὐτῆς.

Ibid. f. παραθέντων fortasse non erat quod secluderem.

IV, 158. a. Sophili locus ante Dobraeum ita legebatur: ἡ φακῆ 'στιν, Ἀρχάγαθος ἔφη πο * * γεγραφέναι. V. Com. gr. III. p. 583. Timonis locus fort. ita sanandus est

καὶ Ζηνώνειόν γε φακῆν ὃς μὴ μεμάθηκεν
ἑψῆσαι φρονίμως.

Ibid. b. Χρύσιππος — γνώμας τινὰς εἰσφέρων φησί «μήποτ' ἐλαίαν ἔσθι' ἀκαλήφην ἔχων». «χειμῶνος ὥρα βολβοφακῆν. βαβαὶ βαβαί.» «Βολβοφακῆ δ' οἷον ἀμβροσίη ψύχους κρυόεντος». In horum versuum postremo quod οἷον pyrrhichii mensuram habet, vix recte in tali versu Homeri exemplo excusaveris. Scribendum οἷ' ἀμβροσίη vel quod

aeque bonum est *ἴσον ἀμβροσίῃ*. Priores versus ita scribendi videntur:

*μή μοι ποτ' ἐλαίαν ἔσθι' ἀκαλήφην ἔχων.*
*χειμῶνος ὥρᾳ βολβοφακῆ βαβαὶ βαβαί.*

Quorum versuum postremi haec est sententia, ut bolbophace hiberno tempore superbire et se iactare i. e. delicatissimum edulium esse dicatur. Consimili modo passim cibi magnifice apparati dicuntur *πλατύνεσθαι*, *ἀγάλλεσθαι*, *σεμνύνεσθαι* etc. Minime vulgaris autem, at idoneis tamen exemplis comprobatus in eandem sententiam usus est interiectionum *βαβαὶ βαβαί*. Ex hoc genere est Alexidis locus a grammatico Bekkeri Anecd. p. 84. servatus, *οὐχὶ τῶν μετρίων ἀλλὰ τῶν βαβαὶ βαβαί*. Ubi *οἱ βαβαὶ βαβαί* dicuntur homines superbia fastuque elati; non recte haec explicui Com. graec. III p. 478. Eodem pertinet proverbium *Βαβαὶ Μύξος* a Diogeniano Prov. III 65. his verbis enarratum *Βαβαὶ Μύξος· ἐπὶ τῶν μεγαλαυχούντων· οὗτος γὰρ ἱερεὺς τῆς Ἀρτέμιδος ὢν μεγάλαυχος ἦν*. Sed de Myxo isto neque ego neque alii opinor quidquam inaudiverunt, ut vix dubitem quin *Μεγάβυξος* pro eo substituendum sit, in quod nomen apprime conveniunt quae de Ephesiae Dianae pontificatu deque fastu hominis a Diogeniano subiciuntur. Hinc *Μεγαβύξιοι λόγοι* proverbii loco dicebantur sermones fastu pleni. Hesychius *Μεγαβύξιοι λόγοι: μεγάλοι — καὶ οἱ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖς καὶ οἱ στρατηγοὶ τοῦ Περσῶν βασιλέως Μεγάβυξοι*. De hoc nomine nota est disputatio Hemsterhusii ad Luciani Tim. p. 135. Exercit. philolog. I p. 18.

Ibid. d. *καὶ πᾶσα ὑμῶν πόλις πλήρης ἐστὶ φακίνων, ὧν καὶ Σώπατρος — μέμνηται*. Supplendum videtur *φακίνων [ἄρτων], ὧν* — Docere hoc videtur Sopatri locus *φάκινον ἄρτον ἐσθίειν*.

III, 159. a. Chrysippus: *ἐπὶ τοσοῦτόν τινες ἐκπίπτουσι πρὸς τὸ ἀργύριον ὥστε ἱστορῆσθαι πρὸς τῇ τελευτῇ τινὰ μὲν καταπιόντα οὐκ ὀλίγους χρυσοῦς ἀποθανεῖν, τὸν δὲ ἕτερον ῥαψάμενον εἴς τινα χιτῶνα καὶ ἐνδύντ' αὐτὸν ἐπισκῆψαι τοῖς οἰκείοις θάψαι οὕτως, μήτε καύσαντας μήτε θεραπεύσαντας*. Apertum est ad *ἐπὶ τοσοῦτον* aliquid desiderari, fortasse scribendum *ἐκπίπτουσι [πτοήσεως] πρὸς τὸ ἀργύριον*. Cf.

Chrysippus Athenaei I p. 5 e. ἐγὼ κατέχω τινὰ ὀψοφάγον ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεπτωκέναι τοῦ μὴ ἐντρέπεσθαι τοὺς πλησίον etc. Porro ineptum est εἴς τινα χιτῶνα pro εἰς τὸν χιτῶνα. Neque θεραπεύσαντας recte dictum est; suspiceris μήτε [ἕτερα] θεραπεύσαντας.

Ibid. c. Pro καλῶς δὲ καὶ αὐτὰ scripsi partim ex A. καλῶς γὰρ καὶ ταῦτα.

Ibid. d. In Alexidis loco supplevi [ἐπεὶ] πένητας εὐπάτριδας οὐδεὶς ὁρᾷ. Dindorfius [εἶναι] πένητας δ' — Particulam δ' omittit A.

Ibid. e. De κατακλινῶ in Pherecratis fragmento male olim statui. Tum cum Dobraeo εἴσφερε scripsi pro φέρε. Vs. 3. fortasse rectius fuerit ἰδοὺ τράπεζα καὶ κύλιξ σοι καὶ φακοί.

III. 160. a. Timonis locus λιτῇ δὲ καὶ αὐαλέῃ ἐνὶ κόγχῳ Ἑλλήνων ἡ πᾶσα περισσοτρύφητος οἰζύς. obscurus est, etiamsi, ut voluit Valckenarius, scribas πᾶσ' ἀπερισσοτρύφητος. De κόγχῳ. quod fabae genus est cynicis adamatae, cf. Teletem apud Stobaeum Flor. V p. 126, 22. κόγχον καὶ κύαμον συνάγαγε. φησὶν ὁ Κράτης.

Ibid. b. ὦ ἄνδρες κύνες οἵ cum Schweigh. seclusi οἵ. nisi forte scribendum ὦ ἄνδρες κύνες. ἐγὼ — De dictione ἄνδρες κύνες v. ad Com. graec. II, 723.

Ibid. c. Pro τοὐπὶ erat τὸ ἐπί. Mox necessarium mihi videtur καί τοι scribere pro καὶ οἵ.

Ibid. d. κατὰ τὸν σὸν Τίμωνα εἶναί μοι καλός τε μέγας τε. Haec cum notissima Homeri verba sint, non apparet cur ea ex Timone afferantur. Neque ad sententiam apta sunt, quae convicium, non laudem postulat. Itaque in verbis μοι καλός vitium latere videtur; accedit quod μοι iam supra adfuit. ἔν τε Ἑορτᾷ καὶ Νάσοις. Ita pro ἐν τᾷ scripsi, i. e. τε pro ται. quod frequens vitium est. Ἑορτὰ et Νᾶσοι diversae fabulae fuerunt. In Antiphanis fragmento recte Schweigh. voluit κογχίον, sed praeterea debebat τι pro τε.

Ibid. e. Sopatri locum Athenaeus consilio suo accommodate paulo immutatum apposuisse videtur. Poetam ipsum scripsisse suspicor τοὺς Γαλάτας μιμούμενος. | παρ' οἷς ἔθος — τοὺς αἰχμαλώτους – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –, κἀγὼ κατακαύσειν κτέ. ut post αἰχμαλώτους Athenaeus nonnulla omisisse videatur.

Ibid. f. Vs. 8. eiusdem eclogae ὑμῖν pro ὑγιῆ scripsi cum Iacobsio.

IV, 161. a. In Antiphanis vs. 1. Elmsleius *Πυθαγοριστῶν* pro *Πυθαγορικῶν*, recte, ut videtur. Vs. 2. edebatur *ἅλιμα*, v. Nauckium Philol. VI, 417. In sequente Alexidis fragmento vs. 4. *ἐπεὶ Χαρίδης* Heckerus; sed vide addenda mea ad Com. graec. V p. 91. Vs. 8. *οὗτοι* pro *ἕτεροι* Cobetus. Vs. 10. erat *Φανός*.

Ibid. d. *τὸ πάντων χαλεπώτερον*. Usus loquendi postulare mihi videbatur *χαλεπώτατον*.

Ibid. e. De titulo fabulae Antiphaneae *Θομβύκιος* v. Com. graec. vol. I p. 311. Tum *ὑμῖν* ex BC dedi pro *ἡμῖν* et in ipso fragmento *σκορόδια* scripsi pro *σκόροδα*, ibid. *θύμον* addidi et *ἅπαντα* scripsi pro *πάντα*; sed licebit sane etiam alia comminisci, velut quod Herwerdenus voluit *σκόροδα τυρὸν κρόμμυα | κάπαριν, ἅπαντα ταῦτα μιᾶς ἐστιν δραχμῆς*, vel quod Dobraeus coniecit *σκ. τ. κρόμμυα | κάππαριν ἄνηθον, πάντα ταῦτ' ἐστὶν δραχμῆς*. De Aristophontis loco v. Com. gr. ed. min. p. XVII. ubi correxi:

*πρὸς τῶν θεῶν, τί πώποτ' οἰόμεσθα δὴ*
*τοὺς Πυθαγοριστὰς λεγομένους οὕτως ῥυπᾶν —*

In quibus *τί πώποτε* supplevi ex C.

III, 162. a. In epigrammate poetae anonymi pro *νυκτιπαταιπλάγιοι* rectius forsan scripseris *νυκτιπατοπλάγιοι*, noctu obliquis viis incedentes. Ceterum cf. Heckerum Comm. crit. de Anthol. gr. I p. 21.

Ibid. c. *ὡραζομένους* dedi pro *ὡραϊζομένους* et *φιλοσόφων* pro *φιλόσοφος*.

Ibid. d. Pro *μόνον* L habet *μόνος*. Intelligerem *μόνως*, eximie, unice, quod ironice accipiendum. Ibid. *ἔφη* seclusi propter sequens *εἶπε* (nisi id *εἰπὼν* scribendum est) et *Κιτιᾶ* pro *Κιτιέα* scripsi. B *κιτία*. Sed *οἰκιτιεὺς* quid nominis sit nescire me fateor.

Ibid. e. Erat *τὸ ἐπίγραμμα*.

Ibid. f. *ἀσύμβολος δειπνεῖν* scripsi pro *ἀσυμβόλως δ.*

III, 163. a. Pro *ὥσπερ* nescio an rectius scribatur *οἱόσπερ*. In Mnasalcae epigrammate restitui dorismum; erat *τῇδε — Ἡδονῇ — κρεῖσσον*.

Ibid. b. In Batonis fragm. vs. 8. pro σαυτοῦ, quod sane corruptum est, Dobraeus αὐτοῦ, Nauckius σαυτῷ, Herwerdenus συχνῷ. Vs. 14. Bergkius δόξεις τι.

Ibid. d. φησί addidi Schweigh. secutus.

Ibid. f. Ex Hermippo Timaeo aliisque scriptoribus docetur, Diodorum Aspendium omnium primum fuisse qui, quum Pythagoricam disciplinam profiteretur, eam sequeretur et philosophandi et vivendi rationem, qua Pythagoristarum et vero Cynicorum insaniae praeluderet. Tum ita pergit: πρὸς ὃν ἀποστέλλων ὁ Στρατόνικος ἐκέλευσε τὸν ἀπαίροντα τὸ ῥηθὲν ἀπαγγεῖλαι »τῷ περὶ θηροπέπλου μανίας ὕβρεώς τε περιστάσιμον στοὰν ἔχοντι Πυθαγόρου πελάτᾳ«. Apertum est Stratonicum, facetissimi hominem ingenii, his verbis novum, quod Diodorus sectabatur, institutum ita risisse, ut simul fastum hominis et affectatam sublimitatem illuderet. Eam ob causam etiam dictionis forma usus est ea, quae et verborum haberet granditatem et numerose ad aures accideret. At obscurum est quo spectet περί, ineptum item sive potius sensu cassum θηρόπεπλος μανία. Mihi Stratonicus fere hoc dixisse videtur:

τῷ πατρὶ πηροπέπλου μανίας ὕβρεός τε περιστάσιμον
στοὰν ἔχοντι Πυθαγόρου πελάτᾳ.

Hoc est cynicae insaniae auctori et parenti, quemadmodum haud raro dicitur πατὴρ σοφίας, πατὴρ δόγματος et quae his sunt similia. πηροπέπλου num recte restituerim ipse dubito: hoc tamen certum videtur, latere in illo adiectivo perae memoriam, qua usum esse Diodorum testis est Sosicrates apud Diogenem Laert. VI, 13. Σωσικράτης δ' ἐν τρίτῃ διαδόχων Διόδωρον τὸν Ἀσπένδιον καὶ πώγωνα καθεῖναι καὶ βάκτρῳ καὶ πήρᾳ χρήσασθαι. Verbis περιστάσιμον στοὰν ἔχοντι auditorum, quos Diodorus habebat, indicari videtur concursus et frequentia. Tenuem viri victum et abstinentiam ab esu animalium ridet Archestratus apud Athenaeum l. l., studiorum assiduitatem et pervicaciam Anthippus sive Anaxippus Com. graec. vol. IV p. 461. apud quem iactator coquus haec fatur:

τὸν ὄρθρον ἐν ταῖς χερσὶν ὄψει βιβλία
ἔχοντα καὶ ζητοῦντα τὰ κατὰ τὴν τέχνην.
οὐδὲν Διοδώρου διαφέρω τἀσπενδίου.

Quorum versuum tertius in libris ita scriptus est: οὐδὲν χονδρεύουσι διαφέρω τ' Ἀσπενδίου, quae verba forti indigebant remedio. Exercit. phil. II p. 9 sq.

Ibid. f. κατά τινα τῦφον τὴν ἐπιτήδευσιν ταύτην προσαγαγόντα. Scripsi εἰσαγαγόντα, ut est litt. e. τὴν ἐξηλλαγμένην εἰσαγαγόντος κατασκευήν.

IV, 164. a. Διογένους cum Reinesio scripsi pro Ἀθηνογένους.

Ibid. b. In Alexidis Lino vs. 2. παῖ λαβὲ pro γὰρ λαβὲ Dobraei est emendatio. Vs. 5. vulgo Χοιρίλος Ὅμηρος Ἐπίχαρμος. Vs. 8. erat ὥρμησε. Vs. 11. τοιαῦτα pro τοσαῦτα recte Hirschigius scripsit.

IV, 165. b. Theopompus Εὐριπίδου τἄρ' ἐστὶν οὐ κακῶς ἔχον. Edebatur Εὐριπίδου τἄριστον. Mox post ἁμαρτολόγοις excidisse videtur καὶ τὸ χαριτογλωσσεῖν; cf. litt. c. et p. 164 b.

Ibid. c. In Alexidis fragmento scripsi ἐπεὶ Χαρίδης pro Ἐπιχαρέδης. V. Com. gr. III p. 91. Tum μιαρὸς pro μικρὸς Bergkius.

Ibid. f. Diphili fragmentum perobscurum est. Vs. 1. et 2. Dobraeus Φαίδιμ' ὢν ἐτύγχανεν υἱὸς Χαβρίου. Vs. 2. ὢν ὁ Χαβρίου Dindorfius ex Hermanni coniectura. Ib. ἂν εἰσηγησάμην Dobraeus. Vs. 5. ἕνα φαγεῖν λίθον Erfurdtus praeeunte Iacobsio, qui ἕν' ἐμφαγεῖν λίθον. Fort. ἕνα θεῖναι λίθον. V. Com. graec. IV p. 390.

IV, 166 b. χρῆν scripsi pro χρή.

Ibid. c. In Axionici loco pro ἀποτυμπαισχάς quid scriptum fuerit non liquet. Non ineptum esset αὐλητρὶς Ἰσχάς, sed nulla cum probabilitate.

Ibid. f. Theopompus de luxurie Tarentinorum: ἡ πόλις ἡ τῶν Ταραντίνων σχεδὸν καθ' ἕκαστον μῆνα βουθυτεῖ καὶ δημοσίᾳ ἑστιάσεις ποιεῖται. Singulis fere mensibus publicas epulas instituisse Tarentinos nihil habet quod iure quis miretur. Vide igitur ne Theopompus scripserit καθ' ἑκάστην ἡμέραν, quae digna Theopompo veritatis amplificatio est. Atque ita demum quodammodo Theopompo convenit cum Strabone VI p. 280. ἐξίσχυσε δ' ἡ ὕστερον τρυφὴ διὰ εὐδαιμονίαν, ὥστε τὰς πανδήμους ἑορτὰς πλείους ἄγεσθαι κατ' ἔτος παρ' αὐτοῖς ἢ τὰς ἄλλας ἡμέρας. Exercit. phil. II p. 8. Athe-

nienses, teste Schol. Thucyd. II 38, singulis prope diebus sacrificabant.

Ibid. f. Verba *διὰ τὰς συνουσίας καὶ τὰς ἡδονὰς* delet Nauckius.

IV, 167. a. *τούτου δ' αὐτὸς* dedi pro *τοῦ δ' αὐτός*, praeeunte Dobraeo.

Ibid. b. Malim *εἰ δὲ καὶ μὴ τοιοῦτός τις ὢν εἰλήλυθει.*

Ibid. c. *τὰ μὲν γὰρ οἱ πόλεμοι καὶ αἱ στρατεῖαι καὶ αἱ πολυτέλειαι θρασεῖς αὐτοὺς εἶναι προετρέποντο.* Ante alterum *καὶ αἱ* addidi *τὰ δέ.*

Ibid. e. In verbis *οὐ — δεκαζόμενος ζῶ καὶ μοιχεύων*, nescio an *ζῶ* vel expungendum vel *ζῶν* scribendum sit. Pro *δεκαζόμενος* fortasse praestat *δικαζόμενος.*

IV, 168. a. *ὅλας τὰς ἡμέρας τοῖς φιλοσόφοις συσχολάζοντες.* Scripsi *σχολάζοντες*, operam dantes philosophis, quod discipulorum est, alterum autem de condiscipulis dicitur.

Ibid. c. *διασειόμενοι τοὺς κροτάφους ὑπὸ τοῦ ἀκράτου καὶ κατὰ τὸν Δίφιλον κεφαλὰς ἔχοντες τρεῖς ὥσπερ Ἀρτεμίσιον.* Diphilus tale quid dixisse videtur:

*ἀνίσταμαι*
*κεφαλὰς ἔχων τρεῖς ὥσπερ Ἀρτεμίσιον.*

Ibid. d. *Ἀπίκιόν τινα ἐπὶ ἀσωτίᾳ πάντας ἀνθρώπους ὑπερηκοντικέναι.* Contra usum *ὑπερακοντίζειν* cum *ἐπὶ* coniunctum est; aut delenda est praepositio aut scribendum *τῇ ἀσωτίᾳ.*

Ibid. f. *νικήσαντος γοῦν αὐτοῦ ἵπποις Παναθηναίοις. Παναθήναια* scripsi, ut voluit Nauckius. Pro *ἵπποις* ex B enotatur *ἵπποι* i. e. *ἵππῳ.*

IV, 169. a. *ἀναπεπταμένας ἔχω τῶν ὤτων τὰς πύλας.* Latere videtur poetae versus *ἀνεπεπταμένας ἔχω γε τὰς ὤτων πύλας.*

Ibid. b. In Strattidis fragmento vs. 3. scripsi *μηδ' ἐὰν αὐτῷ ξυναντᾷ τις, λαλῆσαι μηδὲ ἕν*, pro *μηδενί.* In Anaxippi loco vs. 1. legebatur *φέροις*, correxit Dobraeus. Vs. 2. *κρεάγραν θυΐαν τυροκνῆστιν παιδικήν.* In *παιδικήν* latere mihi videbatur *παῖ, λύκον.* Herwerdenus *παῖ, δίδου* malebat. Possunt etiam alia conici, velut *δοίδυκα* vel *πελλίκην*,

ut Nauckius voluit. Vs. 4. οἴσεις Villebrunius pro νεύσεις. Vs. 5. erat τὰκ τοῦ χύτρου. V. Com. graec. II p. 465. Denique vs. 5. scripsi coniectura non dubitabili

*καὶ τὴν κύβηλιν τὴν ταγηνιστηρίαν,*

pro ἀγωνιστηρίαν. Consimili errore in Achaei loco p. 417 f. legebatur ἀγωνιστὰς pro ταγηνιστάς.

Ibid. e. In Philetaeri locis pro πατανίων bis cum Schweigh. scripsi Πατανίων, quod ipsum coqui nomen est. Cf. ad IX p. 369 a.

IV, 170. a. Edebatur μὴ προφάσεις ἐνταῦθά μοι. Duplicavi μή. Vs. 2. erat ἀλλ' ἄγε λέγ' οὐ δεῖ. Ven. ἀλλὰ λέγοντα οὐ δεῖ. Correxit Dobraeus, quo auctore etiam vs. 7. correxi; edebatur ὀρίγανον γήτειον * σκόροδον θύμον.

Ibid. d. In Eupolidis versu λέποντα scripsi pro βλέποντα.

Ibid. e. Recepi οὐχὶ γήθυον quod conieci C. gr. III 466. pro οὐχὶ γήτειον, Dobraeus οὐχὶ βόλβον | οὐ γήτειον.

IV, 171. a. Pro δευτέρῳ scripsi πρώτῳ i. e. α' pro β'.

Ibid. b. Delevi lacunae signa post οὕτως, cf. Wyttenbach Bibl. crit. III p. 47.

Ibid. c. Qui h. l. psephismatis de protenthis auctor memoratur Phocus archonte Cephisodoro, non dubium videtur quin Phocionis sit filius, de quo v. Plutarchum vit Phoc. 20 et Athen. IV p. 168 e.

IV, 172. a. De Menandri loco v. Com. gr. IV p. 222.

Ibid. c. δειπνεῖ τὰ μελίπηκτα ταῖς κίχλαις. Ita vulgo; secutus sum Porsonum.

Ibid. d. πλάττομεν γὰρ πλάσματα. Scripsi πέμματα. Ibid. πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι λέγων (Πανύασις) πέμματα πολλὰς δὲ νοσσάδας ὄρνεις. προτέρου Στησιχόρου ἢ Ἰβύκου — εἰρηκότος φέρεσθαι τῇ παρθένῳ δῶρα

*σησαμίδας χόνδρον τε καὶ ἐγκρίδας,*
*ἄλλα τε πέμματα καὶ μέλι χλωρόν·*

Ita haec exhibenda erant ad fidem cod. B. Vulgo φέρεσθε, quod viros doctos fefellit, ut ipsa Stesichori verba illa esse putarent in hunc modum metro accommodata φέρεσθε δὲ παρθενόδωρα, quod pro παρθένια δῶρα dici potuisse vix credibile est. Panyasidis versum fuisse hunc:

*πέμματα πόλλ' ἐπιθεὶς πολλὰς δέ τε νοσσάδας ὄρνις,*

super monuit vir doctus, nescius ita haec iam correcta esse in Anall. Alexandr. p. 368. Exercit. philol. II p. 9. Pro ὄρτυς erat ὄρτεις vitiose ὄρτες impressum est). In Ibyci loco fortasse tamen scribendum φέρεσθέ τε παρθένῳ | δῶρα σησαμίδας χόνδρον τε καὶ ἐγκρίδας. Pro λέγων autem, nisi negligenter Athenaeus locutus est, scribendum λέγοντα.

III, 173. a. ἦν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν πράξεων ὀνόματα Μαγίδες καὶ Γογγύλοι — καλοῦνται δὲ καὶ νῦν τινες αὐτῶν Χοίραχοι καὶ Ἀμυλοί, καὶ Ἀρτυσίλεῳ καὶ Σήσαμοι καὶ Ἀρτυσίτραγοι καὶ Νεωκόροι καὶ Ἰχθυβόλοι. In his Μαγίδες e Villebruni coniectura editum est, libri μαγάδις. Debebant certe Μάγιδες a Μάγις, quod nomini Ἄγις assimilatum est. Nominis Ἀρτυσίλεως etiam nunc exemplum superest in titulo Deliaco apud Boeckhium no. 158. Ἀρτυσίτραγος autem non a verbo τραγεῖν formatum est, ut visum Casaubono, sed a τράγος, quod placentae genus est, de quo vid. Lobeck. Aglaoph. p. 1064. Exercit. philol. II p. 10. Quod in sequentibus legitur nomen Πολυκράτων in rarioribus est, si quidem quae ex κρατεῖν componuntur nomina fere in κράτης exeunt. Similiter tamen formatum est Εὐκράτων in titulo Siphensi apud Forchhammer Sendschreiben an Boeckh p. 32.

Ibid. c. In Critonis loco κἀφ' ὅρμου ὦσαι ναῦς ἀναγκάσαι δύο retinui Erfurdti coniecturam a Dindorfio receptam, parum tamen illam probabilem, libri καὶ φορμιῶσαι habent. Fortasse fuit κἀκφορτιῶσαι, cuius verbi etsi nullum exemplum extat, recte tamen formatum et ad sententiam peraptum est. Ganeo iste hominem eo redegerat, ut duarum navium merces quocunque pretio vendere coactus esset. In sequentibus quae sic vulgo scribuntur εὔοψον ἀγοράν. παντοδαπὸν οἰκοῦντ' ὄχλον, certa opinor coniectura scripsi παντοδαπὸν πλουτοῦντ' ὄχλον. B. παντοδαπὰν. οἰκοῦντ' ὄχλον. P. παντοδαπὰν οὔκουν τ' ὄχλουν.

Ibid. d. In Achaei fragmento σαραβικῶν scripsi pro σαραβακῶν: Toupius σαραμβικῶν contra metrum. Vs. 1. fortasse fuit τί δ' ὑποκεχρυμμένος μένεις, i. e. τί ὑποδέδυσαι τοῖς ἐλεοῖς; Cf. lit. a.

Ibid. f. ἔτι λύχνον cum Schweigh. dedi pro ἐπίλυχνον et

pro *Δαίτωνα* posui *Μάττωνα* ex II 39 c. quod verum esse sequentia docent *ποιούντων τὰς μάζας*.

IV, 174. a. *ὑδραύλεως ἦχος πάνυ τις ἡδὺς καὶ τερπνός*. Scripsi *πάνυ τι ἡδύς* Schweigh. secutus.

Ibid. d. *ἀξινῶν*. Villebrunius *ἀξονίων*, Casaubonus *ἀξόνων*. Non liquet. Cf. Schneiderus ad Vitruv. X, 8 p. 333.

Ibid. e. *ῥᾴονα* scripsi pro *ῥᾴδια*.

IV, 175. a. In Amphidis loco vs. 4. cum Erfurdto scripsi *ἔδειξ'* i. e. *ἔδειξα* pro *ἐδείχθη*. Dindorfius edidit *δέδεικτ'*. In fine fragmenti edebatur *οἶδα γάρ | ὅτι πάντα πράγματ' ἀνατριαινώσει κρότοις*. V. Com. graec. III p. 306.

Ibid. c. Sopatri parodi locus:

*οὔτε τοῦ Σιδωνίου νάβλα*
*λαρυγγόφωνος ἐκκεχόρδωται τύπος.*

In his vocem *νάβλα*, cuius causa Athenaeus haec attulit, ut metro inimicam Dindorfius seclusit, secutus, ut opinor, Valckenarium Callim. Eleg. p. 18. Crediderim potius ante *λαρυγγόφωνος* excidisse *βαρύς* hoc modo:

— *οὔτε τοῦ Σιδωνίου νάβλα βαρὺς*
*λαρυγγόφωνος ἐκκεχόρδωται τύπος.*

Quod mox sequitur Philemonis fragmentum supplevi ut potui, rectius fortasse facturus si Dindorfii exemplo lacunas indicassem.

Ibid. f. Araros *ἁρπάσας μόναυλον εὐθὺς πῶς δοκεῖς | κούφως ἀνήλλετο*. Scribendum videtur *ἀναρπάσας*.

IV, 176. a. In Anaxandridis loco scripsi *τὸν ἐμὸν μόναυλον ποῖ τέτροφας; οὗτος Σύρε*, pro *τὸν μόναυλον*. Vs. 2. probabiliter Dindorfius *τὸν καλάμινον*. Mox *ὑπὸ φανοῦ* corruptum est.

Ibid. b. *λογχάρι' ἀνειληφότες ἰῷ καὶ ῥύπῳ κεκρυμμένα*. Fort. *κεκακωμένα* vel *κεκακυμμένα*. Nec *προσκόπια* incorruptum est. Mox post *ὄνους* adieci *δ'*.

Ibid. c. Verba *ἴδε — μνημονεύοντα*, quae post *τὸν μόναυλον* legebantur, ante *οὐκ ἀγνοῶ* transposui cum Casaubono. Hedyli epigramma consulto intactum reliqui ut editum est a Dindorfio: diligenter de eo post Chr. Petersen Jahrb. für class. Philol. Suppl. II p. 325. exposuit C. Volckmar Philol. Gott. XV p. 335. quos vide. Vs. 3. pro *τυφλὸς ὑπαὶ γήρως* fort.

scribendum est *κυφὸς ὑπαὶ γήρως* vel *τυφλός. ὑπέργηρως.* Alterutrum necessarium iudico.

Ibid. e. *ῥαπαύλας.* Dobraeus *ῥιπαύλας.* Mox *τὰ περὶ τὰς κρούσεις ἁμαρτήματα* dedi pro *παρά.*

IV, 177. In Anacreontis loco *ἐς ἥβην* pro *ἐσέβην* scripsi cum Melhornio et in Aeschyli versu *ἐλάσσω* dedi pro *ἐλάσσονα.*

IV, 182. c. *Ἀλεξίων* pro *Ἄλεξις ὢν* restituit Schweighaeuserus.

Ibid. d. *ὁ δὲ μάγαδις καλούμενος αὐλὸς ὁ καὶ παλαιομάγαδις ὀνομαζόμενος. ἐν ταὐτῷ ὀξὺν καὶ βαρὺν φθόγγον ἐπιδείκνυται.* Mirum est non suspectasse criticos ineptum illud *παλαιομάγαδις.* quod non dubium est quin *πλαγιομάγαδις* scribendum sit, comparandum illud cum *πλαγίαυλος.* Exercit. philol. II p. 10. Anaxandridis versum in libris ita scriptum *μάγαδιν λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγαν,* correxi ut voluit Casaubonus.

IV, 183. a. In Matronis loco sic edebatur:

*οὐδ' ὑπὸ πασσαλόφιν κρέμασαν. ὅθι περ τετάνυστο*
*σκινδαψὸς τετράχορδος ἀνηλακάτοιο γυναικός.*

Scripsi *ἀπὸ πασσαλόφιν;* nec *οὐδ'* integrum videtur, sed incertum utrum *οἵ δ'* an aliud quid poeta scripserit. Sequitur Theopompi Colophonii locus

*σκινδαψὸν λυρόεντα μέγαν χείρεσσι τινάσσων*
*ὀξύινον. προμάλοιο τετυγμένον αἰζήεντος,*

qui intelligi non potest nisi promalum *τῆς ὀξύης* speciem fuisse sumas. Ad *αἰζήεντος* confer Hesychium *Αἴζαεν· εὐτραφὲς βλάστημα.*

Ibid. b. In Anaxilae loco *ἐξήρτυον ἂν* posui pro *ἐξηρτυόμαν.* nisi cum Dindorfio scribere praestat *ἐξηρτυόμην.*

Ibid. c. Epicharmi verba Grotefendus speciosa et fortasse vera coniectura tentavit *καὶ ὑπάδει σφιν σοφὸς ἐν κιθάρᾳ.*

Ibid. e. *μὲν ἐν Μυσοῖς* scripsi pro *ἐν μὲν Μυσοῖς.*

IV, 184. a. *Μητρόδωρος ὁ Χῖος.* Heckerus Philol. Gott. V p. 427. *ὁ Σκήψιος* coniecit, non video quam ob causam. De Euphorionis loco, in quo *Μαιδούς* pro *Μήδους* cum Schweighaeusero exhibui, vide Anal. Alex p. 68. Tum *ταῦτα ἔχεις παρ' ἡμῶν τῶν Ἀλεξανδρέων* malim *ταῦτ' ἀπέχεις,* ut

alias dicere solet scriptor; vide e. c. IV p. 176 e. XIV p. 619 a. Mox lit. b. ἐκλιπούσης scripsi pro ἐκλειπούσης.

Ibid. e. In Aristophanis fragmento κατατέθρυμμαι pro κατατέτριμμαι Bergkio praeeunte exhibui.

Ibid. f. Ἴων δ' ἐν Φοίνικι ἀλέκτορα τὸν αὐλὸν ἐν τούτοις «ἐπὶ δ' αὐλὸς ἀλέκτωρ Λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν». In his Ἀχαιῶν quocunque referas inepte illatum est. Ion scripsisse videtur Λύδιον ὕμνον ἀχέων, tibia Lydium hymnum ingemiscens. De diaeresi v. Lobeck. ad Aiac. 421. Possis item ἰαχῶν, ut est apud Aeschylum Sept. 849. τὸν δυσκέλαδον ὕμνον Ἐρινύος ἰαχεῖν. Exercit. phil. II p. 10.

IV, 185. a. In eiusdem poetae loco ῥοθεῖ pro προθεῖ exhibui Nauckii coniecturam, et in altero fragmento ἔκτυπον ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ, pro ἄγων scripsi ἀΐων. Male Bentleius senariorum reliquias restitui voluit ἐκτύπουν ἄγων βαρὺν | αὐλόν, τρέχοντα ῥυθμόν. Pro τρέχοντι fortasse βρέμοντι scribendum.

V, 186. b. Versus poetae anonymi:

οὐ χρὴ συμποσίοιο φίλους ἀπέχεσθαι ἑταίρους
δηρόν· ἀνάμνησις δὲ πέλει χαριεστάτη αὕτη,

Phocylideum colorem mihi habere videntur. Cf. Bergkii P. L. p. 359.

Ibid. c. d. Quae h. c. de Zenone narrantur, rectius VIII 344 a. de Bione traduntur, quo illa multo digniora sunt quam Zenone. Scripsi igitur Βίωνα. Mox transposui στρέψας τὸν ἰχθὺν καὶ αὐτὸς ἀπέσυρεν. Vulgo στρέψας καὶ αὐτὸς τὸν ἰχθὺν ἀπέσυρεν.

Ibid. e. Seclusi verba Ἀριστοτέλης — φησὶν, ut iussit Dobraeus.

V, 187. a. (404 Dind. 324, 16 Lps.) Anonymo poetae tribuuntur haec

τοῖς δ' ὁ κόλαξ πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῶκον.

Videtur Matronis versus esse. Cfr. p. 63.

V, 177. b. (405 Dind. 325 Lps.) Ἐπίκουρος δὲ συμπόσιον φιλοσόφων μόνον πεποίηται. Scribendum μόνων. Ibid. c. scribendum οὔτ' εἴ τις ἰσοτίμους τινὰς τούτοις ἄγει pro ἰσοτίμως. Monuit Nauckius.

Ibid. f. (406 Dind. 326, 2 Lps. ὑπειπὼν posui pro ἐπειπὼν cum Dobraeo.

V, 188. b. (407 Dind. 326, 28 Lips.) αὐτόματοι ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν. Nonne δειλοὶ δειλῶν?

V, 179. d. (409 Dind. 329, 3 Lps.) In Simonidis versu ἄθυτα δ' ἱρὰ πολλάκις κατεσθίει, scripsi ἄθυστα, ut voluerunt iam alii.

V, 180. e. (411 Dind. 330, 27 Lips.) In Archilochi loco fort. scribendum αὐλὸς ἐξάρχων πρὸς αὐλόν.

V, 191. f. Postquam in superioribus dixit non fas esse epulis in deorum honorem habitis diutius immorari, ita pergit καὶ νῦν δὴ νόμος ἐκ θυσιῶν τινῶν πρὸ ἡλίου δύνοντος ἀπιέναι. καὶ παρ' Αἰγυπτίοις τὸ παλαιὸν σωφρονικῶς διεξήγετο τὸ τῶν συμποσίων γένος. καθάπερ εἴρηκεν Ἀπολλώνιος ὁ περὶ τούτων γεγραφώς. Corrigendum διεξήγετο τοῦτο τῶν συμποσίων γένος. hoc conviviorum genus. Epulas sacras dicit. Tum corruptum haud dubie περὶ ΤΟΥΤΩΝ. Legendum περὶ ΞΟΡΤΩΝ. De Apollonio qui de festis scripsit vide ad XI 476 f. Exerc. phil. II p. 10.

V, 192. f. Philetas θρήσασθαι πλατάνῳ λασίῃ ὕπο. Codd. θρήσασθαι δέ. fortasse igitur fuit θρῆσαι δὲ πλατάνῳ. Praeterea λασίῃ pro γαίῃ scripsi cum Heinrichio. Platanum dicit fortasse eam, sub qua Coos poetae statuam posuisse tradit Hermesianax apud Athen. XII p. 598 f.

V, 193. c. Post Ἀντίοχος recte Schweighaeuserus addit συνήγαγεν.

V, 194. a. ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς πάντας ὑπερέβαλλε. Pro πρὸς bis scribendum videtur περί.

Ibid. f. καθ' ἕνα δὲ εἵποντο ἐλέφαντες διεσκευασμένοι. Fortasse ἀνεσκευασμένοι, nisi excidit πολυτελῶς, ut est p. 195 b. ἐν διασκευαῖς πολυτελέσιν et d. μετὰ τῆς πολυτελεστάτης διασκευῆς et lit. c. ἀργυρόποσι scrib. ἐν ἀργυρόποσι) δὲ πεντακόσιαι κεθήμεναι πολυτελῶς διεσκευασμέναι. Hoc voluit etiam Schweigh.

V, 195. d. ἵππον γὰρ ἔχων εὐτελῆ παρέτρεχε. Naberus ἐντελῆ, ut voluit iam Coraes, sed vide Schweigh.

V, 196. a. θαυμασάντων δὲ τῶν δαιτυμόνων τήν τε

*τοῦ βασιλέως διάνοιαν.* Aut excidit aliquid aut *τε* delendum est.

Ibid. b. *αὕτη δ' ἐνεπετάσθη κατὰ μέσον οὐρανίσκῳ κοκκινοβαφεῖ περιλεύκῳ.* Recte *οὐρανίσκον περίλευκον* interpretantur velum albo praetextum. Malim vero *παραλεύκῳ*, quod dictum est ut *παραλουργής*.

Ibid. d. *διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος εὐκρασίαν.* Delendum videtur *ἀέρος*.

Ibid. e. *ἐχορηγεῖτο εἰς τοὺς στεφάνους ἀφθόνως καὶ εἰς τὸ τῆς σκηνῆς ἔδαφος κατεπέπαστο χύδην.* Apertum est scribendum esse *ἐκεχορήγητο*.

V, 197. a. *κατὰ μέσον δὲ τῶν ἄντρων νύμφαι ἐλείφθησαν, ἐν αἷς ἔκειντο δελφικοὶ χρυσοῖ τρίποδες ὑποστήματ' ἔχοντες.* Casaubonus *νυμφαῖα* et *ἐν οἷς*, quod probandum videtur. Sed vitiosum est etiam *ἐλείφθησαν*, quod vide an *ἐγλυφθήσαν* scribendum sit. Ad *ὑποστήματα* desidero adiectivum, e. c. *ἀργυρᾶ*.

Ibid. c. *ἐπεπήγει δὲ τοῦ συμποσίου καταντικρὺ καὶ ἑτέρα κλίνη πρὸς τὴν τῶν κυλικείων καὶ ποτηρίων — ἔκθεσιν.* Pro *κλίνη* scribendum opinor *σκηνή*.

Ibid. e. *Σειληνοὶ πορφυρᾶς χλαμύδας — ἠμφιεσμένοι.* Libri *χλανίδας*.

V, 198. a. *ᾧ (ἐνιαυτῷ) γυνὴ περικαλλεστάτη κατὰ τὸ μέγεθος εἵπετο πολλῷ χρυσῷ καὶ διαπρεπεῖ κεκοσμημένη.* Haec non integra sunt; scribendum videtur *περικαλλεστάτη καὶ τὸ μέγεθος [μεγίστη] εἵπετο, πολλῷ χρυσῷ καὶ διαπρεπεῖ [ἐσθῆτι] κεκοσμημένη.*

Ibid. b. *Ὧραι τέσσαρες διεσκευασμέναι.* In his quoque ornatum Horarum accuratius a scriptore indicatum fuisse conicio.

Ibid. c. *ἐφέροντο δελφικοὶ τρίποδες ἆθλα τοῖς τῶν ἀθλητῶν χορηγοῖς.* Athletarum h. l. praepostera est memoria; scribendum opinor *ἀγωνιστῶν*.

Ibid. d. *κασίας* pro *κασσίας* hoc aliisque locis scripsi. In sequentibus post *τῇ δὲ τετρακύκλῳ* recte Schweigh. addidit *εἵποντο*. At *ἱέρειαι καὶ πέρσεις τελεταὶ* nondum repertus est qui emendaret, nec sufficit quod Emperius voluit *ἱέρειαι καὶ οἱ περὶ τελετάς*. Conieceram *ἱέρειαι καὶ ἱεροπρεπεῖς τελεσταί*.

Ibid. e. *ἤγετο τετράκυκλος πηχῶν ὀκτὼ πλάτος*. Longitudinis notam excidisse monuit Schweigh.

V, 199. a. *λινὸς πηχῶν εἴκοσι τεσσάρων. πλάτος πεντεκαίδεκα*. Post *λινὸς* excidisse *μῆκος* docent sequentia *τετρακότυλος μῆκος πηχῶν εἴκοσι πέντε. πλάτος τεσσαρεσκαίδεκα*. Etiam p. 198 c. scribendum *τετρακότυλος* [*μῆκος*] *πηχῶν τεσσαρεσκαίδεκα*.

Ibid. b. *ἀσκὸς — ἐκ παρδαλῶν δερμάτων ἐρραμμένος*. Delendum esse apparet emblema *δερμάτων*. Sequuntur haec *ἐχομένως ἤγετο κρατὴρ — ἐπὶ τετρακύκλου ἑλκόμενος ὑπὸ ἀνδρῶν ἑξακοσίων*. Corrige *ἑλκομένης*. Cf. p. 200 c. aliisque locis.

Ibid. c. Cum Salmasio scripsi *τετορευμένα* pro *τετορνευμένα*. et *ἐφέρετο* pro *ἐπεφέρετο* exhibui secundum A. in quo est *ἐπεφέρετο*. Ibid. *εἶτα λέβητες ἓξ βανωτοὶ εἴκοσι τέσσαρες ἐπ᾽ ἐγγυθήκαις πέντε*. Haec quoque corrupta sunt. Suspicabar *εἶτα λέβητες ἓξ κανωτοί*. [*καὶ ἄλλοι*] *εἴκοσι τέσσαρες ἐπ᾽ ἐγγυθήκαις πέντε*. Canistratos lebetas dicit canistrorum viminibus textorum formam referentes. Voce *κανωτὸς* vel *καννωτὸς* utitur schol. Aristoph. Vesp. 844. Sed potest etiam *βαλανωτοί* conici cll. Athenaeo XI p. 502 b. *ἐκαλεῖτο δέ τις καὶ βαλανωτὴ φιάλη. ἧς τῷ πυθμένι χρυσοῖ ὑπέκειντο ἀστράγαλοι*.

Ibid. d. Post *γωνίαι* cum Dobraeo, *ζῷα εἶχον τετορευμένα* supplente, lacunam indicavi et *τετραμέτρητοι* edidi pro *τετράμετροι*.

Ibid. e. ante *ἐπ᾽ ἐγγυθήκαις* supplendum opinor *ἔκειντο δ᾽*.

V, 200. c. *ἐφ᾽ ἧς ἦν βαθὺ ἄντρον καθ᾽ ὑπερβολὴν κισσῷ καὶ μίλτῳ*. Post haec lacunam indicavi, excidit participium sive id *βρύον* fuit sive *ἐσκιασμένον* sive aliud quid. Pro *μίλτῳ* recte Schweigh. *μίλῳ* voluit. Mox *πᾶσαι δ᾽ αἱ περὶ αὐτὸν νύμφαι*. Corrigunt *περὶ αὐτό*. Probabilius est excidisse ante haec verba aliquid in quo Mercurius aliusve deus nominatus erat. Post *χρυσοῦν* plenius incidendum, ut *ἐσθῆτας δὲ πολυτελεῖς* ad Nympharum ornatum pertineat.

Ibid. d. *εἶχε δ᾽* scripsi pro *εἶχεν*. Neque sana sunt quae mox sequuntur verba *τῇ δεξιᾷ αἰγείῳ κέρατι χρυσῷ σημαίνων*.

Ibid. f. *κώλων δεκαδύο.* Recte Dindorfius *δώδεκα*; in *κώλων* quid lateat obscurum est, *κόλων* voluit Conr. Gesnerus. Mox *παιδισκάρια — κεκοσμημένα ἱματίοις καὶ χρυσίοις.* Malim *ἱματίοις διαχρύσοις*, nisi ad *ἱματίοις* spectans adiectivum excidit. Statim *ἐπῄσαν* incedebant scribendum pro *ἐπῆσαν.*

V. 201. a. *αὗται* (sc. *ἀπῆναι*) *εἶχον σκηνὰς βαρβαρικάς, ἐφ' ὧν ἐκάθηντο γυναῖκες Ἰνδαί.* Si *σκηνὰς* recte scriptum est, pro *ἐφ' ὧν* ponendum est *ὑφ' ὧν.* Fortasse tamen *σκευάς* scribendum est. Tum in verbis *ἔφερον ὀδόντας ἑξακοσίους* excidisse videtur *ἐλεφάντων.*

Ibid. b. *κυνηγοὶ δύο.* Recte haeret Schweighaeuserus. Pro *δύο* fortasse fuit *β'*, quod frequentissimo errore pro *κ'* scriptum fuerit.

Ibid. c. *ἄρκτος μὲν λευκὴ μεγάλη μία.* Abundat *μέν.*

V, 202. b. *καὶ βωμοὶ δὲ ἐπίχρυσοι.* Desiderari ararum numerum apertum est, scribendum *καὶ βωμοὶ δὲ ε' ἐπίχρυσοι.*

Ibid. c. *ἐπόμπευσαν δὲ καὶ δελφικοὶ τρίποδες χρυσοῖ ἐννέα ἐκ πηχῶν τεσσάρων· ἄλλοι ὀκτώ, πηχῶν ἕξ· ἄλλος πηχῶν τριάκοντα.* Pro *ἐκ* Schweighaeuserus conicit *ἕκαστος.* Scribendum videtur *εἷς*, sed ut eadem opera pro *ἐννέα* scribatur *δέκα.*

Ibid. e. *ἕτεροι ἀργυροῦς πηχῶν ὀκτωκαίδεκα ... ἐννέα.* In his *ἐννέα* varia lectio est ad *δέκα.* Dele igitur lacunae signa et scribe vel *ὀκτωκαίδεκα* vel *ὀκτὼ καὶ ἐννέα.*

V, 203. a. *εἰκόσι τρισὶ* pro *εἴκοσι τρισὶ* scripsi cum Cobeto Orat. p. 62. qui eundem errorem sustulit litt. b. (corrige errores typothetae *εἰκόσι* pro *εἴκοσι* et *εἴκοσι* pro *εἰκόσι*).

Ibid. d. *εἰκοσήρης μία, τέσσαρες τρισκαιδεκήρεις, δωδεκήρεις δύο, ἑνδεκήρεις τεσσαρεσκαίδεκα, ἐννήρεις τριάκοντα, ἑπτήρεις τριάκοντα ἑπτά, ἑξήρεις πέντε, πεντήρεις ἑπτακαίδεκα.* Haec inde a *τέσσαρες* sic scribenda suspicor *τεσσαρεσκαιδεκήρεις δ', δωδεκήρεις δύο, ἑνδεκήρεις τεσσαρεσκαίδεκα,* [*δεκήρεις ἐννέα,*] *ἐννήρεις τριάκοντα,* [*ὀκτήρεις ἑπτά,*] *ἑπτήρεις τριάκοντα ἑπτὰ κτλ.* Numeros quos supplevi non praesto; secutus sum probabilia.

V, 204. b. *πᾶς τόπος αὐτῆς κηρογραφίᾳ κατεπεποίκιλτο.* In *τόπος* vitium haeret.

Ibid. c. ἐπισιτισμούς τε οὐκ ὀλίγον. Posui ἐπισιτισμοῦ.

Ibid. d. ἀπὸ τῶν τυχόντων ἀνδρῶν. Imo ὑπό. Mox τριάκοντα non sine causa suspectat Schweighaeuserus, fortasse πεντήκοντα scribendum est.

V, 205. b. θυρίδες ὑπέκειντο εὐαύγειαν παρέχουσαι. Vulgo εὐάειαν, correxit Dobraeus; εὐαερίαν malebat Nauckius. In sequentibus κατεσκευάσθη — τὰ πλεῖστα ἀπὸ κέδρου σχιστῆς καὶ κυπαρίσσου μιλησίας. Vereor ne σχιστῆς corruptum sit, requiro συριακῆς. Miletum dicit fortasse Creticam.

Ibid. d. ἀναβάντων δὲ τὰς — κλίμακας οἶκος ἦν ἄλλος. Scripsi ἀναβάντι cll. e. προάγοντι ἐπὶ τὴν πρῷραν οἶκος ὑπέκειτο.

Ibid. f. σκηνῆς ἔχον τάξιν· ὥστε τῇ μὲν οὐκ ἐπῆν . . . Delenda lacunae signa scribendumque ᾧ στέγη μὲν οὐκ ἐπῆν, quae palmaria est Emperii coniectura. In sequentibus διατόναια δὲ τοξοειδῆ διὰ ποσοῦ τινος ἐνετέτακτο διαστήματος, pro ἐνετέτακτο scripsi ἐνετέτατο. Idem iam Casaubonus voluit.

V, 206. f. εἰς ὕλην μὲν ξύλων ἐκ τῆς Αἴτνης παρεσκεύαστο ἑξήκοντα τριηρικῶν σκαφῶν πλῆθος ἐξεργάσασθαι δυναμένην. In his εἰς delendum videtur. Post ἑξήκοντα BP addunt τε. Scribendum igitur ἑξήκοντα τετρηρικῶν.

V, 207. a. τὸ μὲν οὖν ἥμισυ τοῦ παντὸς τῆς νεὼς ἐν μησὶν ἓξ ἐξειργάσατο. Seclusi τῆς νεώς et ἐξειργάσατο cum Schweighaeusero dedi pro εἰργάσατο.

Ibid. b. Pro δεκάμνοοι scripserim δέκαμνοι; ibid. τὰς σταμῖνας dedi pro τοὺς στ. ut voluit H. Stephanus.

Ibid. c. εἰκοσήρης Palmerius, vulgo εἰκόσορος.

Ibid. d. Pro περιβάλλοντες malim cum Schweigh. ὑπερβάλλοντες, recte idem statim κατεστεγανωμένοι.

Ibid. f. Corrige operarum errorem ἑκατέρων pro ἑκατέρου.

V, 208. a. εὖ ἐτρέφοντο. Recte Coraes ἐνετρέφοντο, nisi εὖ utpote ex sequente ετ ortum delere praestat.

Ibid. b. πάντες ἐν διαστήματι βεβῶτες. Addendum quod omitti vix potuit συμμέτρῳ, ut lit. a. legitur διάστημα σύμμετρον ἔχοντες.

Ibid. c. μετὰ δὲ ταῦτα παρατρήματα ἐκ τρόπων παχέων συγκείμενα διὰ ἁλύσεων χαλκῶν κρεμάμενα. Pro παρατρήματα Casaubonus tentabat παραρτήματα. Scribendum

παραρρύματα. de quo dixi ad Aeschyli Pers. 412. in Philogo Gott. XX p. 64. Praeterea pro διά malim ἐξ, quarum particularum pervulgaris est confusio.

Ibid. e. inter εἶθ' ἑξῆς καθ' et χιλίων in editione Dindorfii exciderunt haec ἕνα λειπόμενοι. τούτοις δ' ἐν πλεκτοῖς γυργάθοις διὰ τρο— Mox haec leguntur τῶν δὲ ἱστῶν ὁ μὲν δεύτερος καὶ τρίτος εὑρέθησαν· δυσχερῶς δὲ ὁ πρῶτος ἐν τοῖς τῆς Βρεττίας εὑρέθη ὑπὸ συβώτου ἀνδρός. Non videntur haec integre scripta esse. Fortasse εὑρέθησαν δυσχερῶς· [εὐχερῶς] δὲ ὁ πρῶτος κτλ.

Ibid. f. ἄλλοι τε. Ita volui, vulgo ἄλλοι γε.

V, 209. c. In Archimeli carmine τοῦτ' ἐκάμοντο κύτος fortasse sine causa posui pro τοῦτ' ἔκαμον τὸ κύτος.

Ibid. d. πείσμασι δ' scripsi pro πείσμασιν, et ἐπωπίδος cum Hemsterhusio dedi pro ἐπωμίδος.

Ibid. e. καρπὸν πίονα δωροφορῶν Casaubonus, libri fere καρπῶν πίονα δωροφόρον. In sequentibus περὶ Λεύκολλαν τῆς Κῴας, ἐπειδὴ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι αὐτὴν ἀνέθηκεν, malui Athenaeo suum errorem relinquere quam τῆς Κυπρίας scribere cum Casaubono. At pro ἐπειδὴ scripsi ὅπου δή.

V, 210. a. In Lysiae loco lacunam agnovit Schweighaeuserus: erat ibi et aliud vas eiusdem magnitudinis. ταὐτὸ scripsi pro τὸ αὐτό. At pro ταὐτὰ malim τοιαῦτα. Mox καὶ ante χαλκῆ deleverim.

Ibid. c. Legebatur καὶ ὁ Ἡγήσανδρος ταὐτά, pro quo ex PV dedi ταῦτα. μὲν inseruit Dobraeus, qui ibidem coniecit ἡμεῖς δ' αὐτὸ εἴδομεν ἀνακείμενον. In sequentibus secundum C praetulerim ἐπιτίθεσθαι δ' ἐπ' αὐτῷ δύνανται καὶ κρατῆρες.

Ibid. d. σὺν ἀνδρομήκεσι λημνίσκων πιλήμασι. Fort. εἰλήμασι scribendum est.

Ibid. f. ἵνα εὐωχοῖντο vulgo, quod εὐωχοῦντο scripsi, mox δέ seclusi. In verbis καὶ καταυλούμενοι πρὸς χελωνίδος πολυκρότου ψόφους, pro καταυλούμενοι, quod ferri non potest, fortasse verum est κατασαυλούμενοι.

V, 211. a. ἐπαινῶ δέ γ' ὦ ἄνδρες φίλοι τὸ γενόμενον. Inepte positae sunt particulae δέ γε. Scribendum ἐπαινῶ δ' ἐγὼ ἄνδρες φίλοι.

Ibid. c. Recte habere ἀναδοχῆς ostendit Hesychii glossa Ἀναλαμβάνειν ξένον· δειπνίζειν.

Ibid. Pro συναγαγὼν scribendum est συνάγων. Mox ἐνδῦσα καὶ scripsi καὶ ἐνδῦσα.

Ibid. e. ἀλλὰ φίλη, φασίν. ἡ ἀλήθεια, ἐκθήσομαι τὰ περὶ τὸν ἄνδρα ὡς ἐγένετο. Suspicor ἀλλά. φίλη γάρ φασιν ἡ ἀλήθεια, ἐκθήσομαι.

V, 212. b. ἀλλ' εἴσεισιν ἤδη. iam ingressurus est urbem. Fallitur Wyttenbach ad Bakii Posid. p. 281.

Ibid. c. συνέτρεχον οὖν πρὸς τὴν θέαν ταύτην ἄνδρες γυναῖκες. παῖδες τὰ κάλλιστα προσδοκῶντες. Post παῖδες addidi quod apertum est excidisse γέροντες.

Ibid. d. συνήντησαν δ' αὐτῷ καὶ οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. Alienum a loci sententia συνήντησαν. pro quo scripsi ὑπήντησαν. obviam ibant. Paulo inferius sequuntur haec εἰς τὴν Διευς (sic enim in codice scriptum) οἰκίαν τοῦ τότε πλουτοῦντος ἀνθρώπου ταῖς ἐκ Δήλου προσόδοις. Pro Διευς corrigunt Διεύχου. Scripsi Διέως. ut homo Διεύς appellatus fuerit, cui nomini simile est Ζηνεύς apud Athen. XIII 601 f. ὡς Ζῆνις ἢ Ζηνεύς φησιν ὁ Χῖος. Exercit. phil. Spec. II p. 11. Διῆς nomen artificis habemus in titulis apud Keilium in Philol. Gott XXIII p. 595. 601.

Ibid. ἐξῄει χλαμύδα λαμπρὰν ἐκσύρων καὶ περικείμενος δακτύλιον. In P χλαμίδα. quod χλανίδα scripsi. Pro ἐκσύρων posui ἐπισύρων.

Ibid. f. περιβλέψας κυκληδὸν τὸ πλῆθος ἔπειτ' ἀναβλέψας. Pro ἀναβλέψας requiro κάτω βλέψας. Cf. Homeri Il. 3, 217. στάσκεν ὑπαὶ δὲ ἴδεσκεν.

V, 213. b. συνδέτην ἔχων ἀλύσει μακρᾷ Βαστάρνην πεντάπηχυν πεζὸς ὑπὸ ἱππέως ἕλκεται. Scribendum suspicor ἀλύσει σιδηρᾷ. Nimirum σι absorpsit praecedens syllaba. μακρᾷ minuit rei invidiam contra loquentis consilium. Post οἱ μὲν ἀγάλματα προσπεπτώκασιν lacunam indicavi. Quid enim hoc est alii acciderunt ad aras deorum, reliqui autem —? Mox θεὸν τὸν βασιλέα correxit Casaubonus, vulgo τὸν θεὸν βασιλέα.

Ibid. c. τὰ τῆς Εὐρώπης ἅπαντα μέρη ἀθρόα εἰς αὐτὸν μεταβέβληται. Post Εὐρώπης excidisse καὶ Λιβύης ostendunt sequentia.

Ibid. d. *μὴ ἀνέχεσθαι τῆς ἀναρχίας, ἣν ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος ἐπισχεθῆναι πεποίηκεν, ἕως αὐτὴ δοκιμάσῃ.* Recte haesit Wyttenbachius *ἐπιχυθῆναι* coniciens effundi in nos, invalescere. Malim *ἐπισχυκέναι* vel *ἐπισχυθῆναι*, ut voluit etiam Schweighaeuserus. Tum scribendum *ἕως ἂν αὐτή*.

V, 214. a. *διὰ τῶν τειχῶν αὐτοὺς καθιμήσαντας.* Haec si paulo accuratius contempleris, inepte dicta esse intelliges. Scripsi *κατὰ τῶν τειχῶν*.

Ibid. b. *καὶ τὰς πύλας τριάκοντα καταστήσας ἐφ᾽ ἑκάστης. οὔτ᾽ εἰσιέναι τὸν βουλόμενον οὔτ᾽ ἐξιέναι εἴα.* Ad *τριάκοντα* requiro *φύλακας*. Ibid. *καὶ ἀκρίτους ἀπώλλυε προσβασανίσας καὶ στρεβλώσας.* Haec ut ferri possint, probabilius tamen est scripsisse auctorem *προβασανίσας*, et sic voluit etiam Coraes. Cfr. lit. d.

Ibid. c. *κριθίδια καὶ πυροὺς ὀλίγους διαμετρῶν.* Scribendum opinor *κριθίδι᾽ ἄττα καὶ πυρούς*.

Ibid. d. e. *ἐκήρυσσέ τε δύντος τοῦ ἡλίου πάντας οἰκουρεῖν καὶ μετὰ λυχνούχου μηδένα φοιτᾶν.* Sententia postulat *καὶ [μηδὲ] μετὰ λυχνούχου μηδένα φοιτᾶν*. Et sic edidi. Potest vero etiam conici *καὶ [εἰ μὴ] μετὰ λ.* Quod his infertur *ἐκπέμψας γοῦν* etc. constructione excidit; aut delendum est *γοῦν* aut *ἐξέπεμψεν* scribendum est. Nec ferri potest quod proxime antecedit *ἐκτείνας τὰς χεῖρας καὶ ἐπὶ τὰ εἰς Δῆλον τοῦ θεοῦ χρήματα*, ubi post *Δῆλον* aut *συλλεγέντα* vel *κείμενα* vel simile participium excidit, aut transponendum est *ἐκτείνας τὰς χεῖρας εἰς Δῆλον ἐπὶ τὰ τοῦ θεοῦ χρήματα*. Lacunosa sunt quae sequuntur *ὁτὲ μὲν γὰρ ἐφιλοσόφει καὶ τὰ περιπατητικὰ καὶ τὴν Ἀριστοτέλους βιβλιοθήκην καὶ ἄλλας συνηγόραζε συχνάς.* Apertum est excidisse aliquid post *ὁτὲ μὲν γάρ*, quod philosophicis Apelliconlis studiis oppositum erat; hinc sequebatur *ὁτὲ δὲ ἐφιλοσόφει* etc. Clarissime hoc ostendunt quae proxime de variis Apelliconlis studiis antecedunt. Post *περιπατητικὰ* fortasse item aliquid excidit, e. c. *ἐζήλου*.

Ibid. e. *ἐκτᾶτο — εἴ τι παλαιὸν εἴη καὶ ἀπόθετον.* Pro *εἴη* malim *ἦν*.

Ibid. f. *οὐδὲ χάρακα βαλλόμενος ἐκοιμᾶτο.* Scripsi *βαλόμενος*, quod praecedens *ἐάσας* flagitat.

V, 215. a. Pro *φυλάξας* propter *φυλάσσων* melius scripsisset ac fort. scripsit *τηρήσας*. Hesychius *Τηρεῖ· φυλάσσει.*

Ibid. e. *ποῦ Θουκυδίδης τὸν Σωκράτην παρενέχρωσε τὸν Πλάτωνος στρατιώτην.* Intelligerem haec si *παρενεχώρισε* scriptum esset, quod coniecit Schneiderus in Lexico; sed latere videtur aliud. Quae sequuntur *τί γὰρ ἀσπίδι ξύνθημα καὶ βακτηρίᾳ*, ut versus a reliquis separanda sunt.

Ibid. f. *ἔφυγε* scripsi pro *ἔφευγε.*

V, 215. b. In epigrammate tropaeo de Atheniensibus inscripto vs. 1. fortasse *ξεῖνος* pro *ξείνους* scribendum.

V, 216. a. *οἳ δ᾿ ἐπὶ θάλατταν, ἄλλοι δ᾿ ἐπὶ Ὠρωπόν, οἳ δὲ Πάρνηθα τὸ ὄρος.* Scripsi *οἳ δ᾿ ἐπὶ Πάρνηθα.* In proximis Schweigh. secutus sum. Libri *οὐκ ἄλλος οὐδεὶς ποιητής* omissis verbis *οὔτε ἱστοριογράφος οὔτε.*

Ibid. b. In dicto Stesichori *οὐκ ἔστι δ᾿ ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος* delevi articulum.

V, 217. e. Verba *Ἀλέξανδρος — ἐφ᾿ οὗ τελευτᾷ* supplevi cum Casaubono.

V, 218. b. *μέμνηται* adieci Casaubonum secutus.

V, 219. a. *βλὰξ γάρ τις ἦν τοιαῦτ᾿ ἐρωτῶν τὸν θεόν.* Fortasse comici poetae versus, a reliquis separandus.

Ibid. d. In Aspasiae qui dicuntur versibus scripsi cum Dobraeo *βλεφάρων δὲ γόος πέσεν οὐκ ἐθελήτως* pro *ἀθελήτως*, fortasse nimis obsequiose. Pro *γόος*, quod nescio quam recte de lacrimis interpretantur, fortasse *ῥόος* scribendum est. Vs. 7. *στέλλου* accipiunt pro c o l l i g e t e, malim v a d e, m a c h d i c h a u f. Vs. 8. *ἦ τόνδ᾿ αἱρήσεις ᾠδῶν δεινοῖσι πόθοισι.* Pro *ᾠδῶν* scripsi *ᾠδῆς*, quo ducit cod. A scriptura *ωσι.* Vs. 9. *τῇδε καθέξεις αὐτόν. προσβάλλων ἀκοαῖς ὀπτήρια θυμοῦ.* Frustra haec torserunt interpretum ingenia, nec dubito quin aliquid vitii loco inhaereat. Scribendum videtur:

*προσβάλλων ἀκοαῖς θελκτήρια θυμοῦ.*

In eiusdem poetriae loco lit. e.

*τίπτε δεδάκρυσαι, φίλε Σώκρατες; ἦ σ᾿ ἀνακινεῖ*
*στέρνοις ἐνναίων σκηπτὸς πόθος ὄμμασι θραυσθεὶς*
*παιδὸς ἀνικήτου —*

in his igitur *ὄμμασι θραυσθεὶς* interpretantur e x o c u l i s

vibratus, quod fieri non potest. Emperius πρησθείς coniciebat, parum probabiliter. Nihil mutandum videtur, sed θραυσθείς poetria posuit pro θραυσθέντα metri necessitate coacta, oculorum splendore vulneratum. Non prorsus dissimilia huius constructionis exempla attulerunt intpp. Sophoclis O. T. 159. Pro ἀνικήτου forsan ἀκινήτου praestiterit.

V, 221. a. De Parmenonis Byzantii versibus dixi in Choliambicorum fragm. p. 145. Vs. 2. κοὐδὲ scripsi pro οὐδέ, et κάππα ex BC revocavi pro κόππα. In fine indicavi lacunam.

Ibid. b. κατώβλεπα (non κατωβλέπα) scripsi pro κατώβλεπον.

Ibid. c. Alexander Myndius de gorgone fera Libyca φέρειν δὲ χαίτην ἀπὸ τοῦ μετώπου καθειμένην ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς, ἣν ὁπόταν μόγις διασεισαμένη διὰ τὴν βαρύτητα ἐμβλέψῃ, κτείνει τὸν ὑπ᾽ αὐτῆς θεωρηθέντα. In his etsi quodammodo explicari potest βαρύτητα, multo tamen aptius videtur βαθύτητα, quod de spissa coma dici constat. Alexandri locum respicit Eudocia p. 50. Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος ἱστορικὸς διαλαμβάνει περὶ γοργόνος. Quod fugit Wyttenb. Bibl. crit. II 3, p. 21. Exercit. phil. I p. 19.

V, 222. a. In Herodici epigrammate pro γωνιοβόμβυκες Heckerus de Anthol. gr. I p. 21. coniecit γωνιοβόμβακες. Vs. 4. ante Piersonum erat τὸ σφὶν καὶ σφῶιν. Vs. 5. Heckerus partim cum VL ταῦθ᾽ ἡμῖν εἴη, δυσπέμφελοι.

VI, 222. a. In Antiphanis ecloga vs. 2. ἧς γε πρῶτον probabiliter Hirschigius pro εἴγε πρῶτον.

Ibid. In eodem Antiphanis fragmento vs. 12. Herwerdenus Nov. Add. crit. p. 20. supplet ἥξει, πάλιν τ᾽ ἄπεισιν, [εἶθ᾽ ἥξει πάλιν]. Idem v. d. in eodem fragm. vs. 18. τὰ διῳχημένα πρότερον corrigit pro διῳκημένα, allato Herod. IV, 136. αἱ ἡμέραι ὑμῖν τοῦ ἀριθμοῦ διοίχηται. Fuerit hic usus Ionum, Atticus scriptor dixisset τὰ γεγενημένα. Et quid hoc est τὰ διῳχημένα πρότερον, quae antehac praeterierunt?

VI, 223. a. Antiphanes Πηλεῖ δὲ πάντ᾽ ἔξεστι. Legebatur Πηλεῖ δὲ ταῦτ᾽ ἔξεστι. Mox in Diphili loco Dindorfius ἱροῦ pro ἱεροῦ.

Ibid. c. Timocles *μεθ' ἡδονῆς ἀπῆλθε παιδευθεὶς ἅμα.* Scripsi *παιδευθείς θ' ἅμα.*

Ibid. e. Antiphanes *ὅσαπερ ἔλαβεν* Dobraeus; vulgo *ὥσπερ.* De Alexidis fragmento v. Com. graec. V p. CCXII.

Ibid. f. *οὐκ ἐδώκαμεν* posui pro *οὐ δεδώκαμεν.* V. Com. graec. ed. min. XVIII et p. 742.

VI, 224. a. In Timoclis loco *Βοιαρεὺς* pro *βοιαρός* dedi Elmsleium secutus.

Ibid. b. Erat *τὰ ἀκόλουθα.* Ibid. *ἐπεισῆλθον οὖν ἡμῖν παῖδες πλῆθος ὅσον ἰχθύων φέροντες.* Insolenter mihi dictum videtur *πλῆθος ὅσον* pro *πλεῖστον ὅσον.* Tum *ποταμίων* post *θαλασσίων* addit dubitanter Schweigh.

Ibid. c. *οὐδ' ὀλίγον* pro *οὐκ ὀλίγον* scripsi cum Schweighaeusero.

Ibid. d. *Ἄμφις ἐν Πλάνῳ*

> *πρὸς τοὺς στρατηγοὺς ῥᾷόν ἐστι μυρίαις*
> *μοίραις προσελθόντ' ἀξιωθῆναι λόγου.*

In his *μοίραις* fateor me non intelligere. Videtur dittographia esse praecedentis *μυρίαις.* Amphis fortasse *μυρίαις ὁδοῖς προσελθόντα* scripserat.

Ibid. e. In eadem eiusdem poetae ecloga quid sit quod Telephus *ἀνδροφόνος* appelletur explicui Com. graec. III p. 340. Vs. 9. corr. *ὡσεί τε*, ut monui ad Menandri Rel. p. 186. Vs. 10. *πουλύπουν* pro *πολύπουν* scripsi. De ceteris quae corruptissima sunt dixit Herwerden Nov. Add. crit. p. 27. qui deletis verbis *καί του λαβὼν ὅλα τὰ ῥήματ' ἀλλὰ συλλαβὴν ἀφελών* (sic enim in libris scriptum est) locum ita constituit: *ἔκρουσε πουλύπουν τιν'. ὁ δ' ἐπρήσθη· τάρων | βολῶν —κτῶ βολῶν.* Ne sic quidem omnia recte procedere, ipse sensit.

VI, 225. a. Erat *οὐ διὰ τοῦτό γ',* quod *τοῦτο δ'* scripsi.

Ibid. d. In Athenaei verbis pro *ἐπισημαίνεται*, quod alienum est ab h. l., ex L. scribendum *σημαίνεται.* In Antiphanis qui sequitur loco vs. 2. *τὸ* pro *τῷ* probat ex P. Dobraeus. Vs. 9. *κομίσας δ' ἐξέβαλεν οἴκαδε.* Scribendum *κομίσας δ' ὅδ' ἐξέβαλλεν οἴκαδε.* Monuit iam Schweighaeuserus, qui frustra haeret in traiectione verborum.

Ibid. e. Legebatur *ὀδμῆς.*

VI, 226. a. Alexidis locum exhibui ad mentem Cobeti, edebatur *φόρους . . . μόνον οὐχὶ δεκατεύουσι γάρ.* Nec sequentia sine vitio scripta esse videntur *ἐν ταῖς πόλεσι καθήμενοι.* Fortasse *ἐν ταῖς πύλαις* scribendum est, in portis enim statio erat decumanorum. Ibid. vs. 8 et 9.

*οὐκ ἔστι κρείττων νομοθέτης τοῦ πλουσίου*
*Ἀριστονίκου· τίθησι γὰρ νυνὶ νόμον —*

Horum versuum alter foede interpolatus est. Scribendum suspicor

*Ἀριστονίκου· φησὶ γὰρ θήσειν νόμον —*

Nimirum *φησὶ* in *τίθησι* corruptum erat, hinc corrector pro *θήσειν* posuit *νυνί.* Nisi forte *ἔθηκε* malis cum Emperio. In eadem ecloga corrupta sunt etiam haec *ἵνα δεδοικότες τῆς ἀξίας ἀγαπῶσιν*, neque enim ad *ἀγαπῶσι* assumi potest ex praecedentibus *πωλεῖν.* Olim sic scribendum mihi videbatur *τῆς ἀξίας πωλῶσιν.* Nescio nunc an sufficiat *τὰς ἀξίας ἀγαπῶσιν.*

Ibid. *καὶ προελθὼν δέ φησιν.* Iam sequitur novem versuum ecloga, quam ex eadem cum praecedente fragmento fabula ductam esse mihi quidem vix credibile videtur. Excidisse suspicor fragmentum Alexidis una cum fabulae titulo.

Ibid. d. *ἀλλ' οὐχὶ τιτθὰς εἰσάγουσι.* Legebatur *οὐχὶ μὰ Δία τιτθὰς εἰσάγουσι.* Nihil tritius quam ΑΛΛΑ corrumpi in ΜΑΔΙ. Sed probo nunc quod Hermannus voluit *οὐ μὰ Δία.* In sequentibus lacunam explevi Cobetum secutus. Postremam fragmenti partem lit. e. *τοὺς ἰχθυοπώλας — τραπεζίτας* non expedio.

Ibid. f. Alexis *ἐν Ἑλληνίδι·*

*ἀεὶ δὲ καὶ ζῶντ' ἐστὶ καὶ τεθνηκότα*
*ἐν γῇ θαλάττῃ τ' ὀλέθρι' ἡμῖν θηρία.*

Ita haec correxi, vulgo *ἐν τῇ θαλάττῃ πολέμι' ἡμῖν θηρία*, quae multis nominibus vitiosa sunt. Nisi sufficit quod olim volui *τὰν τῇ θαλάττῃ πολέμια.*

VI, 227 b. In Anaxandridis vs. 2. *κρεμαμένοις* Bergkius. Vs. 3. *δ' ἀσέμνως* Hirschigius *δὲ σεμνῆς* Bothius. Vs. 5. *δῆτ'* Bergkius, *δ' ὧδ'* Dindorfius cum Erfurdto, libri *δ'.* De postremis fragmenti versibus cf. Herwerden Obs. crit. p. 55.

Ibid. c. Alexidis fragm. correxi Com. gr. I p. 415. Vs. 4.

ἅπαντας corruptum videtur. Ib. edebatur εἶτ' ἐπάν τις ἐκδυθῇ, quod δεῖ τ' ἐπάν τις ἐκδυθῇ scripsi. Similiter postea corr. Hirschigius. In Diphili qui his proxime subicitur loco vs. 1. fortasse ita redintegrandus est:

νενομισμένον τοῦτ' ἐστὶ βέλτιστ' ἐνθάδε —

ut βέλτιστ' sit βέλτιστα. non βέλτιστε. Editur νόμιμον.

Ibid. f. Corr. operarum errorem ἀπολαπειν pro ἀπολάπτειν. Sic enim recte Iacobsius scripsit pro ἀπολαύειν.

Ibid. ὃς ἂν δὲ μὴ πίθῃτ' scripsi pro πείθῃτ' ex A.

VI, 228. a. συνιεῖς pro συνίῃς dedit A.

Ibid. b. Diphili versus 21. οὐκ ἔστιν ἰχθυηρὸν ὑπὸ σοῦ μεταλαβεῖν sic videtur corrigendus esse οὐκ ἔστιν ἰχθυδάριον. quod ab ἰχθύδιον formatum est ut βιβλιδάριον a βιβλίδιον et alia eiusdem generis. Mox ἥρπασας irrepsit pro ἥρπακας per errorem. Sequentes versus

πέρδικα δ' ἢ κίχλην γε νὴ Δί' οὐκ ἔτι
ἔστιν δι' ὑμᾶς οὐδὲ πετομένην ἰδεῖν,

expressit manifesta imitatione Varro Sat. LXXXVII, 11. p r o p t e r  p h a g o n e s  f i c e d u l a m  a u t  t u r d a m  n i s i  v o l a n t e m  n o n  v i d e o.

Ibid. e. In loco Pherecratis aberat ἂν et in altero versu scripsi ἐπὶ τηγάνοις καθίσαντ' ἀφαπτειν τοῦ φλέω pro φλέως.

Ibid. f. Loca ex Orthane Eubuli petita fortasse transponenda sunt. Vid. III p. 108 b.

VI, 229. b. De τηγάνῳ dicens: διὸ καὶ Θεοδωρίδαν φάναι ἔν τινι ποιηματίῳ

τηγάνῳ εὖ ἥψησεν ἐν ἑψητῆρι κόλυμβον.

Vulgo ὀψητῆρι. quod pessime formatum vocabulum est; aut cum G. J. Schneidero ἑψητῆρι scribendum est, aut ὀπτητῆρι cll. Callimacho apud Bekkerum Anecd. p. 1209. ἔστιν ὕδος καὶ γαῖα καὶ ὀπτήτειρα κάμινος *). Pro κολύμβῳ ut vulgo editur requiro κόλυμβον, quod aviculae nomen est. V. Aristoph. Acharn. 875. E x e r c. p h i l o l. I p. 19.

Ibid. τὴν λοπάδα τάγηνον προσαγορεύων. χωρὶς δὲ τοῦ τ στοιχείου Ἴωνες ἤγανον λέγουσιν. ὡς Ἀνακρέων · χεῖρά

*) Ita correxit Lehrsius locumque de Prometheo interpretatur, rectius, ut mihi videtur, quam Heckerus Comment. Callim. p. 105.

τ' ἐν ἠγάνῳ βαλεῖν». Aliam ionicam formam memorat Etym. M. p. 743, 19. τάγηνον· τοῦτο ἰωνικῶς τινες τίγανον λέγουσιν. At hic etiam ΗΓΑΝΟΝ scribendum pro ΤΙΓΑΝΟΝ. Eademque forma reddenda Photio Lex. p. 561, 15. ubi nunc editur Ἴωνες τήγανον λέγουσιν. Adde Galenum vol. VI p. 490. ταγηνῖται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὀνομαζόμενοι, παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς κατ' Ἀσίαν Ἕλλησι τηγανῖται, ubi ἠγανῖται scribendum est. Cf. Hesychius Ἠγάνεα πέμματα· τὰ ἀπὸ τηγάνου. Sic enim distinguendum est. Imperite schol. Aristophanis Lys. 988. τὸ πήγανον ἔνιοι ἀφαιρέσει τοῦ π ἤγανον λέγουσι. Exerc. philol. II p. 11. Anacreontis fragmentum fortasse sic scribendum est χῖδρά τ' ἐν ἠγάνῳ βαλεῖν. Eundem errorem sustuli infra VIII 359 e,

Ibid. e. Ἀριστοφάνης — ἐν τῷ Πλούτῳ — τοὺς ἰχθυηροὺς φησὶ πίνακας ἀργυροῦς ἀναφανῆναι, καθάπερ καὶ τἄλλ' ἅπαντα. Post ἅπαντα excidisse aliquid suspicor, velut εἰς τὸ πολυτελέστερον ἠλλαγμένα. Lances piscatorias enim, non etiam reliqua, argenteas factas esse Aristophanes tradidit, idque ipsum Athenaeum, qui totum Aristophanis locum apposuit, praeterire non potuit. Pro σαπροὺς in Aristophanis versibus σαθροὺς scribendum esse alio loco ostendi. Vs. 4. ex Aristophanis libris addidi ἡμῖν. In Platonis qui sequitur loco pro κατέλαβον, quod non aptum hic est, posui κἆτ' ἔλαβον.

Ibid. f. ἐγάργαιρε pro ἐμάρμαιρε scripsi e scholiasta Aristophanis; fecerunt iam alii.

VI, 230. a. In Philippidae loco erat δυοῖν ὀβολῶν pro δυοῖν ὀβολοῖν.

Ibid. c. In Alexidis fragmento verba ἴσως ἑτέρας revocavi ex codd. (dele uncinas). Postrema fragmenti verba ἀλλὰ ταῦθ' — ἦν (in quibus νενοημέν' pro νενοημένα scripsit Dindorfius) alteri interlocutori tribuerim.

Ibid. d. Pro λοιπῇ recte ut videtur Piersonus λεπτῇ. In sequentibus ψυκτήριον τῆς εὐπαρύφου λεπτότερον malim τῆσδ' εὐπαρύφου. Nimirum militis iactatoris verba sunt, in ipsam suam praetextam digitum intendentis.

VI, 231. a. In Diphili fragmento οπτῶν ἐπῆγε σωρὸς ἀπὸ τοῦ τηγάνου, in quo Valckenarius ἐπῄει, Erfurdtus autem

*ἐπῆξε* scribebant, ego *σωρὸν* posui, ut *ἐπῆγε* ad *λοπάδων παρατεταγμένη φάλαγξ* referendum sit. Vs. 4. *θυΐαις* pro *θυείαις* revocavi ex codd. Quod continuo sequitur Philemonis fragm. in eo pro *γυλίαν* cum Casaubono posui *γύλιον*. Menandri locum recte redintegravisse mihi videor *λουτρὸν θεραπαίνας [στρώματ᾽] ἀργυρώματα*. Vidit etiam Iacoby in Add. meis vol. V p. 101. cf. Apollodorus Gelous Athenaei XIII p. 472 c. *ἐφεξῆς στρώματ᾽ ἀργυρώματα θηρίκλεια καὶ τορευτά*.

Ibid. c. *φιάλην — ἔχουσαν ἐν μέσῳ ἄγρα χρυσῆν*. Hoc loco uti poteram ad Theocritum I 32. Statim citatur Anaximenes *ἐν ταῖς πρώταις ἐπιγραφομέναις ἱστορίαις*. ubi *πρώταις* vitii suspectum est. Probabiliter Heckerus Philol. V p. 422. *ἡρωικαῖς* coniecit.

Ibid. d. *Ἡρόδοτός τέ φησι τοὺς Αἰγυπτίων ἱερεῖς χαλκοῖς ποτηρίοις πίνειν*. Reponendum esse *σπένδειν* Herodoti locus II, 51. ostendit. Mox pro *γοῦν* scribendum est *δ᾽ οὖν*.

VI, 232. a. Theopompus *ἐπηρώτων τὸν θεὸν παρ᾽ οὗ χρυσίον πρίαιντο*. Post *χρυσίον* addendum videtur *ἄν*.

Ibid. f. Non sanum videtur quod legitur in oraculo Alcmani dato *ᾧ ποτε μήτηρ | Ἀμφιάραον ἔκρυψ᾽ ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ἵπποις*. Scribendum opinor *αὐτοῖσι τεθρίπποις*.

VI, 233. b. *πάντα τἆλλα*. Erat *πάντα τὰ ἄλλα*.

Ibid. e. *Λακεδαιμόνιοι δ᾽ ὑπὸ τῶν ἐθῶν κωλυόμενοι*. Valde placet quod Victorius V. L. 25, 1. coniecit *ὑπὸ τῶν θεῶν*.

VI, 234. a. Scribebatur *ἁπριζόμενοι* et litt. b. *Βαθανατίαν*.

Ibid. f. *τῆς μυστηριώτιδες*. V. Preller Polemonis fragm. p. 118. Continuo sequuntur haec *ἐπὶ δὲ φυλῆς ἱερείας παράσιτοι ἐπιλυκοστράτου Γαργήττιος. Περικλῆς Περικλείτου Πιτθεύς. Χαρῖνος Δημοχάρους Γαργήττιος*. Recte *ἐπὶ Διφίλης ἱερείας* correxit Meyer de Gent. At. p. 43. *ἐπὶ δὲ φιάλης ἱερᾶς* malebat Keilius Vind. onomat. p. 7. In sequentibus vidit aliquid Heringa *Ἐπίλυκος Στρατίου* corrigens. Scribendum erat *Ἐπίλυκος [Λυκο]στράτου*. quae mihi probabilior emendandi ratio videtur ea quam commendavit C. Keilius Phil. Gott. vol. XXIII p. 601. qui propter titulum Atticum C. I. no. 651. supplet *Ἐπίλυκος [Νικο]στράτου*.

VI, 235. a. Clearchus: ἔτι δὲ παράσιτον νῦν μὲν τὸν ἕτοιμον. τότε δὲ τὸν εἰς τὸ συμβιοῦν κατειλεγμένον. Non credo corruptum esse ἕτοιμον, sed excidisse aliquid, velut τὸν [εἰς τὸ συνδειπνεῖν] ἕτοιμον.

Ibid. Citatur Themiso ἐν Παλληνίδι. Pallenis neque de templo Minervae Pallenicae neque de ditione Pallenici agri intelligi potest. Pallenidem suum de rebus ad Pallenen spectantibus Themiso inscripserat, quemadmodum e. c. Ἀτθίς (sc. γραφή) dicitur liber de rebus Atticis. Mox γυναῖκας τὰς πρωτοπόσεις commode compares cum πρωτογύναικες, quod Hesychius explicat οἱ μίαν ἠγμένοι γυναῖκα.

Ibid. b. Affertur titulus columnae inscriptus in aede Castorum: τοῖν δὲ βοοῖν τοῖν ἡγεμόνοιν τοῖν ἐξαιρουμένοιν τὸ μὲν τρίτον μέρος εἰς τὸν ἀγῶνα, τὰ δὲ δύο μέρη τὸ μὲν ἕτερον τῷ ἱερεῖ, τὸ δὲ τοῖς παρασίτοις. Qui dicti sint boves ἡγεμόνες nunc constat ex admonitione Boeckhii Praef. Corp. Inscr. p. VIII. Pro τοῖν ἐξαιρουμένοιν scribendum videtur τῶν ἐξαιρουμένων. Quae sequuntur Cratetis verba καὶ ὁ παράσιτος νῦν ἐπ' ἄδοξον μὲν κεῖται πρᾶγμα, πρότερον δ' ἐκαλοῦντο παράσιτοι οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρούμεναι, in iis priora ita scribenda videntur νῦν μὲν ἐπ' ἀδόξου κεῖται πράγματος. τὸν ἱερὸν σῖτον dicit hordeum. Cf. Plinius HN. XVIII, 14. Atque hinc factum est ut quos Attici παρασίτους dicebant, eosdem κριθολόγους appellarent Opuntii, teste Plutarcho Quaest. graec. p. 292 b. Exercit. philol. Spec. II p. 11.

Ibid. f. In Epicharmi loco ἀλλ' ἄλλος ὅδ' ἕστηχ' ὧδε τοῦδε κατὰ πόδας etc. multum offensionis habet ὅδε cum adverbio ὧδε coniunctum. Malim igitur ἀλλ' ἄλλος ἕστηχ' ὧδε τοῦδε κατὰ πόδας, vel ἀλλ' ἄλλος ὧδ' ἕστηκε τοῦδε. Exercit. philol. I p. 20. Vs. 3. probabiliter Ahrensius εὔωνον αἰνεῖ σῖτον coniecit, at quod vs. 4. ἄμυστιν ὥσπερ κύλικα πίνει τὸν βίον, κυμβίον pro τὸν βίον restituit, vix probandum est. Scribendum videtur τὸν πίθον, vel si mavis τὸν βίθον, qua forma Syracusani usi fuerint. Ita promiscue dicebatur πατάνιον et βατάνιον, πύξος et buxus, Πύξας et Βύξας, alia.

In sequentibus scribendum erat καὶ αὐτὸν ποιεῖ τὸν παράσιτον λέγοντα. Vulgo pro καὶ legitur δι'. Malim nunc διό.

In sequente eiusdem Epicharmi fragmento priores versus Grotius ita correxit

*συνδειπνέω τῷ λῶντι, καλέσαι δεῖ μόνον,*
*καὶ τῷ γα μὴ λιῶντι, κοὐδὲν δεῖ καλεῖν.*

Libri *τῷ γαμηλιῶντι.* Sed *λιῶντι* quid sit non intelligitur. Itaque Dindorfius *λεῶντι* scribi voluit, fretus Hesychii glossa *Λεῶμι· θέλοιμι.* Sed haec etiam forma controversa est. Cod. *λέωμι.* Omnino parum credibile est in duobus deinceps versibus diversis eiusdem verbi formis Epicharmum usum esse. Itaque nescio an scribendum sit *καὶ τῷ γα μήχι λῶντι.* Antiattic. p. 108, 14. *Μήχι: ὡς ναίχι καὶ οὐχί.* *Εὔβουλος Δαιδάλῳ.* Exercit. philol. I p. 20.

VI, 236. a. *τήνῳ κυδάζομαί τε κἀπ' ὧν ἤχθόμαν.* Sic Com. graec. I p. 378. correxi, idemque repperit Bergkius. Vulgo *κἀπωνηχθόμαν.*

Ibid. Dindorfius edidit *ὀλισθάζων τε καὶ κατάσκοπος.* et vs. sequente *ἔρωμος, αἴκα δ' ἐντύχω* ex Casauboni emendatione. Libri fere *ἔρμος εκκαδεν τύχω.* Ahrensius *ἐρῆμος, ὄκκα δ' ἐντύω* dedit. Sequentia insanabiliter corrupta sunt.

Ibid. c. In Diphili loco *γέγηθα καὶ χαίρω τε καὶ πτερύττομαι, τε* pro *τι* debetur Dobraeo.

Ibid. e. Eupolis *μικρὸν δὲ τὸ κάμνον αὐτοῦ.* Ita Cobetus pro *τι κάμον.* quod Dindorfius Hermannum secutus dedit, vulgo *τι κάμον.*

Ibid. f. *ἢ 'κφέρεται θύραζε.* Hoc scripsi pro *ἢ φέρεται θύραζε.*

VI, 237. a. *ἐξαγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ.* Iniuria haec tentata esse docuisse mihi videor ad Alciphronis Epist. p. 152. Pro *κλοιὸν* praestat fortasse *κλῳόν.*

Ibid. In Ararotis fragmento cum Cobeto dedi *ὁδὶ τρέφων* pro *ὁ διατρέφων.* Cod. A *ὁδιατρέφων.*

Ibid. b. In Alexidis loco vs. 5 *σατράπας παρασίτους καὶ στρατηγοὺς ἐπιφανεῖς.* qui vulgo post vs. 3. legitur, huc transposui cum Dobraeo. Dele *Π.* per errorem huic versui praepositum: pertinet ad vs. sequentem. Pro *παρασίτους* idem *ζαχρύσους* vel *μεγίστους* suspicatur; ac sane tale quid ad sententiam necessarium est. In fine versus dele virgulam.

Ibid. Pro *ἐκ μέσου* Herwerdenus Observ. crit. p. 69. *ἐμμέτρως* posuit.

Ibid. c. *χιλιοταλάντους τ' ἀναλυλίνδον οὐσίας* Herwerdenus.

Ibid. d. *ἆρ' εὖ σε διδάσκω: — οὐκ ἀστόχως* Herwerdenus. Vs. ultimo *μ' ἔτι* pro *μέ τι* dedit Dutheil. In sequente Timoclis loco *ἐν τοῖς τοιούτοις* corruptum esse videtur.

Ibid. e. *συνεραστὴς* est adiuvans in amore, ut in Bionis carmine IX, 8. *ἐρασσαμένῳ συνέρασθαι.*

Ibid. Post *οὐχὶ θνητῶν* interrogationis signum posui ad sensum et orationem necessarium.

Ibid. f. Scripsi *πρυτανεῖα ταῦτα πάντα προσαγορευτέα,* pro *προσαγορεύεται*, quamquam possis etiam *προσαγορευτέον.*

VI, 238. a. Dedi *οὐδεὶς γὰρ ἄσιτος* pro *οὐδεὶς παράσιτος*. Nunc nescio an hic versus cum sequentibus a duobus primis separandus sit, ut duo habeamus fragmenta, quorum alteri fortasse praeponendum est *εἶθ' ὑποβάς.*

Ibid. b. In Aristophontis loco vs. 3. non male Grotius supplet *παρὰ νέων.* Vs. 4. fortasse scribendum est *κλιμακίδιόν εἰμι Καπανεύς.* De reliquis vide Comic. graec. fragm. III p. 357.

Ibid. c. Eiusdem poetae locum e Pythagorista tractavit Herwerdenus Obs. crit. p. 65.

Ibid. Antiphanes *φέρειν τιν' ἄραντ' ἄνεμος.* Scripsi *ἄρας* cum Lobeckio, nec deterius fuerit *φέρειν τιν' ἀρθέντ' ἄνεμος.* Corruptum etiam est quod vs. 7. legitur *μὴ 'ξελθεῖν φρέαρ*, quod ineptissime dictum est. Vs. 9. *ἀπρόσκεπτος* exhibui pro *ἀπροσκέπτως* nescio ex cuius emendatione. Postrema loci verba *ἔργοισι χρηστὸς οὐ λόγοις ἔφυν μόνον* fortasse ex Euripide expressa esse adnotavit Herwerdenus Nov. Add. crit. p. 20.

VI, 239. a. In Diphili versu nunc ex Erfurdti emendatione editur *ἢ δειπνιεῖν μέλλοντα κωλῦσαι τινά.* Libri *κωλύσῃ* et *κωλύσει.* Habet tamen haec optativi forma post *φράσειε ἐναύσειε* et *διαφθείρειε*. in quo quis haereat, ut non temere a poeta scriptum fuisse suspiceris *ἢ [εἰ] δειπνιεῖν μέλλοντα κωλύσειέ τις.*

Ibid. b. Diodorus *βούλομαι δεῖξαι σαφῶς | ὡς σεμνόν ἐστι τοῦτο καὶ νενομισμένον | καὶ τῶν θεῶν εὕρημα.* Hirschigius *τοῦτ' ἀεὶ νενομισμένον.* Vereor ne hoc non sufficiat scribendumque suspicor *καὶ λελογισμένον.* Cf. Antoninus philos. XI. 3. *σεμνῶς καὶ λελογισμένως.* Quamquam possis etiam *καὶ σεσοφισμένον.* Vs. 10. *ἤδη κατακλιθεὶς καὶ κοσμίως | ἀριστίσας ἑαυτὸν ἐντραγὼν πιὼν | ἀπέρχετ' οἴκαδ'* — ita haec edidit cum Schweighaeusero Dindorfius, *καὶ* deest in libris; atqui *κοσμίως* ad *κατακλιθείς* pertinet, quare *μάλα κοσμίως* scripsi. Dobraeus *ἤδη συγκατακλιθεὶς κοσμίως.* Praeterea *κατακλινεὶς* scripsit Herwerdenus.

Ibid. d. *τοὺς ἐκ δυ' ἀστῶν γεγονότας.* Legebatur *ἐκ δυναστῶν.* BP. *ἐκ δυαστῶν.* quod *ἐκ δύ' ἀστῶν* scripsi praeeunte Cobeto.

Ibid. e. *οἷς ἐπειδὴ προσερύγοι — ἐπεὶ δ' ἀποπάρδοι.* Pro *ἐπειδὴ* scripsi *ἐπεὶ μὲν* propter sequens *ἐπεὶ δέ.* Rectius tamen Herwerdenus maluit *ἐπεί τις.* Continuo legebatur *κατακείμενος. τούτῳ προσάγων τὴν ῥῖν' ἐδεῖτ' αὐτῷ φράσαι,* quae correxit Dobraeus. cum aliquo horum (parasitorum) accumbens, tum (parasitus) ab eo petebat ut diceret.

Ibid. f. *κονδύλων* pro *κονδυλίων.* quod ex sequ. *τρυβλίων* ortum est, scripsi ut voluit iam Schweighaeuserus.

VI, 240. a. *ἔπειτα καὶ τρόπον τινὰ | τὸ πρᾶγμά μοι λυσιτελὲς εἶναι νενόμικα.* Haerere in his aliquid vitii suspicor. Fortasse olim scriptum erat: *ἔπειτα κἄλλον τινὰ τρόπον τὸ πρᾶγμά μοι.* Vs. 12. *πονηρὸς ὢν τε χρηστὸς εἶναί φησί τις.* Scribendum videtur *πονηρὸς ὢν τ' εἶ χρηστὸς* —

Ibid. b. *ὧν οὐδὲ μεμνῆσθαι καλόν.* Haec nescio cuius poetae sunt.

Ibid. d. *οὕτως ὀρνιθίῳ συμβολὰς οὐ κατατιθείς.* Delet hunc versum nescio quis. In Timoclis loco vs. 1. scribendum esse *σπεῦδε δὴ* dixi C. gr. III p. 605.

Ibid. e. *οὗτος ἀνεβίω* pro *οὕτως ἀνεβίω* fort. scribendum cum Dalecampio. Vs. 3 et 4. *ἂν' ἑκατὸν — ἀνακάψας* Herwerden Nov. Add. crit. p. 36. Mox *πεινῶν* pro *πίνων* dedi. In sequente Timoclis loco Nauckius *ἀσυμβόλους κινῶν ὀδόντας.*

VI. 241. a. Timocles *ἄκλητος — γενόμενος ἀψώνει παρ'*

αὐτὸν οἴκαδε. Scribendum puto καθ' αὑτόν. Cf. Menandrum p. 243 b. In sequentibus οἶμαι praeeunte Dobraeo scripsi pro οἴμοι. Versu sexto malim ἄνθρωπος.

Ibid. e. Κρατῖνος δ' ὁ νεώτερος ἐν Τιτᾶσι. Fortasse Γίγασι. V. Hist. crit. Com. graec. p. 411. In ipso fragmento cum Porsono scripsi εἰ μὴ pro ἢν μή. Lobeckius οὐ μή, qui vs. 3. μετὰ τοῦδ' οὐ.

Ibid. e. σαπρᾶς οὔσης τῆς οἰκίας. Scripsi σαθρᾶς.

Ibid. μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Μάχων. Pro αὐτοῦ melius scripsisset Athenaeus τοῦ Κορύδου.

Ibid. f. Μάχων — διδάσκαλος γενόμενος τῶν κατὰ κωμῳδίαν μερῶν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ. Frustra, ut equidem opinor, haec explicare conatus est Wolfius Proleg. p. 220. Fortasse corruptum est μερῶν scribendumque μελῶν vel μέτρων.

VI, 242. a. In epigrammate anonymi poetae (Dioscoridi tribuitur in Anthologia) θύμον pro φυτόν dedi ex Anthologia. Sequentia ἐν τούτοις — γένος delet Iacobsius. Sequitur Machonis locus

τὸν Κόρυδον ἠρώτησεν Εὐκράτης ποτέ
τῶν συμπαρόντων πῶς κέχρητ' αὐτῷ ποτε
Πτολεμαῖος.

Sic libri. Dobraeus tentabat ἠρώτησαν Εὐκράτην τινές, quod iusto festinantius recepi. Melius opinor corrigas ἠρώτησεν Εὐκράτην ποθ' εἷς τῶν συμπαρόντων.

Ibid. b. ἐν τοῖς ὅλοις pro ἐν τοῖς ἄλλοις dedit C et epit. Hoeschelii.

Ibid. c. In Lyncei Samii loco scripsi πικρανθεὶς pro πικρανθείη et ante διηγήσαιτο delevi καί.

Ibid. Sententia duce scripsi καὶ οὕτω γε pro καίτοι γε et post βίον addidi οὐ πάνυ σπουδάζεσθαι. Aliter haec tractavit Dobraeus καὶ γάρ τοι συνέβη τὸν μὲν Εὐκλείδην καθ' αὑτὸν βιοῦν, praeeunte partim Corae.

Ibid. Alexidis versus ὁ παραμασήτης ἐν βροτοῖς αὐδώμενος Euripidis aliusve tragici continet parodiam.

Ibid. e. Anaxandrides ἂν μὲν γὰρ ᾖ τις εὐπρεπής, ἱερὸν γάμον καλεῖτε. Hymenaeum dicit in Iunonis Iovisque nuptiarum imitamentis ministrantem. Ibid. vs. 4. εὐθύς, quod Por-

sonus post *οὗτος* inseri volebat, suadente Dindorfio ante *ὅλολυς* posui.

Ibid. f. Verba *καινὸς θεατροποιὸς* perobscura sunt, *καπνός* non male suspicatur Schweighaeuserus cll. Aristophonte p. 238 c. sed quid *θεατροποιός*?

VI, 243. a. In Menandri loco *ἐμὲ γὰρ ἐπέτριψεν* dedi pro *ἐμὲ γὰρ διέτριψεν* cum Cobeto et Hirschigio.

Ibid. e. Timocles. Vs. 5. adieci cum Dobraeo *γε*, nec tamen sanatus est locus. In Timothei fragmento *ὑποδύντ᾽ ἐς* partim debetur Schweighaeusero, qui pro *ἀποδύντες* coniecit *ἀποδύντ᾽ ἐς*, perfecit emendationem Cobetus.

Ibid. d. *καινόν γέ φασι Χαιρεφῶντα*. V. Com. graec. IV. p. 448. Mox erat *ὄρνεις*.

VI, 244. a. Machonis versus *καὶ μὴν τὸ πρὸς ὀστοῦν φασι κρέας εἶναι γλυκύ*, in quo Dobraeus *καὶ γὰρ τὸ* vel *καὶ πᾶν τὸ* scribebat, me iudice subditicius est.

Ibid. c. *πάνυ δὴ παραδόξου γενομένου τοῦ πράγματος*. Nescio an *φαινομένου* pro *γενομένου* scribendum sit.

Ibid. d. *πάνυ μὲν οὖν τοὐναντίον*. Malim *πᾶν μὲν οὖν*, cf. Antiphanes apud Athen. VI p. 225 f. *τοὐναντίον γὰρ πᾶν ἔδει τούτους ποιεῖν*. At apud Stobaeum Flor. XXVII, 8. *τοὐναντίον γὰρ νῦν ποιοῦσιν οἱ θεοί*. scribendum opinor *γὰρ οὖν*, non *γὰρ πᾶν*, ut voluit Herwerdenus. Cf. Strattis III p. 124 d. *ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον*.

Ibid. e. Alexis *οὐχ οἷον βαδίζει τὰς ὁδούς*. i. e. *οὐ δήπου βαδίζει τὰς ὁδούς*. Antiquissimum hoc exemplum est dictionis *οὐχ οἷον* ab Atticistis graviter notatae. Eandem restitui olim auctori incerto epigrammatis apud Boeckhium C. I. no. 948. *τεθνειὼς δ᾽ οὐχ οἷον* (pro *οὐκ οἶος*) *ὀδύρομαι, ἀλλ᾽ ὅτι πένθος | ἀμφοτέροις ἔλιπον λυγρὸν ἐμοῖς τοκέσιν*. de quo vide quae scripsi in Bergkii Annal. Marb. 1844 p. 1040. In sequente Alexidis fragmento, de quo v. Cobetum Mnem. VII 164. scrib. *Στράτις*. Vs. 3. verba *ἅπασι τοῖς θεοῖς* attribui personae B. sive Stratio.

Ibid. f. *Ἀριστόδημος δ᾽ ἐν δευτέρῳ γελοίων ἀπομνημονευμάτων παρασίτους ἀναγράφει Ἀντιόχου μὲν τοῦ βασιλέως Σώστρατον κτλ.* Sostratus hic Antiochi fuit saltator patria Prienensis, qui capta ab Antiocho Priene iussus a rege

in convivio Eleutheriam, quod cantici nomen fuit, *οὐ καλόν*, inquit, *τῆς πατρίδος αὐτοῦ δουλευούσῃ αὐτὸν ἐλευθερίαν ὀρχεῖσθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἐλευθερωθῆναι (λέγουσι) τὴν πόλιν*, Sextus Empir. c. Grammat. p. 667, 15. et Libanius vol. III p. 395, 2. Idem Sostratus apud Athen. VI p. 252 d. et I p. 18 d. ubi *αὐλητής* dicitur. Aristodemus autem, quem antestatur Athenaeus, de duobus eiusdem nominis Nysenis fuisse videtur is, quem rhetoricam cum grammatica coniunxisse auctor est Strabo XIV p. 650. Eundem ad partes vocat schol. Ven. ad Iliad. ι', 453. *Ἀριστόδημος ὁ Νισαιεὺς ῥήτωρ τε ἀλλὰ* (leg. *ἅμα*) *καὶ γραμματικός*. Exercit. philol. I p. 20.

VI, 245. b. c. Editur vulgo *λαβεῖν ἀριθμόν*. Nec male tamen Dindorfius *ἀπολαβεῖν τὸν ἀριθμόν*. Dobraeo prolusit Schweighaeuserus *τὸν ἀριθμὸν καταλαβεῖν*. Possis etiam *καταλαβεῖν τὸν ἀριθμόν*. Sequentem versum *κατὰ τὸν νόμον τὸν καινὸν ὅπερ εἴωθε δρᾶν* delendum puto. Causa in aperto est; quam legem enim Menander novam dixit, vix potuit etiam Timocles novam dicere. Praeterea Menandri et Timoclis eclogae fortasse transponendae sunt, ita quidem ut quae nunc Menandri sunt *παρὰ τοῖς γυναικονόμοις — ἐλθὼν* Timocli adscribantur, quae autem Timoclis sunt *ἀνοίγετ' ἤδη τὰς θύρας — ἐξετάζειν οἰκίας*, ea Menandro tribuantur. Menandrei loci postremi versus sic scribuntur:

*ἵνα πυνθάνωνται τοὺς κεκλημένους, ἐὰν*
*πλείους τις ὧν ἔξεστιν ἑστιῶν τύχῃ,*
*ἐλθών —*

ubi *ἐὰν — τύχῃ* male accipi video pro *εἰ — τυγχάνει*, quod quum per dicendi usum fieri non possit, suspiceris poetam scripsisse *ἵν' ἂν πυθόμενοι* (vel *ἵνα πυνθανόμενοι*) et post *τύχῃ* excidisse aliqua, quorum haec fuerit sententia: ut si plures quam lex permittebat convivae invitati essent, eos gynaeconomi e convivio removerent. *ἐλθὼν* Grotius delebat.

Ibid. c. In Philochori verbis *ἔν τε τοῖς γάμοις καὶ ταῖς ἄλλαις θυσίαις*, aut *τε* delendum erat aut quod praetuli *κἂν* scribendum pro *καί*.

Ibid. d. Erat *δύο ὀβολούς*. Machonis versum exhibui ut correctus est a Grotio et Scaligero, vulgo *μέλλων οἰκοδομεῖν*

*τὴν οἰκίαν*. Vs. 3. Libri *ἀποίσω δ'*, quod Grotius emendavit, nisi malis *ὃ δ' ἀποίσω δ'* vel *ὃ δ' ἀποίσω γ'*.

Ibid. e. *καὶ τράχηλον*. Scripsi *καὶ τὸν τράχηλον*. Ibid. erat *τρυβλίον*, quod ubique correxi.

Ibid. f. Pro *διαναστάντος* malim *ἐξαναστάντος*.

VI, 246. b. *γραίᾳ* scripsi pro *γραΐ*. Cod. A. *γραᾷ*. In Machonis loco scribendum videtur *ἰδόντα* [*φάναι*] *φασ' ἐν Λυκείῳ* —

Ibid. c. *ὁ δ' αὐτὸς παράσιτον ἀκούσας ὑπὸ γραίας τρεφόμενον συγγινόμενόν τε αὐτῇ ἑκάστης ἡμέρας*

*νῦν πάντα (φησὶ) καινὰ γίγνεθ'· ἡ μὲν οὐ κύει,*
*ἐν γαστρὶ δ' οὗτος λαμβάνει καθ' ἡμέραν.*

Apertum est etiam priora esse Machonis sive ad Machonis imitationem efficta; ea sic nisi fallor scribenda sunt:

*παράσιτον ὡς ἤκουσ' ὑπὸ γραίας τρεφόμενον*
*συγγινόμενον αὐτῇ θ' ἑκάστης ἡμέρας.*
*νῦν πάντα, φησί, γίγνεθ'· ἡ μὲν οὐ κύει —*

*καινὰ* recte om. cod. A. cf. Ovidius omnia iam fient fieri quae posse negabam.

Ibid. d. *Βῖθυν* scripsi pro *Βίθυν*, neque enim dubitari potest quin hoc nomen eandem habeat quam *Βιθυνία* mensuram.

Ibid. f. In Timoclis fragmento vs. 3. *ἑαυτοὺς ἀντὶ κωρύκων δέρειν | παρέχοντες ἀθληταῖσιν*. In his *δέρειν* scripsi cum Porsono pro *λέγειν*. Malim nunc *λέπειν*. de quo v. Com. fragm. III p. 610. Post *Φερεκράτης* inserui *δέ*. In ipso Pherecratis fragmento corruptus est haud dubie vs. 1. *σὺ δ' οὐδὲ θᾶττον. Σμικυθίων. ἐπισιτιεῖ;* Scribendum videtur *σὺ δ' οὐχὶ θᾶττον Σμικυθίων' ἐπισιτιεῖς;*

VI, 247. a. In Aristophanis loco *ἐπισίτιοι* erat ante Dindorfium (corr. operarum err. *ἐπίσιοι*).

Ibid. c. *τί δέ σοι μέλει;* Malim *τί δέ μοι μέλει;* Continuo *ἐν δὲ τῇ διασκευῇ τοῦ αὐτοῦ δράματος*. Ita Dindorfius ex Schweighaeuseri emendatione. Vulgo *αὐτοῦ τοῦ δράματος*. Praestat *τούτου τοῦ δράματος*.

Ibid. e. Menander *τοὐθ' ἑταῖρός ἐστιν ὄντως*. Ita Grotius pro *ὄντως ἐστίν*. Cobetus N. L. p. 70. *οὗτός ἐσθ' ἑταῖρος ὄντως*.

Ibid. Erat *Φιλωνίδης τ'*.

Ibid. f. In Antiphanis fragm. plus quam verisimilis Porsoni est coniectura post *οἰκόσιτος* excidisse *ὢν προτοῦ*.

VI, 248. b. Menandri locum recte restituit Cobetus Mnem. IV p. 273. scribens *οἴμοι τάλας, ἕστηκας* —

Ibid. c. In Pherecratis loco *ὡς ὀλιγόσιτος ἦσθ᾽ ἄρ᾽, ὃς κατεσθίεις τῆς ἡμέρας μακρᾶς τριήρους σιτία*. Herwerdenus Add. nov. crit. p. 3. *μακρᾶς* cum *ἡμέρας* coniungit. Scribendum puto *μικρᾶς τριήρους*. quod ironice dictum est, qui singulis diebus pusillae triremis cibaria comedis.

VI, 249. e. Hegesander: *τῶν κολάκων τις Νικησίας*. Scripsi *εἷς* pro *τις*.

VI, 250. b. *τῶν Φρυνίχου*. Phrynichi nomen suspectat et *Τυννίχου* conicit Hecker Phil. V 421. Ante Dobraeum scriptum erat *τὸν Φρυνίχου*. Mox malim cum Schweigh. ex A. *τῶν ναυτῶν* pro *τῶν αὐτῶν*, et *τινὰς* pro *τινές*.

Ibid. e. *ἔφη*. Recte Dindorfius *φάναι*.

Ibid. f. *μή τι σὺ τὸ τοιοῦτον* scripsi cum Schweighaeusero, deerat articulus.

VI, 251. b. Scribebatur *Τίμων ὁ Φλιάσιος*.

Ibid. c. *φοβοῦμαι μὴ τοῖς θεοῖσιν ἐχθροί*. Cod. A *μή τοι θεοῖσιν*, unde scribendum *μή τι θεοῖσιν ἐχθροί*, sive malis *μή τι θεοίσεχθροι*.

Ibid. d. Callicratem Euphantus narrat Ptolemaei Philadelphi fuisse adulatorem, *ὃς οὕτω δεινὸς ὡς μὴ μόνον Ὀδυσσέως εἰκόνα ἐν τῇ σφραγῖδι περιφέρειν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τέκνοις ὀνόματα θέσθαι Τηλέγονον καὶ Ἀντίκλειαν*. Haec mihi quidem aenigmatis instar sunt, sed rei obscurae forsan aliquid lucis affunditur iis quae Callixenus apud Athen. V p. 201 d. memoriae prodidit, ubi in publica pompa Ptolemaei imaginem habemus iuxta Corinthi civitatem ductam: *Κόρινθος δ᾽ ἡ πόλις παρεστῶσα τῷ Πτολεμαίῳ ἐστεφάνωτο διαδήματι χρυσῷ*. Quibus ex verbis intelligi potest, Ptolemaeo nescio quid affinitatis intercessisse cum Corinthiis. Constat autem Ulixen Sisyphi, Corinthiorum regis, et Anticleae filium a nonnullis perhiberi, Pausan. X, 29, 8. Muncker ad Hygini fab. 201. An fuerunt qui Ptolemaeorum genus ad Ulixen referrent? In Euphanti verbis supra adscriptis post *δεινὸς* fortasse excidit *τὴν κολακείαν*. Adulatores dominorum suorum ima-

gines sigillo insculptas gestasse intelligitur etiam e loco Posidonii apud Athen. V p. 212 e. ubi Athenionem habes ἐγγεγλυμμένην ἔχοντα τὴν Μιθριδάτου εἰκόνα.

Ibid. f. Σῶσις dedi cum J. F. Gronovio pro Ὦσις.

VI, 252. e. πανοικί scribendum pro πανοικίᾳ.

VI, 253. a. καὶ Βουρίχου καὶ Ἀδειμάντου. Scribendum erat ex C. Βουρίχου δὲ καὶ Ἀ.

Ibid. e. Demochares ἀπηντων αὐτῷ (Demetrio) καὶ ἐφιστάμενοι κατὰ τοὺς ὄχλους ᾖδον ὀρχούμενοι καὶ ἐπᾴδοντες ὡς εἴη μόνος θεός. Vereor ne haec corrupta sint; scripsi igitur κατὰ τὰς ὁδούς. In sequentibus malim τῷ τε κάλλει διάφορος.

Ibid. d. Athenienses Demetrium Polioreetem, Antigoni filium, Corcyra Athenas adeuntem ithyphallico carmine salutabant, quo fortissimum hominem hisce compellabant verbis:

ὠ τοῦ κρατίστου παῖς Ποσειδῶνος θεοῦ
χαῖρε κἀφροδίτης.

Graviter notavit hanc abiectam adulationem Demetrius dicens ὡς οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ Ἀθηναίων γέγονε μέγας καὶ ἁδρὸς τὴν ψυχήν Athen. VI p. 253 a. Qua in re patri suo se praebuit simillimum, qui quum ab Hermodoto poeta Solis filius salutatus esset, lepide respondit οὐ τοιαῦτά μοι ὁ λασανοφόρος σύνοιδεν Plutarchus de Is. et Os. p. 360 d. *). Neptuni autem filium appellavisse videntur propter Cypriam victoriam. Consimili ratione Sextus Pompeius propter maritimum imperium Neptuni se filium iactabat, Dio Cassius 48, 19. Livius apud schol. Crucq. ad Horatii Ep. IX, 7.

In superiore eiusdem carminis parte nonnihil corruptelae relictum est:

---

*) Eadem referuntur a Plutarcho Apophth. reg. p. 182 c. ubi Wyttenbachius Hermodotum poetam aliunde sibi non innotuisse fatetur. Mihi non improbabile videtur hunc eundem esse Hermodotum cuius memoriam servavit Stobaeus Flor. LX 3. Ἑρμοδότου· Οὐχ ὁ λόγος αὔξει τὴν τέχνην περισσὸς ὤν | ἀλλ' αὐτὰ κοσμεῖ τὸν λόγον τὰ πράγματα. Ubi temere J. G. Schneiderus Anal. crit. p. 2. Ἑρμοδώρου corrigit. Cf. infra ad XV p. 697 a.

ὁ δ' ἱλαρὸς ὥσπερ τὸν θεὸν δεῖ καὶ καλός
καὶ γελῶν παρέστιν,
σεμνὸν ὅθι φαίνεθ', οἱ φίλοι πάντες κύκλῳ,
ἐν μέσοισι δ' αὐτός·
ὅμοιος ὥσπερ οἱ φίλοι μὲν ἀστέρες,
ἥλιος δ' ἐκεῖνος.

Horum versuum tertio scribendum videtur σεμνόν τι φαίνεθ'· οἱ φίλοι πάντες κύκλῳ, et in quinto ὅμοιον ὥσπερ. Non inepte compares simile adulationis exemplum apud Horatium Sat. I, 7, 22:

Persius exponit causam: ridetur ab omni
conventu: laudat Brutum laudatque cohortem;
Solem Asiae appellat Brutum stellasque salubres
appellat comites.

Ceterum hic ithyphallus non integer esse videtur. Exciderunt sine dubio in ipso carminis initio duo versus, quorum sententia eadem fere fuerit necesse est, quam habemus in alio ithyphallico carmine apud Athenaeum XV p. 622 c.

ἀνάγετ' ἀνάγετε πάντες· εὐρυχωρίαν
τοῖς θεοῖς ποιεῖτε.

Quibus iam aptissime inferri potuerunt verba ὡς οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν καὶ φίλτατοι τῇ πόλει πάρεισιν. Exercit. phil. I p. 23 sq.

In eiusdem carminis vs. 15. ἆλλοι dedi pro ἄλλοι, atque hoc legisse etiam Athenaeum ostendunt eius verba litt. c. οἱ δ' ἄλλοι καθεύδουσιν ἢ ἀποδημοῦσιν. Vs. 33.

τὴν Σφίγγα ταύτην ὅστις ἢ κατακρημνιεῖ
ἢ σπίνον ποιήσει.

Ita Schweigh. primus edidit. Cod. A σπεῖνον. Ego dubitanter scripsi ἢ σπίλον, vel in lapidem mutabit.

VI, 254. a. In primo versu Alexidis revocavi librorum scripturam ὑποχέας a Valesio et Dindorfio in ἐπιχέας mutatam. Cfr. Cobetus Mnem. VII p. 150. Vs. 2. scripsi τῶν συμπαρόντων pro τῶν παρόντων. Vs. 4. καλῶς cum Dobraeo separavi a reliquis, nisi cum Casaubono malis νίκης καλῆς.

Ibid. c. Ἀναξίλας· οἱ κόλακές εἰσι τῶν ἐχόντων οὐσίας | σκώληκες. Ita ex C editum est, libri ut videtur Ἀναξίλας ἔνιοι κόλακες. Fortasse scribendum est Ἀναξίλας ἐν Ἰοῖ· οἱ

*κόλακες* etc. Quin fabulae nomen lateat non dubitandum videtur. Vs. 4. *ἐσθίει 'γκαθήμενος* scribi voluit Herwerdenus.

VI, 254. d. *Θεόφραστος — φησὶν ὡς Μύρτις μύστης ὁ Ἀργεῖος Κλεωνύμου — λαβόμενος τοῦ ὠτός κτλ.* In his vocem *μύστης* in Epit. omissam cum Dindorfio seclusi. Scribendum potius videtur *Μύρτις ἢ Μύστης*. Ita enim loqui solet Athenaeus ubi de vera nominis forma incertus est, de quo admonui ad XII 516 c. Adde I p. 16 e. *Διοδώρου ἢ Θεοδώρου*. XIII p. 601 f. *Ζῆνις ἢ Ζηνεύς*. ib. p. 604 a. *Ἐρετριεὺς ἢ Ἐρυθραῖος*. Myrtis autem iste Argivus fortasse idem est, quem in Graeciae proditoribus memorat Demosthenes c. Ctesiph. p. 295. contra quem disputat Polybius XVII, 143. Exercit. philol. I p. 39.

Ibid. e. In Myrtidis verbis *ἀκούσῃ* ex C dedi pro *ἀκούσει*. Diphilei fragmenti vs. 1. Dobraeus ita scribebat *καὶ στρατηγὸν καὶ τύραννον καὶ πόλιν*. Continuo *Κολάκειαν* posui pro *Κολακείαν*.

VI, 255. a. *ἀρέσκειν* scripsi ex B pro *ἀρέσκειαν*.

Ibid. c. *μητρός*. Dalecampius *γυναικός*, Schweighaeuserus *θυγατρός*.

Ibid. e. Pro *ὑπεστρωμένης* malim *ἐπεστρωμένης*. Sequuntur haec *ἀμφίταπον ἀμοργίνῳ καλύμματι περιειλημμένον*. Non multum lucramur Schweighaeuseri coniectura *περιειλημμένον* scribentis. Erratum videtur in *καλύμματι*. pro quo nomen requiro quod nostro Ueberzug respondeat. Postremo suo loco mota videntur verba *ἐφ' ὧν κατέκειτ' ἐν λευκῇ χλαμύδι*, quae post *τῶν πάνυ πολυτελῶν* inseruerim, sed ut eadem opera *ἐφ' ἧς* scribatur. *κατέκειτ' ἐν* scripsi cum Casaubono, qui addidit *ἐν*. Idem *χλανίδι* dedit pro *χλαμύδι*.

VI, 256. a. *ἀντὶ τῶν*. Recte Schweigh. *ὑπὲρ τῶν*, nisi *ἀντὶ* delere mavis.

Ibid. b. *εἰς Κύπρον ἔχων*. Malim *ἄγων* vel *ἐλθών*.

Ibid. c. *ὧν ἰατρεῦσαι τὴν ἄγνοιαν οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γε νομίζω δεδόσθαι*. Haec ex Theognide vs. 432. ducta sunt *οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε θεός*.

Ibid. e. *τριοδίτιδες* scripsi pro *τρίοδοί τινες*, ut voluit Lobeckius Aglaoph. p. 1089. Actum egit Heckerus Philol. V p. 422.

Ibid. f. ὥσπερ εἶπον. Recte Schw. conicit ὅπερ εἶπον.

VI, 257. b. ὁ δὲ τρίτος ὁ Θὴρ ὁ γενναιότατος. Clearchus hoc nomen adulatoris suo ipse finxit ingenio, neque in eo reprehendendus est. At Apollonius, Hippocratis interpres, quo sensu ὁ Θὴρ appellatus sit apud Erotianum Lex. Hippocr. p. 86. Ἀπολλώνιος ὁ Μεμφίτης ὑπεροχὴν . . . Ἀπολλώνιος δ' ὁ Θὴρ ἐξοχήν, ὁ δὲ Κιτιεὺς Ἀπολλώνιος σιγμοειδῆ ἐγκοπήν, id igitur adeo non intelligo, ut non dubitem quin Erotianus Apollonium a patria Theraeum appellaverit. Scribendum igitur ὁ Θηραῖος. Idem nomen corruptum legitur in Crameri Anecd. II p. 283, 18. σεσημείωται τὸ Θὴρ ὀνοματικόν, ὁ υἱὸς Ἐνδυμίωνος, ubi legendum Φθίρ, quod filii Endymionis nomen fuisse etiam aliunde constat. Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 1200. τὸ γὰρ Φθὶρ τὸ κύριον ὄνομα, λέγω δὴ τὸ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἐνδυμίωνος, διὰ τοῦ ῑ λέγεται. Apollonius Lex. Hom. p. 163, 1. Φθειρῶν ὄρος τῆς Καρίας περὶ Μίλητον ἀπὸ Φθίρωνος (leg. Φθιρὸς) τοῦ Ἐνδυμίωνος. Cf. schol. Il. β' 868. Exercit. phil. I p. 21.

Ibid. τῇ μὲν ἀριστερᾷ τὸ τοῦ μειρακίου τριχωμάτιον ἐπικοσμῶν, τῇ δὲ δεξιᾷ φωκαϊκὸν ψῦγμά τι διακινῶν ὡς αἰωρῶν ἡδὺς ἦν. Pro αἰωρῶν cod. P αἰὸρᾶν. Scribendum igitur αἰώραν, ut vidit iam Casaubonus. Praeterea malim τρίχωμα οἷον ἐπικοσμῶν. Non ornabat enim homo iste luxuriosi iuvenis comam, sed ornanti similis erat. Exercit. philol. II p. 12. In sequ. malim δοκεῖ αὐτῷ.

Ibid. c. συνιδὼν τὸν ἄνθρωπον διαβάλλοντά τινα τῶν λοιπῶν φίλων. Scripsi dubitanter συνειδώς.

Ibid. e. In Antiphanis fragm. vs. 10. σύχν' οἷον Porsonus, libri συχνοῦ ὄν. Dobraeus σύχν' οὗπερ.

V, 258. c. Alexis ἀφ' ἑνὸς ἐργαστηρίου. Fort. ἐφ'. Qui sequitur Crobyli locus πάνυ γ' ἡ τοῦ βίου | ὑγρότης μέ σου τέθλιφε, in eo πάνυ γ' pro πάλιν meam ipse coniecturam secutus scripsi; possis etiam πάλαι γ'. Reliqua, quae in libris fere sic leguntur με τοῦ σοῦ τέθαφε, emendavit Herwerdenus Obs. crit. p. 124.

Ibid. d. ὁ γεωργὸς ἐν ὅσοις ἐστὶ κινδύνοις πάλιν. Haec de nauta vel milite rectius dici quam de agricola intellexit Iacobsius; locus lacunosus est.

Ibid. e. *ἐμπιεῖν* pro *ἐκπιεῖν* scripsi cum Herwerdeno.

Ibid. f. Ion in Omphala: *ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ὀρτὴν ἄγειν.* Ita recte Dindorfius ex emendatione Porsoni scripsit pro *λέγειν.* Atque ita iam ante Porsonum tacite correxerat Bentleius Epist. ad Millium p. 499 Lips. Pro *ὀρτήν*, quae Dindorfii emendatio est, libri *ἑορτήν.* At vehementer dubito num ionica forma poeta usus sit, cuius nullum apud Atticos poetas exemplum est. Malim igitur *ἐνιαυσίαν γὰρ τὴν ἑορτὴν δεῖ μ' ἄγειν.* Nec de numeris timendum est; in satyricis enim fabulis licuit poetis migrare legem, quam in tragoediis constanter tenuerunt. Exempla praebet Cyclops Euripidis 210. 675. 676. et ipse Ion in eadem fabula apud Strabonem I p. 60. *Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς ἐκτεμὼν | προβλῆτα πορθμόν.* Add. Astydamas apud Athenaeum XI p. 496 e. *ἦν δύο δὲ χρυσᾶ, χρὺψ τὸ δ' ἕτερον Πήγασος* et Lycophro ibid. X p. 420. Exercit. phil. I p. 22.

VI, 259. a. *Ὀρτύγης καὶ Ἶρος καὶ Ἔχαρος. Ὀρτύγης* et *Ἔχαρος* non cognita sunt aliunde nomina, quorum alterum non caret vitii suspicione. Scribendum videtur *Ἔσχαρος* cll. Polluce IV 104. *καὶ μὴν Ἐσχάρινθον μὲν ὄρχημα, ἐπώνυμον δ' ἦν τοῦ εὑρόντος αὐλητοῦ*, quod *Ἐσχαρίνειον* scribendum suspicor, ab *Ἐσχαρῖνος.* Exercit. phil. Spec. II p. 12.

Ibid. b. *σῶμα ἐξεβράσθη ταῖς Ἐρυθραῖς κατὰ τὴν ἀκτήν, ἣ νῦν Λεόποδον καλεῖται.* Post *ἐξεβράσθη* excidisse videtur *πρός.* Corruptum item *Λεόποδον.* Graecum esset *Λεώπεδον.*

Ibid. d. *διειλημμένοι τὰς κεφαλὰς διαδήμασι.* Fort. *περιειλημμένοι.*

Ibid. e. *ἐπῆλθε τοῖς τυράννοις, καὶ πολλοὺς αἰκισάμενος τῶν περὶ αὐτοὺς Ὀρτύγην μὲν φεύγοντα συνεκέντησε καὶ τοὺς μετὰ τούτου, τὰς δὲ γυναῖκας αὐτῶν καὶ τὰ τέκνα δεινῶς αἰκισάμενος τὴν πατρίδα ἠλευθέρωσεν.* Haec pessime narrata esse quivis intelliget; *αἰκισάμενος* quod post *πολλούς* legitur ineptissimum est. Scripsi *ἀποκτείνας*, aberravit scriba ad *αἰκισάμενος* quod post *δεινῶς* legitur. Similiter nunc coniecisse video Dobraeum. Reliqua Hippiam ita scripsisse probabile est *Ὀρτύγην μὲν φεύγοντα συλλαβὼν ἐκέντησε καὶ τοὺς μετὰ*

τούτου, vel sic Ὀρτύγην μὲν φεύγοντα λαβὼν ἐκέντησε, συνεκέντησε δὲ καὶ τοὺς μετὰ τούτου etc.

VI, 260. b. Theopompus καὶ γὰρ ὀρχούμενος — καὶ πᾶσαν ἀκολασίαν ὑπομένων. Haec recte habebunt si καὶ γὰρ deleveris et cetera praecedentibus iungas, nisi forte διετέλει post ὑπομένων excidit; sed possunt haec etiam sic in ordinem redigi, ut verbis ἦν δὲ καὶ φύσει βωμολόχος parenthesi inclusis, post πλείους omittatur particula τε, quae abest sane a cod. A.

Ibid. c. Eubuli locum restituisse mihi videor scribendo τοῖσι δὲ κόλαξι pro καὶ τοῖς κόλαξι. Aliter Herwerdenus.

Ibid. e. ταῦτ' ἔχειν. Operarum error est pro τοιαῦτ' ἔχειν.

Ibid. f. ὅθεν δικαίως ἄν τις αὐτοὺς οὐχ ἑταίρους ἀλλ' ἑταίρας ὑπέλαβεν οὐδὲ στρατιώτας ἀλλὰ χαμαιτύπας προσηγόρευσεν. Theopompum acumen ex oppositis petere consuetum, non στρατιώτας, quod ex interpretatione irrepserit, sed χαμαικοίτας scripsisse conicio. In sequentibus ἐζήλουν Dobraeus scripsit, vulgo ἐζήτουν.

VI, 261. a. Post ἀκολασίαν indicavi lacunam; excidisse videtur ἠγάπησεν.

Ibid. b. γράφει ὡς περιεώρα scripsi partim praeeunte Schweighaeusero, qui sequente Dindorfio dedit γράφει οὕτως· περιεώρα — Vulgo γράφει οὕτως ὥσπερ ἑώρα. At B γράφει ὥσπερ ἑώρα.

Ibid. e. διὸ καὶ συμβέβηκεν αὐτοὺς ἀποφθέγγεσθαι πολλάκις εὐκαίρως. Suspicor Sosicratem scripsisse ἀποφθέγγεσθαι [πολλὰ] πολλάκις, nisi praeferas ἀποφθέγγεσθαι πολλὰ εὐκαίρως. Ac passim πολλὰ et πολλάκις confundi multis exemplis constat.

VI, 262. e. In Dieuchidae loco delevi lacunae signa post Μεγαρικοῖς et supplevi κατά, nisi malis κατὰ νήσους. Contra lacunam indicavi post ἀναχωρησάντων, ita fere supplendam τῶν δὲ τοῖς υἱοῖς τοῦ Τριόπα συμπαραμεινάντων. Phorbas et Periergus Triopae filii erant. Mox malim τότε [δὴ] λέγεται.

Ibid. f. ἄξοντος scripsi pro ἄγοντος.

VI, 263. a. αὐτὸς ἐπιβαλὼν τὸν σῖτον ἐπὶ τὸν ἀλετῶνα

ἔπειτα ἀλέσας καὶ τἆλλα τἀκόλουθα [δράσας] ἐξένισεν αὐτούς. Ita haec scribenda esse suspicor.

Ibid. b. καὶ τὸ περὶ τοὺς οἰκέτας. Seclusi καί.

Ibid. c. In Anaxandridae loco erat Σουνιεῖς. Vs. 5. Herwerdenus δαίμων ἑκάστοτε. In Posidonii fragmento scriptum erat εἰς τὰ ἀναγκαῖα.

Ibid. d. ἀλλ' ἐν αὐτῇ μενεῖν τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ. Ita scripsi pro μόνον.

Ibid. f. Legebatur τὴν δὲ ἰδίαν ἀφαμιώτας, τοὺς δὲ περιοίκους ὑπηκόους. Correxit Dobraeus.

VI, 264. a. δεσπότου πενέστου. Dobraeus δεσποτοπενεστῶν. Idem continuo καὶ τοὺς Θεττάλων οἰκέτας.

Ibid. b. λάτριας. quidni λάτρεις? Sed infra quoque p. 267 c. Eustathius et C habent λάτρις.

Ibid. c. οὐδὲ γὰρ κεκτῆσθαι νόμον εἶναι — πλὴν ἐγγὺς τῶν χρόνων. Scribendum videtur πλὴν ἐγγίστων χρόνων, sive πλὴν ἐγγὺς τῷ χρόνῳ cll. schol. Thucyd. I, 20. τὰ ἐγγὺς τῷ χρόνῳ. Exerc. phil. II p. 12.

Ibid. d. οἰκειακαῖς pro οἰκίαις posui ex A. Fortasse verum est quod Hemsterhusius voluit οἰκιακαῖς [χρείαις].

VI, 265. b. In Theopompi loco post ἐκείνοις lacunam indicavi.

Ibid. e. παύσεται pro παύσηται Schweighaeuserus. In proximis scripsi ἀλλ' ἐὰν ἐμοὶ σπείσησθε pro πείθησθε, quod e Lobeckii coniectura scripsit Dindorfius; debebant certe πίθησθε. At verum esse σπείσησθε docent sequentia. Libri πειθήσεσθε.

VI, 266. c. Erat τὰ ἄλλα.

Ibid. d. τὸ σῶμα τοῦ δραπέτου. Aptius, opinor, scripsisset Theopompus τοῦ Δριμάκου. Mox ὧν ἂν ἀφέλωνται dedi pro ὧν ἀφέλωνται. Praeterea nescio an rectius scribatur ὧν ἂν ὠφελῶνται.

Ibid. f. τῶν πολιτῶν scripsi cum Erfurdto pro τῶν πολλῶν.

VI, 267. a. Μαλακός. Nonne Μάλακος? cf. Lehrs Arist. p. 281.

Ibid. b. ἀθρόοι ἐξελθόντες τῆς νήσου ἐκπλεύσαντες κατέσχον τὴν Ἔφεσον καὶ οἱ Ἐφέσιοι ἐκ τούτων ἐγένοντο.

Pro ἐκπλεύσαντες scribendum videtur πλεύσαντες. Postrema autem non erat cur corrupta putaret Guhlius Ephes. p. 31. Hoc enim dicit, ab his originem ducere qui postea appellati sint Ephesii. In sequentibus pro ἔστι κτήσει scripsi ἐν κτήσει, potest etiam ἔστιν ἐν κτήσει conici.

Ibid. d. In Ionis loco Wagnero auctore posui ἴθι μοι, pro quo codd. habent ἴοι μοι, vulgo οἴμοι. Ibid. erat κλεῖσον.

VI, 268. a. Crates vs. 1. αὐτὰ τἄμπαλιν scripsi ex L. αὐτὰ πάμπαλιν cdd. αὐτὸ τοὔμπαλιν conieci Com. gr. II p. 239. αὖ τραπέμπαλιν nescio quis. Vs. 4. ἀπὸ pro ἐπὶ Bergkius. Vs. 6. ἔπειτ' ἀλάβαστος. Fort. εἶθ' ἀλάβαστος, ut voluit Bergkius.

Ibid. b. In eiusdem Cratetis loco vs. 3. scripsi ἡ γῆ δ' ἔφερ' οὐ δέος οὐδὲ πόνους. Vulgo νόσους. Vitium latet adhuc in δέος, quod vide ne χρέος scribendum sit. Vs. 11. ἀνάπαιστα παρῆν libri. Scripsi ἂν ψαιστὰ παρῆν, nisi fuit ἂν ἁλιστὰ παρῆν. Vs. 12. τὴν φάρυγ' edidi pro τὸν φάρυγ'.

Ibid. d. ἡμῖν ὦ ἑταῖροι. Erat ὑμῖν.

Ibid. e. — 269. c. ὧν εἷς ἐστὶν ὁ ἀττικώτατος Φερεκράτης. Pro εἷς i. e. ᾱ fortasse πρῶτος scribendum est. De dictione eclogae Pherecrateae v. Hist. crit. p. 69. Vs. 1 et 2. fortasse scribendum:

πλούτῳ δ' ἐκείνη πάντα συμπεφυρμέν' ἦν,
ἅπασιν ἀγαθοῖς πάντα τρόπον εἰργασμένα.

quamquam ἐκεῖν' ἦν per se rectissime dictum est; in eo tamen assentior Herwerdeno Observ. crit. p. 13. non recte legi vs. 2. ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. Pro εἰργασμένα idem coniecit ἠρτυμένα, possis etiam ἠσκημένα. Vs. 4. πομφολυγοῦντες pro τοντολυγοῦντες scripsi in Com. ed. minore ex B. ubi πονφολυγοῦντες. Vs. 5. ναστῶν τρύφη. Herwerdenus τρύφη (τρυφῇ?). Vs. 9. legebatur παρὰ τοῖς ποταμοῖς σίζοντ' ἐκέχυντ'. V. Com. gr. ed. min. p. 108. Vs. 11. εὐπρεπῆ pro εὐτρεπῆ Hemsterhusio debetur. Vs. 12. addidi e Polluce; eum Herwerdenus recte ita scripsit τεύτλοισί τ' ἐγχελύδι' ἐγκεκαλυμμένα. Libri ἐγχέλυα, quod cum Schweigh. ἐγχέλεια scripseram. Vs. 15. ἀπατμίζοντα pro ἀτμίζοντα scripsi Dindorfii monitu. Vs. 18. παρῆν δὲ χόνδρος γάλατι κατανενιμμένος. Edebatur γάλακτι. V. ad Com. gr. III p. 28. Pro κατανενιμμένος Pollux μεμιγμένος. Possis igitur κατα-

μεμιγμένος. Sed κατανενιμμένος recte habere videtur, si ad κατανίφω referas, lacte tanquam nive sparsus. Vs. 19. rectius fuerit πνοῦ. V. Iacoby Poet. Com. vol. V p. 18. Vs. 20. διατρίβουσα. Hoc negat Herwerdenus Obs. crit. p. 14. me recte cum με coniunxisse. Cf. Aristoph. Athen. p. 171 b. ὡς οὐψώνης διατρίβειν ἡμῖν τἄριστον ἔοικεν. Vs. 21. fort. ὡς ἔχομεν εἰς τάρταρον vel ὡς ἔχω 'ς τὸν τάρταρον. Pro τάρταρον Herwerdenus Ταίναρον conicit. Post vs. 22. indicavi lacunam. Vs. 25. scribendum videtur ἐπὶ μυρρίναισι κἀνεμώναις κεχυμένοις vel κεχυμένους.

VI, 269. d. ῥεύσονται. Hanc formam satis tuetur Cratetis locus p. 268 a. παρέσονται lusit Herwerdenus Obs. crit. p. 15.

Ibid. vs. 7. βοτρύων suspectum est. Vs. 9. cum Erfrudto et Dobraeo scripsi τὰ δὲ δὴ δένδρη τἀν τοῖς ὄρεσιν. V. Fragm. Com. ed. min. p. 112.

Ibid. e. ἁπαλοῖσι κίχλαις sine causa Dobraeus. V. Vind. Aristoph. p. VII. Mox τῆς καταχήνης egregia est Schweighaeuseri emendatio. Vulgo κατ' Ἀχαρνεῖς, P κατ' ἀχαρνῆς. Continuo in Nicophontis loco Cobetus κυλινδέτω. VL καλινδείτω.

Ibid. f. — 270. a. In Metagenis loco vs. 1. libenter amplecterer si cod. daret τοῖν μὲν ποταμοῖν. Post vs. 10. τὰ δὲ παρ' αὐτὼ τὼ πόδε. nescio an versus huius fere sententiae exciderit τὰ δὲ παρ' αὐτὼ τὼ πόδε [κυλίνδεθ' ἱκετεύονθ' ἑαυτὰ καταπιεῖν]. ut Teleclides p. 268 b. μᾶζαι — ἱκετεύουσαι καταπίνειν et Pherecrates p. 269 b. κίχλαι — ἀντιβολοῦσαι καταπιεῖν.

VI, 270. b. ὑφ' ὧν ἀρδευθεὶς τὴν ψυχὴν πάνυ πειναλέος γεγένημαι. In his postrema verba πάνυ πειναλέος γεγένημαι non dubitandum videtur quin ex fine tetrametri poetae comici petita sint; potest etiam sine magna opera integer versus restitui:

ὧν ἀρδευθεὶς αὖ τὴν ψυχὴν πάνυ πειναλέος γεγένημαι.

Sed hoc incertum est. Continuo Achaei versum sic implere licebit:

ἐν [μὲν] κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως —

Ibid. d. Malim ἠπιστάμην ἥκειν [ἂν] ἀγορᾶς πληθού-

σης. In Menandri loco *μακρὰς* pro *μικρὰς* posui cum Cobeto; primus versus fortasse hic fuit *εἰ λουσάμενοι λογάρια δειπνοῦμεν φίλοι.*

Ibid. e. Poeta parodicus fortasse scripserat

*τέτλαθι δὴ πείνῃ καὶ ἀνάσχεο μωρολογούντων,*

pro *τέτθλαθι δὴ πενίῃ.*

VI, 271. d. Poenitet post *ἐν τοῖς Σικυωνικοῖς* reliquisse scriptori verba *κατωνακοφόρους καλεῖσθαι δούλους τινάς, παραπλησίους ὄντας τοῖς ἐπευνάκτοις*, temere ex superioribus *αὐτολεξεί* repetita, qua de re iam olim admonueram. Neque habet illa verba cod. B.

Ibid. e. *Ἀρδιαίους* Palmerius, vulgo *Ἀρκαδίους.* Mox in Phylarchi loco malim *ὡς ἂν τὰ ἴδια ἐκποιῶσιν*, prout res familiaris permittit. Cfr. IV p. 150 e. Fallitur Lucht Fragm. Phyl. p. 102.

Ibid. f. In Myronis Prienenis loco *δεσποσιοναύτας* corruptum videtur. An *δεσποτοναύτας*?

VI, 272. d. In Agatharchidis loco *τὸν μὲν χιλίους, τὸν δὲ καὶ πλείους*, post *χιλίους* lacuna indicanda videtur; excidit fortasse *τὸν δὲ δισχιλίους.* Causa in promtu est. Cf. p. 271 e.

VI, 273. f. *καὶ ἄλλα δὲ παρ' ἄλλων μαθόντες ἄμεινον ἐπεξειργάσαντο.* Ante *ἄμεινον* excidit fortasse *αὐτοί.*

VI, 274. a. *καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑπὸ τὴν κτῆσιν ἀφελὴς καὶ ἀπερίεργος χρῆσις.* Pro *ὑπὸ* malim *περί.*

Ibid. b. Erat *αὐτοῖς δὲ χορηγεῖν* et c. *κατὰ ἀγοράν* et e. *οὗτοι δ' ἄλλοις.* In iis quae continuo sequuntur Schweighaeuserus recte coniecisse videtur *ἀπὸ τῆς αὐτῆς παιδείας ὁρμωμένοις.*

VI, 275. a. *ὑπερβαλλούσης ἀγρῶν τιμῆς.* Pro *ἀγρῶν* nescio quis *ἀργύρου.* Si quid mutandum est, praestare opinor *ἀργυρίων.*

VII, 275. b. *ἣν ἦγον κατὰ τὴν τῶν Διονυσίων, ἐν ᾗ παριόντες ἕκαστοι τῷ θεῷ οἷον τιμὴν ἀπετέλουν τὴν ῥαψῳδίαν.* Vix credibile est hanc rhapsodorum festivitatem eodem tempore quo Dionysia actam esse, quare pro *κατὰ* scribendum putaverim *μετά.* Ceterum confer Welckerum de Cyclo epico I p. 391.

VII, 276. b. Eratosthenes *τοῦ Πτολεμαίου κτίζοντος ἑορ-*

*τὴν καὶ θυσιῶν παντοδαπῶν γένη.* Rectius opinor scripsisset *παντοδαπὰ γένη.* Sequuntur continuo haec: *ἠρώτησεν Ἀρσινόη τὸν φέροντα τοὺς θαλλοὺς τίνα νῦν ἡμέραν ἄγει καὶ τίς ἐστιν ἑορτή.* Pro *ἄγει* nescio an scribendum sit *ἄγουσι.* Ceterum morem olivae ramos gestandi aliis festorum solennitatibus quam Minervae sacris adhibitum fuisse, neque scriptorum testimoniis doceri potest nec per se probabile est. Cfr. Com. graec. II p. 33. Itaque quum in verbis supra adscriptis aperte de Dionysi festo agatur, dubitari non potest quin *τὸν φέροντα τοὺς φαλλοὺς* scribendum sit, atque habet hoc ipsum cod. B. Exerc. phil. Spec. II p. 13.

Ibid. d. *τὸ μέγεθος αὐτοῦ ἐμφανίζων.* Scripsi *ἐμφανίζον.*

Ibid. f. *λέγομεν γοῦν ὀψοφάγους οὐ τοὺς βόεια ἐσθίοντας, οἷος ἦν Ἡρακλῆς, ὃς τοῖς βοείοις κρέασι ἐπήσθιε σῦκα χλωρά, οὐδὲ τὸν φιλόσυκον, οἷος ἦν Πλάτων ὁ φιλόσοφος, ὡς ἱστορεῖ Φανόκριτος ἐν τῷ περὶ Εὐδόξου· ἱστορεῖ δ' ὅτι καὶ Ἀρκεσίλαος φιλόβοτρυς ἦν· ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναστρεφομένους.* Fugit editores Athenaei haec ad verbum fere translata esse ex Plutarcho Symp. IV, 4. p. 667 f. *καὶ γὰρ ὀψοφάγους καὶ φιλόψους λέγομεν, οὐχὶ τοὺς βοείοις χαίροντας ὥσπερ Ἡρακλῆς, ὃς τοῖς βοείοις χλωρὰ σῦκα ἔχων ἤσθιεν* (leg. *σῦκ' ἐπήσθιεν*)· *οὐδὲ τὸν φιλόσυκον, οἷος ἦν Πλάτων· οὐ* (leg. *οὐδὲ*) *φιλόβοτρυν, οἷος Ἀρκεσίλαος· ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόντας* (fort. *ἀναδινοῦντας*) *ἑκάστοτε, καὶ τοῦ κώδωνος ὀξέως ἀκούοντας.* Nisi potius ex communi uterque fonte hausit, quo Athenaeus ita usus est, ut etiam auctorum nomina apponeret. Similis utriusque consensus in iis est quae de Platone et Timotheo Cono nis filio narrant Athenaeus X p. 419 c. Plutarchus autem Symp. VI p. 686 b. De Hercule vero illa *κρέασι βοείοις χλωρὰ σῦκ' ἐπήσθιεν,* Euripidis esse constat e Clemente Alex. Protr. p. 50 Sylb. *τότε δ' ἐμμανῆ εἰσάγων Ἡρακλέα καὶ μεθύοντα ἀλλαχόθι καὶ ἄπληστον· πῶς γὰρ οὐχί; ὃς ἑστιώμενος τοῖς κρέασι χλωρὰ σῦκ' ἐπήσθιεν ἄμουσ' ὑλακτῶν ὥστε βαρβάρῳ μαθεῖν.* Sunt autem sine dubio ex Syleo petita, in quo dramate Hercules *πραθεὶς τῷ Συλεῖ ὡς γεωργὸς δοῦλος ἔσταλται εἰς τὸν ἀγρὸν τὸν ἀμπελῶνα ἐργάσασθαι· ἀνεσπακὼς δὲ δικέλλῃ προρριζους τὰς ἀμπέλους νωτοφορήσας τε*

*αὐτὰς εἰς τὸ οἴκημα τοῦ γεωργοῦ τοῦ ἀγροῦ ἄρτους τε μεγάλους ἐποίησε καὶ τὸν κρείττω τῶν βοῶν θύσας καὶ τον πιθεῶνα διαρρήξας καὶ τὸν κάλλιστον πίθον ἀποπωμάσας, τὰς θύρας τε ὡς τράπεζαν θεὶς ἤσθιέ τε καὶ ἔπινεν ᾄδων, καὶ τῷ προεστῶτι δὲ τοῦ ἀγροῦ δριμὺ ἐνορῶν φέρειν ἐκέλευεν ὡραῖά τε καὶ πλακοῦντας, καὶ τέλος ὅλον ποταμὸν πρὸς τὴν ἔπαυλιν τρέψας τὰ πάντα κατέκλυσεν* Anonymus Crameri Anecd. Par. I p. 7. ad quae conferendus est locus Philonis apud Matthiaeum ad Euripidis Fragm. Syl. IV p. 336. *τὸν μὲν γὰρ ἄριστον τῶν ἐκεῖ ταύρων καταθύσας Διὶ πρόφασιν εὐωχεῖτο, πολὺν δ' οἶνον ἐμφορήσας* (*ἐμφορηθεὶς*?) *ἄθρουν εν μάλα κατακλιθεὶς ἠκρατίζετο.* Ex anecdoto Crameri, ut hoc adiiciam, corigendus est Apollodorus Bibl. II, 6, 3. *Συλέα δὲ ἐν Λυδίᾳ τοὺς παριόντας ξένους σκάπτειν ἀναγκάζοντα σὺν ταῖς ῥίζαις τὰς ἀμπέλους σκάψας μετὰ τῆς θυγατρὸς Ξενοδίκης ἀπέκτεινε.* Ubi pro *σκάψας*, in quo merito haeserunt editores, *σπάσας* scribendum videtur. Exerc. phil. I p. 22 sq.

VII, 277. a. *μηλομαχίαν ἀπὸ τῶν νεῶν ἐποιήσατο, ὡς τὴν θέαν ἡδίστην γενέσθαι.* Pro *ὡς* scribendum videtur *ἧς*.

Ibid. b. In Sophoclis loco *χορὸς δ' ἀναύδων ἰχθύων ἐπεῤῥόθει, σαίνοντες οὐραίοισι τὴν κεκτημένην*, recepi certissimam Brunckii emendationem *σαίνοντες* pro *σαίνουσιν*. Simillima constructio in Achaei loco, qui continuo affertur, *πολὺς δ' ὅμιλος ποντίου κύκλον σοβῶν — χραίνοντες οὐραίοισιν εὐδίαν ἁλός*. Male ab aliis *σαίνουσι δ' οὐραίοισι* coniectum est. In Achaei versibus *δ'* pro *γὰρ* scripsi cum Erfurdto.

Ibid. c. Seclusi versus Amphidis, prorsus importune huc illatos. Adscripti fuerant a curioso lectore ex II p. 57 b. ad illustranda ea, quae Athenaeus p. 276 e. de nomine *ὄψον* = *ἰχθὺς* disputavit, ubi cum in margine appositi essent, non mirum est eos postea in inferiorem locum detrusos esse. *Λευκαδίᾳ* pro *Λευκάδι* scripsi Hist. crit. p. 406.

Ibid. f. Archippi locum ita refinxerim *ὅτε δ' ἤσθες ἀμίας τὰς παχείας*. In Epicharmi fragmento corruptissimo satis habui personarum vices distinguere ut voluit Ahrensius; at vs.

6. *διατετμαμέναι* pro *διατεταγμέναι* scripsi, nescio meamne an alius coniecturam secutus.

VII, 278. a. *ὁ δὲ ὀψοδαίδαλος Ἀρχέστρατος ἐν Γαστρολογίᾳ — οὕτως γὰρ ἐπιγράφεσθαί φησι Λυκόφρων ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας, ὡς τὴν Κλεοστράτου τοῦ Τενεδίου Ἀστρολογίαν — περὶ τῆς ἀμίας φησὶν οὕτως.* Ex hac admonitione coniicias, ut Archestratei carminis ita etiam Cleostratei operis dubiam fuisse et incertam inscriptionem, donec Lycophron id *Ἀστρολογίαν* inscribendum esse doceret, quo titulo etiam Eudoxi et Hesiodi et Thaletis ferebantur carmina, Plutarch. de Pyth. orac. p. 402 f. Commemoratur Cleostratus Tenedius ab Anonymo in Petavii Doctr. temp. III p. 147. ubi miro errore in iis memoratur scriptoribus, qui de Arato commentati sunt. Cfr. Theophrastus de vent. I, 4 p. 783. Plinius Hist. Nat. II, 8. et qui unicum eius fragmentum servavit Schol. Eurip. Rhes. 524: *Παρμενίσκος φησίν — ὅτι ταύταις (ταῖς τοῦ σκορπίου πρώταις μοίραις) ὁ Βοώτης ἅμα ἄρχεται καταδύεσθαι. Κλεόστρατον γοῦν τὸν Τενέδιον, ἀρχαῖον [ποιητὴν, λέγειν] οὕτως·*

*ἀλλ' ὁπότ' ἂν τρίτον ἦμαρ ἐπ' ὀγδώκοντα μένῃσι*
*σκορπίος, εἰς ἅλα πίπτει ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι.*

Cetera de Cleostrato dicenda v. apud Fabric. B. G. ed. Harl. IV p. 7. De aetate viri dixit Vaterus ad Eur. Rhesum p. 199. Eiusdem nomen recte Bergkius apud auctorem Vitae Arati p. 443 ed. Buhl. restituit, ubi vulgo *Κλεοπάτρης* editur. Archestratei operis, cuius varias inscriptiones (*Γαστρονομία. Ἡδυπάθεια, Δειπνολογία, Ὀψοποιία*) Athen. I p. 4 e. recensuit, magnam fuisse apud veteris aevi gulones auctoritatem intelligitur ex loco Dionysii Sinopensis, quem exhibui Fragm. Comic. III p. 548. Eum totum terrarum orbem ventris causa pervagatum esse et Sardanapalli vitam vixisse qui dicit Athenaeus III p. 116 f. et VII p. 249 f. compluribus locis de eo iis utitur nominibus, quae summam hominis gulositatem testantur, velut VII p. 278 a. dicitur *ὀψοδαίδαλος*, p. 286 a. *ὁ τένθης*, p. 301 e. *ὁ δείπνων λοχαγός*, p. 303 e. *ὁ κίμβιξ*, p. 311 f. *ὁ ἡδονικὸς φιλόσοφος*. Hinc non dubito quin eundem hominem, quem patria Siculum fuisse constat, sub Siceliotae Gnathonis nomine significare voluerit Plutarchus

de latenter viv. p. 1128 a. τοὺς περὶ Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος καὶ Γνάθωνα τὸν Σικελιώτην ἐπτοημένους περὶ τὰ ὄψα λέγουσιν ἐναπομύττεσθαι ταῖς παροψίσιν, ὅπως τοὺς συνεσθίοντας διαστρέψαντες αὐτοὶ μόνοι τῶν παρακειμένων ἐμφορηθῶσιν. Gnatho enim gulosi et edacis parasiti nomen fuit in nova comoedia frequentatum. Cf. Plutarch. Symp. p. 767 e. Lucian. Tim. 45. et Fugit. 19. Archestratei carminis qui supersunt ab uno Athenaeo servati versus circiter ducenti octoginta omnes versantur in tradendis piscium apparandorum praeceptis. At eodem carmine de ceteris quoque voluptariae vitae instrumentis expositum fuisse ostendunt quae scripsit Athenaeus III p. 116 f. Ἀρχέστρατος μὲν ὁ περιπλεύσας τὴν οἰκουμένην γαστρὸς ἕνεκα καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα. Hinc cum Philaenide, cuius ἀκόλαστον περὶ ἀφροδισίων σύγγραμμα ferebatur, Archestratum componunt Chrysippus Athen. VIII p. 335 b. — e. et Clearchus X p. 457 e. In eodem carmine de variis vinorum generibus expositum fuisse ex alio quodam Athenaei loco intelligitur. Formam et descriptionem operis praeivisse videtur Philoxenus Leucadius, cuius e Convivio Plato comicus Phaon. fr. I. 14. (Com. gr. II p. 672) praeter alios hosce versus servavit:

> ὀρφῶν αἰολίαν συνόδοντά τε καρχαρίαν τε
> μὴ τέμνειν, μή σοι νέμεσις θεόθεν καταπνεύσῃ.

Quos satis aperta imitatione expressit Archestratus Athen. VIII p. 305 e.

> τὸν κάπρον ἂν ἐσίδῃς, ὠνοῦ καὶ μὴ κατάλειπε,
> κἂν ἰσόχρυσος ἔῃ, μή σοι νέμεσις καταπνεύσῃ
> δεινὴ ἀπ' ἀθανάτων.

Et reliqui quoque Philoxeni versus, si orationis colorem et praeceptorum traditorum formam spectas, summam cum Archestrateis similitudinem referunt. Non omittendus tamen Clearchus Athen. VIII p. 337 b. Archestrati διδάσκαλον fuisse dicens Terpsionem, quibus quod subiicit ὃν καὶ πρῶτον Γαστρολογίαν γράψαντα διακελεύεσθαι τοῖς μαθηταῖς τίνων ἀφεκτέον, non omnino verum esse docet quod commemoravi Philoxeni carmen, poetae Archestrato et Terpsione superioris. Non recte enim Perizonium ad Aelian. V. H. XI, 7. Archestratum nostrum haud diversum existimare ab

eo, ad cuius societatem Xanthippum, Periclis filium, se applicuisse Athenaeus V p. 220 d. tradit, temporum rationes evincunt, si quidem Xanthippus ante Periclem obiit, Archestratum autem gastrologum circa Ol. CXVIII scripsisse satis probabiliter demonstrari potest. Exercit. phil. II p. 43.

Ibid. c. Archestratus *εἶθ' ὑπὸ θερμὴν ὦσον ἔσω σποδόν.* Ita Dindorfius pro *θέρμην.* Praestat fortasse *ὑποθέρμην* in cinerem subcalidum.

Ibid. d. *κἂν κλεινὸν ἀμείψῃς Αἰγαίου πελάγους ἔναλον πόρον.* Aegaeum mare dixit Archestratus angustiore sensu de mari circa Aegas Lesbiacas. In sequentibus aut *ἀκριβῶς* aut *ἐπιμελῶς* abundat.

Ibid. f. *ἐπικούρους καὶ βοηθοὺς βοῶσιν.* Haec coniunxit ad exemplum Platonis Leg. III p. 314 b.

VII, 279. b. Bato *εὔσως ἅπαντας ἢ τυχὸν δώσεις ἐμοί.* Herwerdenus Obs. crit. p. 124. *ἴσως ἅπαντας εὐτυχεῖν δώσεις ἐμοί.*

Ibid. c. *καὶ τὴν κεφαλὴν ζητοῦσιν ὥσπερ πράγματος.* Delet hunc versum Hirschigius. V. Com. graec. IV p. 502. In eiusdem poetae loco *καὶ λεσβίου χυτρῖδε λαμβάνειν δύο* scripsit Schweigh. pro *χυτρίδε.* Porsonus *χυτρίδια.*

VII, 280. a. Epicurus *οὐ γὰρ ἔγωγε — ἡδείας κινήσεις.* Notus est Ciceronis locus Tusc. III, 18. nec equidem habeo quod intelligam bonum illud, detrahens eas voluptates quae sapore percipiuntur, detrahens quae auditu et cantibus, detrahens eas etiam quae ex formis percipiuntur oculis, suaves motiones, sive quae aliae voluptates in toto homine gignuntur quolibet sensu, ubi post sapore percipiuntur excidere fortasse verba detrahens eas quae rebus veneriis. Contra in graecis post *ἡδείας κινήσεις* excidisse videntur haec: *ἢ αἵτινες ἄλλαι ἡδοναὶ ἐν ὅλῳ τῷ ἀνθρώπῳ γεννῶνται ἡτινιοῦν αἰσθήσει.*

Ibid. d. In Philetaeri loco recepi Erfurdti emendationem, vulgo *εἰς αὔριον δὲ φροντίζειν εἴτι ἔσται.* Continuo *τἀργύριον* dedi pro *ἀργύριον* et in sequenti fragmento cum Porsono scripsi *δήπουθ' ἂν* pro *γε δήπουθεν.*

Ibid. e. Erat γραμματιδιοποιῷ et in Apollodori Carystii fragmento vs. 5. οὔτε. Vs. 9. πῶς pro τίς scripsi cum Iacobsio.

Ibid. f. In eiusdem poetae loco legitur ἐξὸν (ὁρᾷν) ἱλαροὺς παίζοντας ὑποπεπωκότας | αὐλουμένους ᾠδί. Fortasse κηλουμένους ᾠδῇ. Cod. A. ᾠδεῖ.

VII, 281 f. In Apollodori Atheniensis loco ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ scripsi pro ἐπὶ τοῦ ἑτέρου ex C.

VII, 282. a. Epicharmus μύες ἀλφησταί τε — ante ἀλφησταί inserui αμ'.

Ibid. b. Ananius vere chromium, autumno autem capellas porcellosque esu iucundissimos esse dixit ἡδὺ δ' ἐσθίειν χιμαίρης φθινοπωρισμῷ κρεῖας, | δέλφακος δ', ὅταν τραπέωσι καὶ πατέωσιν, ἐσθίειν. Mirum est poetam in φθινοπωρισμῷ primam et in ἐσθίειν penultimam produxisse. Vs. 5. vulgo editur

καὶ κυνῶν αὕτη τόθ' ὥρῃ καὶ λαγῶν κἀλωπήκων.

In quibus aut αὕτη aut τότε superfluum est. Possis καὶ κυνῶν αὖ τῆμος ὥρῃ conicere; lenius tamen fuerit καὶ κυνῶν αὖ τῇ τότ' ὥρῃ, sc. ἡδύ ἐστιν ἐσθίειν. Exercit. phil. I p. 24.

Ibid. c. Corrige operarum vitium κημήρης.

Ibid. f. In Nicandri versibus μηνύει posui pro μηνύσας, quod B habet, AP μηνύσαι. Dobraeus μήνυσεν, quod fortasse ut lenius praeferendum est.

VII, 283. a. Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ἐν Κρίκᾳ. Scripsi Κίρκᾳ et in ipsis poetae versibus ἀνιοχεύων | ἦστ' ἀκάτω κατόπισθε pro ἀνιόχευεν εἰς τὰ κάτω κατόπισθε. V. Anal. Alex. p. 240. ubi quae sequuntur ita corrigere tentavi θεᾶς ὕπο πόμπιμος ἰχθύς, i. e. a Circe missus.

Ibid. d. In Erinnae loco revocavi cod. scripturam πομπεύσας, pro quo Stephanus dederat πομπεύσαις. Continuo malim διὰ τὸν Ἀπόλλωνος ἔρωτα.

Ibid. f. Apollonii versum, πομπίλον ὠκυάλων νηῶν αἰήονα δοῦλον, fortasse recte emendavi φρουρὸν reponens pro δοῦρον, ut habent AB. αἰήονα, quod in A αἰηόνονα scriptum, fortasse εἰδήμονα fuit. Lobeckius ad Soph. Aiac. p. 164. ἁλιδινέα δοῦλον.

VII, 284. c. Callimachus ἢ μᾶλλον χρύσειον ἐπ᾽ ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν. Ita scripsi. Pro ἐπ᾽ erat ἐν. ut in Eratosthenis loco lit. d. ubi ἐπ᾽ edidi e Plutarcho. Praeterea pro μᾶλλον forsan καλὸν scribendum est. Cfr. ad Theocritum p. 281.

Ibid. e. Ἀρχέστρατος περὶ τῶν ἐν βοσπόρῳ ταρίχων εἰπὼν Βοσπόρου ἐκπλεύσαντα — ἰχθύος αὐξηθέντος, ὃν ἐν μέτρῳ οὐ θέμις εἰπεῖν. Nulla in his constructio est; suam orationi integritatem restitues addito quod post αὐξηθέντος excidit ἐπιφέρει.

Ibid. f. Edebatur ἡλίῳ ῥιγοῦντι ut p. 285 e. et ἔσθ᾽ ἁπλῶς.

VII, 285. b. Dobraeus διαστέλλων [πρὸς] τὸν λεγόμενον γόνον.

Ibid. b. Archestrati versus nondum persanati sunt; certe in tertio versu

καὶ λαβὲ πρόσφατον αὐτὸν ἐν εὐκόλποισι Φαλήρου
ἀγκῶσιν ληφθένθ᾽ ἱεροῖς —

non placet duplex τῶν ἀγκώνων epitheton. Scribendum ἐν εὐκόλποιο Φαλήρου ἀγκῶσιν. quod aptissimum est sinuosi portus epitheton. Exercit. philol. I p. 25.

Ibid. d. ἴδε πὺρ ἀφύη. Scripsi εἶδε ex BC. Vulgatum tamen tuetur Hesychius s. ἴδε.

Ibid. f. τὰς Αἰνιάτιδας καλουμένας ἀφύας. Rectius Αἰνεάτιδας, ab Αἴνεια. ut Κορσεάτης a Κόρσεια, Ὀρνεάτης ab Ὄρνεια. et similia eiusdem generis plura. Cfr. Staphanus Byz. s. v. Αἴνεια.

VII, 286. b. In Calliae loco fortasse ἀχαρνώς scribendum est.

Ibid. c. Epicharmus σκορπίος παῖς ἐπιθαλάττιός τε οὔ. An παῖς ἐπιθαλαττίου θεοῦ?

Ibid. d. In Archestrati loco post ὀψώνει Dindorfius plura excidisse statuit, recte forsitan, nisi potius καὶ delendum est cum B.

VII, 287. a. De Pherecratis fragmento v. Com. graec. II p. 311.

Ibid. c. In Numenii loco δέλετρα pro δέλευρα scripsi praeeunte J. G. Schneidero.

Ibid. e. Antiphanes ἄτοπά γε κηρύττουσι ἐν τοῖς ἰχθύσιν

*κηρύγμαθ', οὐ καὶ νῦν τις ἐκεκράγει μέγα.* Ita correxi editam scripturam *ἄτοπόν γε — κήρυγμα, οὐ καὶ νῦν —*. Sequitur Alexidis locus, in quo *τοῖσι* scripsi pro *τοῖς*, deleto quod B omittit *μέν*. Tum *ἑστιῶν* dedi cum Villebrunio, *ἐσθίειν* Schweigh. et Dindorfius; libri *ἐσθίων*.

VII, 288. d. In Philemonis fragmento vs. 1. *ὡς ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι μολόντι*, fortasse scribendum *μοὐπῆλθε*, i. e. *μοι ἐπῆλθε*, eademque crasis etiam Euripidi Med. 56. restituenda videtur *ὥσθ' ἵμερός μοὐπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι μολούσῃ*. Vs. 5. scribendum praeeunte Toupio *τοῖον παρατέθεικ'*. Post vs. 9. fortasse nonnulla exciderunt.

Ibid. e. *ὅμοιον ἐγένετ' ὄρνις ὁπόταν ἁρπάσῃ*. Scribendum *ὁπόταν ὄρνις*.

Ibid. f. *εἰ δ' ἔλαβον ἀρτίως σκάρον*. Sic Bentleius pro *ἄρτι*. Fortasse tamen vitium in *σκάρον* latet scribendumque *ἄρτι σαργόν* vel *σαυρόν*.

VI, 289. a. *τοὺς ἤδη νεκροὺς ... ὅταν ὀσφρανθῶσι ποιῶ ζῆν πάλιν*. Fortasse ante *ὅταν* excidit *ὄντας*. Casaubonus *ὅταν μόνον ὀσφρανθῶσι*.

Ibid. b. Ephippus *οὐ Μενεκράτης μὲν ἔφασκεν εἶναι Ζεὺς θεός*. Ita Schweigh. pro *εἶναι ὁ θεός*. Nauckius Observ. crit. p. 46. *εἶναι θεῶν θεός*, quod probari non potest.

Ibid. c. *κρηπῖδάς τε ὑποδεδεμένος*. Ad *κρηπῖδας* desidero *χρυσᾶς* vel simile quid.

Ibid. d. *ἐμὲ δὲ καὶ οἱ μέλλοντες ἔσεσθαι*. Scripsi *οἱ [ἀεὶ] μέλλοντες*.

Ibid. e. Recte legitur *μετὰ τῶν ἰδίων θεῶν*, quod non debebat in *φίλων* mutari. Quod statim sequitur *ἐπὶ τῆς μέσης κλίνης ὑψηλότατα καὶ ἱεροπρεπέστατα κεκοσμημένης* non retius dictum est quam si latine dicas t o r u m  a l t i s s i m e  o r n a t u m. Scribendum videtur *ὑψηλοτάτης*, ac fortasse etiam *οὔσης* Hegesander addiderat.

Ibid. f. *μετὰ τῶν ὑπηκόων γελώμενος θεῶν ἔφυγεν ἐκ τοῦ συμποσίου*. Ita haec scripsi, vulgo pro *θεῶν* legitur *θέων*, quod fortasse servari potest.

VII, 290. a. Pythermus Ephesius de Themisone Herculem aemulante: *ἐφόρει δὲ τὰ τόξα σκυθικὰ καὶ ῥόπαλον ἐκράτει.*

Quem Hercules gestabat arcum fuisse Scythicum constanti fama ferebatur. V. Theocrit. XIII 56. Lycophro Alex. 56, Herodorus et Callimachus apud schol. ad Theocritum l. l. Formam arcus Scythici satis luculenter describit Agatho in Telepho apud Athen. X p. 454 d. ubi figurae literae sigma assimilatur, qualem ex titulo apud Boeckhium Inscr. 8. protulit Matthiae ad Euripidis Fragm. p. 358. Eadem forma obversabatur poetae tragico aqud Plutarchum Solert. anim. p. 907 d. dormientem Herculem his verbis describenti: *τὰ τόξα μασχάλῃ ὑποθεὶς κραταιῷ περιβαλὼν βραχίονι | εὕδει πιέζων χειρὶ δεξιᾷ ξύλον.* Cui descriptioni non respondet nisi Scythici arcus figura, cuius exempla habemus in numo aeneo Lamiae in Museo Brit. tab. V, 8. et apud Gerhardum in Delectu pict. vas. tab. CIX. CXIX. CXXIV. Cfr. Pausan. X, 31, 8. Strab. II p. 187 (125). Millin Monum. ined. Tom. I p. 15. Exercit. phil. I p. 25.

Ibid. b. In Hegesippi loco erat *μὴ κόπτ' ἐμέ* et vs. 5. *εὑρημένον εἰδέναι νόμιζε.* Emendavit Dobraeus.

Ibid. c. *ἐπὰν τάχιστ' ἔλθωσιν ἐκ τῆς ἐκφορᾶς.* Scribendum puto *ἀπὸ τῆς ἐκφορᾶς.*

Ibid. *τὸ πέρας σοι λέγω.* Fortasse *τὸ πέρας μοι λέγε*, ut haec ab interlocutore A. dicantur. Cfr. vs. 4.

Ibid. d. *πολλοὺς ἐγὼ σφόδρ' οἶδα τῶν καθημένων.* Scripsi *κεκλημένων*, hospitum ad coenam invitatorum.

Ibid. f. — 291. d. Nicomachi ecloga. Vs. 2. scribendum videtur *ὀλίγωρον δὲ πεποίηκας τί πως. ἐν τῇ τέχνῃ* —

VI, 291. a. Vs. 7. *εἴσομαι δέ γ' ἂν λέγῃς.* Nauckius *εἴσομαι δ' ἐὰν λέγῃς.* Vs. 9. pro *πότερ'*, quod Dindorfius cum Dobraeo pro *πότερον* posuit, scripsi *πάτερ*, de quo v. Addenda mea Com. graec. vol. V p. 117. Vs. 15. *ζωγραφίας ἧφθαι*, haec ex pluribus quae exciderunt relicta sunt. *κατὰ* addidi suasu Dindorfii. Vs. 16. *δεῖ τινα τέχνης* Hermanno auctore scripsi pro *δεῖ τῆς τέχνης.*

Ibid. b. Legebatur *ἀστρολογικὴν ἰατρικὴν γεωμετρικήν*, Dindorfius *ἀστρολογικὴν γεωμετρικὴν ἰατρικήν.* Verum esse verborum ordinem quem ego et Dobraeus Adv. II p. 314 restituimus sequentia ostendunt. Vs. 19. ante Erfurdtum erat

τέχνας pro τύχας. Vs. 20. fort. παρακολουθήσας. Vs. 21. πότ' ἄωρος. B ποθωρος, unde conicias πόθ' ὥριός ἐσθ' ἕκαστος ἢ πότ' ἀώριος.

Ibid. c. Vs. 30. περὶ τῆς ἰατρικῆς δὲ personae A assignavi. Vs. 33. κοὐκ ἐγκρατής. Eustathius ad Hom. p. 1753, 49. οὐκ ἐγκρατής.

Ibid. d. Vs. 35. ἔχον pro ἐμὸν Iacobsius; praeterea indicavi lacunam. Vs. 38. ἀριθμητικῆς Grotius, λογιστικῆς Iacobsius, vulgo μαγειρικῆς. Restituenda autem crasis εἰδέν-ἀριθμητικῆς. Vs. 39. καὶ γραφήσεται corruptum animadvertit Hirschig, cuius de toto h. l. sententiam v. Com. gr. vol. V p. CCCXXVI. Vs. 40. μίκρ' ἀντάκουσον Cobetus. Vs. 41. δὲ δίαγε νῦν τὴν ἡμέραν Cobetus.

VII, 292. b. In Diphili loco vs. 16. ἐπιβαλεῖ Coraes. Vs. 20. περιχαρὴς | εἰς δέκ' ἐπὶ τῇ μνᾷ γεγονέναι καὶ δώδεκα. Pro εἰς δέκ' fortasse ἕνδεκ' scribendum. De nauticis usuris cfr. Com. gr. vol. V p. 111. Vs. 23. ὑπέκνυψ' Preller Philol. Götting. III p. 522. Vulgo ὑπέμιξ'.

Ibid. c. Vs. 29. ἀνασεσυρμένα scripsi pro ἀνευρημένα.

Ibid. d. Vs. 38. οἷ scripsi pro οὗ. Vs. 41. ἀποσάξεις Casaubonus pro ἀποτάξεις. Cfr. Cobetus Mnem. IV p. 318. Continuo in Athenaei verbis μαγειρικὸς pro μαγειρίσκος Dobraeus.

Ibid. e. In Archedici loco vs. 3. οὐκ οἴσεις scripsi cum Herwerdeno Obs. crit. p. 100 pro οἰχήσει. Vs. 4 sq. idem coniecit τούς τ' ἄνθρακας | ῥάνας ἐλαίῳ πανταχῇ. Praefero quod Hermannus coniecit τὸν ἄνθρακα | ἔρραν' ἐλαίῳ πάντα καὶ ποιῶ φλόγα. De ἄνθραξ cfr. 293 c.

Ibid. f. In eiusdem poetae fragmento vs. 11 et 12. fortasse scribendum κοτύλη τε παραναλωμένη σέσωκέ μοι. Libri κοτύλης τε παραναλωμένης σέσωκέ μου. Schweighaeuserus σέσωκ' ἐμοί. Ut ego, etiam Dobraeus.

VII, 293. c. In Sotadis fragmento vs. 15. pro ὤφθη Dobraeo praeeunte dedi ἑφθή. Ibid. vs. 18. scripsi cum Dobraeo ἑψητὸν δὲ μετὰ ταύτας τινά. Cod. A ταῦτ' αστινα. ταύτας spectat ad σηπίας καὶ τευθίδας. Non recte Porsonus μετὰ ταῦτ' ἐστὶ τί; Vs. 19. τούτοις dixit quasi praecessisset ἑψητούς.

Ibid. d. Vs. 24. πάντα inserui cum Casaubono; nec tamen

hoc sufficit. Post τοιούτῳ τινί versus videtur excidisse, que accuratius quale esse debeat τὸ ἄλευρον indicatum erat.

Ibid. e. Legebatur ἀφύαν. Ib. πλείονα, quod Schweighaeuserus πλείονας scribi volebat, corruptum est.

Ibid. f. In Archestrati loco γόγγρου μὲν γὰρ ἔχεις κεφαλήν, φίλος, ἐν Σικυῶνι, non erat cur praeeunte Dindorfio probarem Schweighaeuseri coniecturam φίλῃ ἐν Σικυῶνι scribentis, nec favere dicam Philemonis locum p. 289 a. ἢ 'κ τῆς Σικυῶνος τῆς φίλης ὃν τοῖς θεοῖς | φέρει Ποσειδῶν γόγγρον εἰς τὸν οὐρανόν, ubi φίλη dicitur Sicyon quoniam Neptuno grata est, quippe a Sicyoniis sancte culto.

VII, 294. b. Archedicus γόγγρου κεφαλὴν καὶ τὰ πρῶτα τεμάχια. Pro κεφαλὴν fortasse κεφάλαιον scribendum est, nisi potius τὰ πρῶτα τεμάχια corrupta sunt. Suspicabar καὶ τὰ πτερωτὰ τεμάχια, i. e. τὴν λοφιάν. Tum ὃν ἔχω τουτονί conicit Nauckius.

Ibid. c. οὐδεὶς δεδιηκόνηκεν dedi e correctione Valckenarii. Vulgo δὲ διηκόνηκεν. Cod. P δὲ διακόνηκεν. Verum est δεδιακόνηκεν. Cfr. Herwerden Obs. crit. p. 101. Continuo Dobraeus λέγων. Vs. 12. διαπτυτιοῦσ' οἶνον δὲ τοιοῦτον χαμαί. Scribendum videtur ἐκπυτιοῦσ'. Nauckius ἀποπυτιοῦσ'.

VII, 295. a. Lynceus Samius ἀδικίᾳ κτήσασθαι τὴν ἐπιθυμίαν. Plane singulariter et sine exemplo haec dicta sunt. Requiro ἰάσασθαι vel πλήσασθαι τὴν ἐπιθυμίαν. Ibidem sequuntur haec: καὶ γὰρ τὸν Θησέα φησὶ γεγονότα καλόν, ὑπολαμβάνω, τοῦ Τληπολέμου τὸν ἰχθὺν τοῦτον αὐτῷ παρασχόντος, παρεσχηκέναι. Rectius fuerit ἀντιπαρεσχηκέναι.

Ibid. d. In fine loci Antiphanis ex Philotide petiti non incommode addideris ἀπολεῖ μ' οὑτοσί. Cfr. eiusdem poetae locum XIV p. 662 b. Sequitur continuo Eubuli locus, cuius primam partem ita refinxerim

τήν τ' εὐπρόσωπον λοπάδα τοῦ θαλαττίου
γλαύκου φέρουσαν εὐγενέστατον κάρα.

Affert enim haec Athenaeus, ut glauci caput in magno honore fuisse doceat. De versu tertio cfr. Com. gr. III p. 225.

Ibid. e. In Anaxandridis loco ἀμύμονος pro ἀκύμονος ex-

hibui ex emendatione Dobraei. Eadem postea Cobeti coniectura fuit. Vs. 4. erat *τόνδε πάντα.*

Ibid. f. *καθαρείως* scripsi pro *καθαρίως*. In Antiphanis fragmento vs. 7. Porsonus *ψήττας ἰξύς* coniecit pro *ψήττας κίσχος*, debebat *ψήττης ἰξύς*. Sed aliud quid latet, v. Com. graec. vol. III p. 73.

VII, 296. a. *ἐπώνυμος* addidi Porsonum secutus, *παῖδες θεοῦ* malebat Dobraeus. In Theolyti versibus

*Ἀνθηδών νύ τίς ἐστιν ἐπὶ πλευροῖο θαλάσσης*
*ἀντίον Εὐβοίης σχεδὸν Εὐρίποιο ῥοάων,*

nescire me fateor quid sit *πλευρὸν θαλάσσης*. Fortasse *ἐπὶ λευροῖο θαλάσσης* scribendum, quod apprime convenit Anthedoni, in ea parte Euripi sitae, ubi angustiae maris iamiam aliquanto recedunt. Haud inepte compares homericum *ἐπὶ πλατεῖ Ἕλλης πόντῳ.*

Ibid. b. Citatur *Προμαθίδας ἐν ἡμιάμβοις*, quod vide ne *μελιάμβοις* scribendum sit. V. Analecta Alex. p. 390. Vix enim intelligas quo pacto nomina *Πολύβου τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Εὐβοίας τῆς Λαρύμνου* hemiamborum metro adaptari potuerint.

Ibid. d. *ὅτε Ἰάσων μετὰ τῶν Τυρρηνῶν ἐμάχετο.* Pro *μετὰ* requiro *κατά*. Mox praeeunte Emperio scripsi *κατὰ δὲ Διὸς βούλησιν ἐν τῷ τῆς θαλάττης βυθῷ ἀφανισθῆναι* pro *φανῆναι.*

Ibid. e. De Alexandri Aetoli loco vide Analecta Alex. p. 238. Vs. 2. quamvis *λιτὴ* fortasse defendi potest, nescio tamen an *κλυτὴ* scribendum sit.

Ibid. f. In Aeschrionis loco addidi *βρῶμα*. V. Choliambogr. fragm. p. 138.

VII, 297 a. Erat *λειποθυμοῦντα*. Ibid. *ἐπὶ κρήνῃ* pro *ὑπὸ κρήνῃ* et *ἀποψυχόμενον* pro *ὑποψυχόμενον* dedi Piersonum ad Moerin p. 170. secutus.

Ibid. b. *Ἡδύλη — ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σκύλλῃ ἱστορεῖ Γλαῦκον ἐρασθέντα ἐλθεῖν αὐτῆς εἰς τὸ ἄντρον*

*ἢ κόγχου δώρημα φέροντ' Ἐρυθραίης ἀπὸ πέτρης*
*ἢ τοὺς ἀλκυόνων παῖδας ἔτ' ἀπτερύγους.*

Horum priora Hedyle ita scripsisse videtur

Σκύλλης ἄντρον ἐσῆλθε φέρων
ἢ κόγχον δωρήματ' Ἐρυθραίης ἀπὸ πέτρης.

In quo pluralis δωρήματα notissimo usu positus est. Ceterum compara cum his Pseudo-Tibullum III, 17. in Erythraeo legitur quae littore concha. Adde Babrium fab. 115, 7. τὰ τῆς ἐρυθρῆς πάντα δῶρά σοι δώσω. Exerc. philol. I p. 26.

Ibid. e. καὶ τὴν θυσίαν ταύτην καλεῖσθαι θυνναῖον. Scripsi quod usus postulabat θυνναῖα. Compara τοναῖα, σακαῖα alia.

VII, 298. e. In Archestrati loco πορθμῷ dedi pro πορθμοῦ.

VII, 299. b. τὰς μέντοι πληθυντικὰς οὐκ ἔθ' ὁμοίως τῷ ποιητῇ. Fortasse excidit ἐκφέρουσιν. Ib. ex Aristophane dedi ὅπερ pro ὥσπερ.

Ibid. d. Erat ἰδικώτερον.

Ibid. e. In Antiphanis loco scriptum erat ὀσφρᾶσθαι et οὕτως ἔσθ' ἅγιον παντελῶς. quorum illud Elsmleius, alterum Dindorfius correxit.

VII, 300. a. Timocles πῶς ἂν μὲν οὖν σώσειε ἶβις καὶ κυών. Forsitan πῶς ἄν με νῦν.

Ibid. c. Eubulus αἵ τε λιμνοσώματοι | βοιώτιαι παρῆσαν ἐγχέλεις. Scripsi λιπαροσώματοι. ut conieci Quaest. scen. III p. 18. Valckenarius λειοσώματοι. Pro παρῆσαν posui παρῆσαν propter vs. 1. ἐπεισέπλει.

Ibid. Antiphanes Θρῄκης κατάρδων ποταμὸς ὠνομασμένος. Scripsi Θρῄκην.

Ibid. d. Loca enumerantur anguillarum multitudine clara: καὶ περὶ τὸν Εὐλέα ita Schweigh. pro εὐκλέα) δὲ ποταμόν. οὗ μνημονεύει Ἀντίμαχος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Δέλτοις οὕτως Ἐλθὼν Εὐλείας πηγὰς ἐπὶ δινήεντος. Apertum est pro Εὐλέα scribendum esse Εὐλέαν et in Antimachi versu Εὐλεία i. e. Εὐλείου. Exercit. philol. I p. 26. Scripsi nunc Εὐλῆος, similiterque iam et rectius fortasse Bergkius Εὐλεῖος. Itaque nominativus fuit Εὐλεύς sive, ut mihi videtur, Εἰλεύς, quemadmodum Εἰλισσός fluvius a flexuoso cursu dictus est.

Ibid. περὶ αὐτοῦ post φησὶ τάδε deleverim.

Ibid. c. In Archestrati loco repraesentavi scripturam cod. A. quamvis corruptam.

VII, 301. a. Archippi locus legebatur ita scriptus *καὶ τὴν μὲν ἀφύην καταπέπωκεν ἑψητὸς ἐντυχών.*

Ibid. d. Mnaseas Patrensis *Ἰχθύος δὲ γίνεται καὶ Ἡσυχίας τῆς ἀδελφῆς γαλήνη καὶ μύραινα καὶ ἠλακατῆνες.* Recepi in his Adami coniecturam *γαλῆ* et *ἠλακατὴν* scripsi; fortasse tamen pro *γαλήνη* scribendum potius *γλάνις*. Nec *Ἰχθύος* incorruptum videtur; fortasse *Ἴσχνος* auctor scripserat. Sed praestabat totum hoc figmentum, cuius sub involucro quid sententiae absconditum lateat ne suspicari quidem licet, intactum relinquere.

Ibid. f. *Ἀρχέστρατος δέ φησιν*

*ἀμφὶ δὲ τὴν ἱεράν τε καὶ εὐρύχορον Σάμον ὄψει*
*θύννον ἁλισκόμενον σπουδῇ μέγαν, ὃν καλέουσιν*
*ὄρκυν, ἄλλοι δ᾽ αὖ κῆτος· τούτου δὲ θεοῖς χρή*
*ὀψωνεῖν· ἃ πρέπει ταχέως καὶ μητέρι τιμῆς.*

In his quod de variis thynni nominibus dixit, illustratur Sostrati annotatione apud Athenaeum VII p. 303 b. qui pelamydem *μείζω γινομένην* thynnum appellari dicit, *ἔτι δὲ μείζω ὄρκυνον, ὑπερβαλλόντως δὲ αὐξανομένην γίνεσθαι κῆτος.* Versu tertio quo pacto *ὄρκυν* ultimam producat non intelligitur; nec vero *ὄρκυνον*, quod Epit. habet, probari potest. Archestratus *ὄρκυν᾽* scripserat, a recto casu *ὄρκυν*, *ὄρκυνος*. ut *Φόρκυν*, *Φόρκυνος*. Nec deest exemplum eius formae. Anaxandrides Protesil. Fragm. I, 61. *μύες ὄστρεια κτένες ὄρκυνες.* Sequentium autem verborum neque structuram neque sententiam perspicio. Recte quidem Coraes vs. 4. *μὴ περὶ τιμῆς* scribendum esse intellexit pro *μητέρι τιμῆς*, sed idem quum id elliptice dici posse censet ita ut subaudiatur *μικρολογεῖσθαι*, longissime a vero aberravit. Excidit haud dubie versus, cuius initio fortasse verbum *δηριάαν* vel simile positum erat. Cetera ita expedio

*τούτου δὲ θεοῖς χρὴ*
*ὀψωνεῖν ἃ πρέπει ταχέως καὶ μὴ περὶ τιμῆς —*

Nimirum non omnes thynni partes expetebant gulosi; caput e. c. in vilissimis obsoniis habebatur, contra *τὰ οὐραῖα* in magno honore erant, ut intelligitur ex Athen. VII p. 303. f.

Itaque thynni partes quas deceat diis offerendas esse dicit. Exercit. philolog. I p. 26. et II p. 14.

VII, 302. a. In eodem Archestrati loco inde a vs. 8. leguntur haec

ἂν δέ ποτ' Ἰταλίας ἱερᾶς Ἱππώνιον ἔλθῃς.
ἑρπετὸν εἰς ὕδατος στεφάνους· πολὺ δὴ πολὺ πάντων
ἐνταῦθ' εἰσὶν ἄριστοι —

Horum versu secundo hoc unum video scribendum esse ἕρπε τότ' εἰς, sed ὕδατος στεφάνους. quod Iacobsius ὑδατοστέφανον scribi voluit, non expedio. Hermannum conicere memini Ἱππωνίου ἔλθῃς ἑρκίον εἰς ὑδατοστεφάνου.

Vs. 12. βρυχίου διὰ πόντου non recte explicat Schweigh. de mari horrisono, quae potestas non inest adiectivo βρύχιος. quod cum ad βρέχειν. non autem ad βρυχᾶσθαι. revocandum esse primae syllabae mensura indicet, apparat nihil aliud significare quam ὑγρός. Exercit. phil. II p. 14.

Ibid. c. Theodoridas

θύννοι τε δὴ οἰστρήσοντι Γαδείρων δρόμον.

Non haec iambicis numeris includenda esse haec docet emendatio ad linguae usum necessaria:

θύννοι τε διοιστρήσοντι
Γαδείρων δρόμον.

Ibid. d. In Strattidis fragmento θύννον τι dedi pro θύννον τε.

Ibid. e. Ἔριφος Μελιβοίᾳ

ταῦτα γὰρ οἱ πένητες οὐκ ἔχοντες ἀγοράσαι —

Dindorfius ταῦθ' οἱ πένητες ex emendatione Casauboni. Dobraeus Ἔριφος Μελιβοίᾳ ταῦτα γράφει· Οἱ πένητες — Malim ταῦτα γὰρ | οἱ μὲν πένητες.

Ibid. f. Alexis ἀπελευθέρων ὀψάρια θηρεύουσί μοι. Herwerdenus — ὀψάρια γὰρ θηρῶσί μοι.

VII, 303. a. Alexis οὗτος πρότερον κεφάλαιον εἰ θύννου λάβοι. Ita scripsi (non κεφαλαῖον) pro οὗτος πρότερον, κεφαλὴν εἰ λάβοι θύννου. Cf. Calliam p. 286 b. Dindorfius cum Erfurdto οὗτος δὲ πρότερον εἰ κεφαλὴν θύννου λάβοι.

Ibid. c. In Aeschyli fragmento μύδρος pro μύδρους scripsi cum Dobraeo.

Ibid. d. Cratinus

*ἐγὼ γάρ εἰμι θυννὶς ἢ μελαίνας ἢ*
*καὶ θύννος ὀρφὼς γλαῦκος ἔγχελυς κυών.*

Pro *μελαίνας*, quod nihil est, scripsi *μελαινάς*; rectius tamen scripseris *μελαινίς*, quod conchae genus est. V. Athenaeum III p. 86 a. Totus locus ita fortasse scribendus est:

*ἐγὼ γάρ, εἴ μοι θυννὶς ἢ μελαινὶς ἦν —*

Ibid. e. Archestratus

*καὶ θύννης οὐραῖον ἔχειν, ἣν θυννίδα φωνῶ*
*τὴν μεγάλην.*

Pro *ἣν* posui articulum hoc sensu thynnida dico adultam. Vs. 6. forsan recte Dalecampius *καὶ ξήρ', ἂν ἐθέλῃς ἔσθειν, γενναῖα πέλονται.*

Ibid. In Antiphanis loco cum Cobeto *ὁ δ' ἐν ἀγρῷ* posui pro *ὁ μὲν ἀγρῷ*. Vs. 4. *πρὸς γῆς* (non *πρὸς τῆς*, qui operarum error est) dedi item cum Cobeto pro *πρὸς τῇ*. De vs. 7. vide Com. graec. vol. III p. 70 et Herwerdenum Nov. Add. crit. p. 19.

VII, 304. b. *ὃν Λυσανίας*. Vulgo *ὡς Λυσανίας*. Sequitur Hipponactis locus, quocum ad unius fragmenti perpetuitatem coniungendi sunt versus quos servavit Athenaeus XIV p. 645 c. Vs. 1. *ῥύβδην* pro *ῥύδην* scripsi cum Bergkio. Vs. 2. erat *θύνναν*, quod *θυννίδα* scripsi, Bergkius *θύννην*. Fortasse tamen *θύννα* illi nominum generi accensendum est de quo egi ad VIII p. 333 d. Pro *μυσσωτὸν* ante Bergkium erat *μυττωτόν*. Vs. 4. *ὥστε χρὴ σκάπτειν πέτρας τ' ὀρείας.* Lacunam post *σπάπτειν* statuit Gaisfordus. Fortasse *ὥστε χρῇ σκάπτειν πέτρας ὀρείας*. V. quae dixi in Choliamb. poesi p. 120.

Ibid. d. Numenius *ἠὲ μέγαν συνόδοντα ἢ ἀρνευτὴν ἵππουρον.* Scribendum *συνόδοντ' ἤ*, quamvis *συνόδοντα ἤ* etiam aliis locis Athenaeus teneat.

Idem lit. e. *χάννους τ' ἐγχέλυάς τε καὶ ἐννυχίην πίτυνον.* Mirabile marini piscis epitheton est *ἐννυχίη*, quod Casaubonus ad nocturnam piscationem referebat, parum probabiliter. Scripsi *εἰναλίην πυτίνην* (Fragm. Com. graec. vol. II p. 125.) quod piscis nomen esse potuit a similitudine pytinae ductum. Cfr. ad p. 327 f.

VII, 305. a. ἐρπίλλας scripsi pro ἐρπήλας ex p. 306 c.

Ibid. c. Cratini locus ante Cobetum sic scribebatur *τρίγλη δ' εἰ μὲν ἐδηδοκοίη τένθου.*

Ibid. d. In Pancratis loco erat *οἷς ἤδη κίχλην οἰνώδεα.* quod *οἶσ' ἤδη* scripsi ex coniectura Bergkii.

Ibid. f. Ultimus Archestratei fragmenti versus ad structuram loci inhabilis est nec intelligi potest, nisi post secundum versum ponitur hoc modo:

> *τὸν κάπρον ἂν ἐσίδῃς, ὠνοῦ καὶ μὴ κατάλειπε,*
> *ἄρθρων μηλείων ἐπὶ γῆν δωρήματα βάλλων.*

h. e. eme caprum quovis pretio proiciens quod e talorum ludo fecisti lucrum. Spectant haec ad deperditam aliquam carminis partem, in qua quem h. l. alloquitur Archestratus amicum (sive is Moschus fuit sive Cleaenus) ex talorum lusu pecuniam collegisse dixerit. Talos ex ossibus agnorum hinuleorumque confieri nota res est. Possunt tamen *μηλείων ἄρθρων δωρήματα* etiam de lucro intelligi, quod ille ex vendendis agnorum carnibus fecerat, ut lanionem eum fuisse suspicari possis.

VII, 306. a. In eiusdem poetae loco:

> *κιθαρὸν δὲ κελεύω*
> *ἂν μὲν λευκὸς ἔῃ * * στερεός τε πεφύκῃ,*
> *ἕψειν εἰς ἅλμην καθαρὰν βαιὰ φύλλα καθέντα,*

fortasse post *ἔῃ* excidit *ἰδέειν*, ut est vs. 4. *ἂν δ' ᾖ πυρρὸς ἰδεῖν*, vel *χροιήν*. Tertio versu num *βαιά*, quod ex L. receptum est, recte pyrrhichii mensuram habeat vehementer dubito. Vulgo *καὶ ἄφυλλα*. Venetus quid habeat non indicatum est. Scribendum videtur *εἰς ἅλμην καθαρὰν καὶ φύλλα καθέντα*. In muria et foliis citharum coqui iubet. Cfr. Sotades in Fragm. Com. graec. vol. III p. 585. de labrace *ἔσται δι' ἅλμης λιπαρὸς ἑφθεὶς ἐν χλόῃ*. Adde Archestratum p. 310 d. Exercit. phil. I p. 26.

Ibid. d. In Sophronis loco dedi *ὄκκα τινὸς δῆσθε* pro *ὄκα*.

Ibid. f. *κύουσι δὲ τριάκοντα ἡμέρας* posui pro *ἡμερῶν*. et sic est apud Aristotelem.

VII, 307. d. Antiphanes *κέστρεις ἔχων ἄλλους στρατιώτας τυγχάνεις | νήστεις*. Scripsi *ἀλλ' οὐ στρατιώτας*.

Ibid. e. In Amipsiae loco *ἧττον γὰρ οὖν* scripsi cum Do-

braeo pro ἧττον γ' ἂν οὖν. In seq. versu malim deleta καθάπερ vocula, νῆστις ἀκολουθήσεις ἐμοὶ κεστρεύς.

VII, 308. b. In Platonis loco dedi ἐξιόντι γὰρ | ἁλιεὺς ἀπήντησεν φέρων μοι κεστρέας. Vulgo ἐξιόντι μοι. BP ἐξιόντι μὲν γάρ. Continuo sequuntur haec σὺ δὲ εἰπέ μοι, ὦ Θετταλὸν πάλαισμα. Non sine causa haesit Porsonus σόφισμα corrigens. Editum defendere conatus sum ad Theocr. p. 294. Non male tamen legeretur παιπάλημα.

Ibid. c. ἢ διὰ τὴν ἐχεμυθίαν; θεῖον γὰρ ἡγοῦνται τὴν σιωπήν. Pythagoreorum dicit silentium. Pro θεῖον, quod ferri non potest, scripsi ὅσιον. qui frequens error est, cuius exempla composui in Philologo Gott. XIV p. 18.

Ibid. f. Erat ἐν Τελμισσεῦσι.

VII, 309. d. Epicharmus καὶ μάλ' ἁδροὶ κωβιοί. Secutus sum Casaubonum. Vulgo χάλανδροι, A χάλαδροι. Credibile tamen aliud quid latere. V. Ahrensium.

Ibid. e. In Epicharmi loco πάντας pro πάντες posui cum Casaubono et χαδύνοντες pro χαδύναντες scripsi ex B, ne diversa tempora in eadem sententia coniungantur.

VII, 310. a. Theognis: δείπνου δὴ λήγοιμεν ὅσου τινὰ θυμὸς ἀνώγοι. Fortasse δείπνου δὴ μηδοίμεθ' ὅσον.

Ibid. c. Archestratus εἶτα κυμίνῳ αὐτὰ πάσας ἁλὶ μὴ συχνῷ ὄπτα. Sustuli hiatum scribendo ταῦτα.

Ibid. d. πλευρώμασιν dedi ex emendatione Iacobsii, libri πληρώμασιν.

VII, 311. b. μαλακῶς χρηστούς J. G. Schneiderus, vulgo μαλακοὺς χρηστῶς. Praeterea δίχ' ἅλμης scripsi pro δι' ἅλμης. Veram esse emendationem ostendit vs. 14. Versu sequente erat μηδὲ προσέλθῃ σοι πρὸς τοὔψον τοῦτο ποιοῦντι, ubi Coraes ποτὲ scripsit pro πρός. Scribendum erat περὶ τοὔψον τοῦτο πονοῦντι.

Ibid. c. Exhibui Porsoni emendationem, vitiose libri τῶν δὲ πετραίων ἰχθυδίων τῶν τρισκαταράτων. Nisi praeferas quod idem suasit, τῶν δὲ πετραίων ὀψαρίων τῶν τρισκαταράτων. ut ἰχθυδίων pro glossemate habendum sit; sed genitivi difficilem explicatum habent.

VII, 312. c. ἧττον τῶν ἐγχέλεων Dobraeus, οὐχ ἧττον

τῶν ἑ. libri. In Platonis loco fortasse προσέτι pro πρόσεστιν (corr. oper. errorem) scribendum est.

Ibid. e. ἀμμώδεσιν ἐρημίαις pro λιμώδεσιν ἐρ. dedit Scaliger. Continuo ἔστι δὲ ταῦτα δύο βιβλία. Recte ut videtur O. Schneiderus ad Nicandrum p. 182, 1. pro δύο corrigit δ'. In sequentibus pro μύρος, quod aperte cum μύραινα cognatum est, ubique scripsi μῦρος.

VII, 313. b. Epicharmus βῶκάς τε πολλούς. Ita Dindorfius in notis; abest vulgo τε.

Ibid. b. Epaenetus: σμαρίδα. ἣν ἔνιοι καλοῦσι κυνὸς εὐνά. C κυνὸς εὖναν. Idem Epaeneti locus est p. 128 f. ubi A habet εὖναι. B εὐναί. Idque verum videtur; notum est proverbium κυνὸς εὐναί. Inditum hoc nomen pisci propter salacitatem.

Ibid. Antiphanes πῶς; οὓς ἂν ἄνθρωπος φάγοι. Ita correxi editum πῶς ουν ἄνθρωπος φάγοι. ἂν addidit Casaubonus.

Ibid. c. οπως σε πείσῃ μηδὲ εἷς. Imo πείσει. ut voluit Cobetus Mnem. VII 157.

miaIbid. e. In Epicharmi versu cum Ahrensio dedi μύρμαι θ' οἵ τε κολιᾶν μέζονες | ἐντί. Vulgo μύρμαι τοί τε —

VII, 314. f. Archestratus πρὸς ἄκραισι Πελωριάδος προχοαῖσι. Scribendum esse suspicor προμολαῖσι. Sequuntur verba ὡς ὁ ἐκ Γέλας, μᾶλλον δὲ Καταγέλας οὗτος ποιητής. Archestratum dicit Geloum, quem irrisurus e Καταγέλᾳ oriundum dicit. Cf. Aristoph. Acharn. 606. τοὺς δ' ἐν Καμαρίνῃ κἀν Γέλᾳ καὶ Καταγέλᾳ. Consimili lusu idem poeta apud Plutarchum Comp. Men. et Aristoph. p. 853 b. ὑπὸ τοῦ γέλωτος εἰς Γέλαν ἀφίξομαι et Dionysius apud Plut. de laude sui p. 542 d. Διονύσιος τὸν Γέλωνα διασύρων καὶ γέλωτα τῆς Σικελίας ἀποκαλῶν. In iis quae statim subiciuntur verba διὰ τὴν λαγνείαν seclusi utpote e superioribus temere repetita.

VII, 315. b. μνημονεύων δ' αὐτοῦ (τοῦ ὀρφοῦ) Νουμήνιός φησι

> τοῖσί κεν εὐμαρέως θαλάμης ἄπο μακρὸν ἀείροις
> σκορπίον ἢ ὀρφὸν περιτρηχέα· τῶν γὰρ ἐπ' ἀκρῆς.

Apertum est poetam in superioribus de esca egisse, qua or-

phum et scorpium ex lustris educere liceat. In eandem sententiam accipienda sunt haec eiusdem poetae verba VII p. 304 f.

*κεῖνο δὲ δὴ σκέπτοιο τό κεν καὶ ἰουλίδα μάργον*
*πολλὸν ἀποτρωπῷτο καὶ ἰοβόλον σκολόπενδραν.*

A quorum sententia aberravit Schweighaeuserus, *κεῖνο* ad pharmacum aliquod referens, quo iulides arceantur; supplendum potius *δέλεαρ* et *ἀποτρωπᾶσθαι* intelligendum ut in superiore loco *μακρὸν ἀείρειν*. Res aperta est ex VII 305 a.

*καὶ δὲ σύγε μνήσαιο δελείατος, ὅττι παρ' ἄκρα*
*δήεις αἰγιαλοῖο γεώλοφα.*

et ibid. p. 322 b.

*τοῖσί κε θηρήσαιο φαγεῖν λελιημένος ἰχθύν,*
*ἠὲ μέγαν συνόδοντ' ἢ ἀρνευτὴν ἵππουρον.*

Sed ad nostrum locum ut revertar, manifestam corruptelam subiere quae altero versu leguntur *τῶν γὰρ ἐπ' ἀκρῆς*, quibus quas medelas afferre conati sunt critici, earum probari potest nulla; mihi satis leni emendatione scribendum videtur *τῶν γὰρ ἐρᾷ κρῆς*, sed ita ut in sequentis versus initio affuisse putem *ἐσθιέμεν*. Exercit. phil. II p. 15. Non male tamen Iacobsius coniecit *τῶν γὰρ ἐπακτήρ*, nisi quod *ἐπακτρεῖς* scribere debebat.

Ibid. c. In Platonis loco erat *ὀρφοῖσι*.

Ibid. f. *γαλλερίας*. Vulgo *γαλλερίδας*.

VII, 316. a. Archestratus de callaria pisce:

*σομφὴν δὲ τρέφει τινὰ σάρκα*
*κἄλλως οὐχ ἡδεῖαν ἔμοιγ'· ἄλλοι δ'* * *
*· αἰνοῦσιν· χαίρει γὰρ ὁ μὲν τούτοις, ὁ δ' ἐκείνοις.*

Cod. A *ἐμοί γε ἀλλ' ὁ δαίνουσαν*. Lacunam implevi *ἄλλοι δέ νιν αἰνῶς αἰνοῦσιν*, quorum *αἰνοῦσιν* debetur Heringae.

Ibid. c. Alcaeus: *ἔδω δ' ἐμαυτὸν ὥσπερ πουλύπους*. Ita Schweighaeuserus, libri *ὡς*, quod revocatum seclusi ut voluit Nauckius. Pro *ἔδω* aut *ἔδομαι* aut cum Nauckio *ἔσθω* reponendum est. Sequentia, quae suo loco mota videntur, deleri voluit Dobraeus. In Eupolidis fragmento *ἀνὴρ πολίτης πουλύπους ἐς τοὺς τρόπους*, *πολίτης* de vitio suspectum est. Fort. fuit *παλαιστής* figurato sensu de vafro homine dictum. Pro *ἐς* Dobraeus *τις*.

Ibid. e. De Pherecratis loco v. Com. graec. II p. 256.

Ibid. f. ἐστὶν [ἰδοῦ] φιλτάτη scripsi Dobraeum secutus. Edebatur ἐστὶ φίλτατε, ex quibus φίλτατε revocandum.

VII. 317. a. ἐφαρμόζειν pro ἐφαρμόζον dedi ex Antigono. V. Bergkium ad Theogn. 215.

Ibid. f. Θεόφραστος — τὸν πολύποδά φησι τοῖς πετρώδεσι μάλιστα μόνοις συνεξομοιοῦσθαι. Pro μόνοις, quod Causaubonus ἢ μόνοις τόποις scribebat, colorem eum mutare ad similitudinem saxorum potissimum, aut etiam solorum, ego correxi μνίοις.

VII. 318. b. Aristoteles πουλύπους — τίς ὃ μὲν τρεψίχρως ὁ δὲ ναυτίλος. Fortasse ὁ μέν τις τρεψίχρως. De Callimachi epigrammate dixi ad Callimachum p. 268. Vs. 2. ἄνθεμα πρῶτον ἔχεις. Forsan ἄνθεμ' ἔρωτος. Vs. 6. ποσσίν· ἴδ' ὡς τὤργῳ. Ita haec scripsi, in quibus ὡς τὤργῳ Hauptio debetur. Cod. A ποσσὶν ἵν' ὥστ' ἔργῳ. Dindorfius ex coniectura Hermanni ποσσί· ἵν' ὥστ' ἔργῳ. Vs. 7. Ἰουλίδος Dindorfius cum Casaubono; fortasse Ἰωνίδας. Vs. 8. σοί τι Ernestus, vulgo σοὶ τό. De postremis Callimachei carminis versibus v. ad Theocr. p. 317.

Ibid. c. Ion tragicus καὶ τὸν πετραῖον πλεκτάναις ἀναίμοσι | στυγῶ μεταλλακτῆρα πουλύπουν χροός. Non apparet unde pendeant dativi πλεκτάναις ἀναίμοσι. Durum enim est coniungere πλεκτάναις πετραῖον, et intelligere cirris saxa complectentem. Vereor ne versus exciderit.

Ibid. d. ἔγραψε δὲ καὶ Ποσείδιππος εἰς τὴν ἐν τῷ Ζεφυρίῳ τιμωμένην Ἀφροδίτην τόδε τὸ ἐπίγραμμα τοὐπίγραμμα

> τοῦτο καὶ ἐν ποταμῷ καὶ ἐπὶ χθονὶ τῆς φιλαδέλφου
> Κύπριδος ἱλάσκεσθ' ἱερὸν Ἀρσινόης,
> ἣν ἀνακοιρανέουσαν ἐπὶ Ζεφυρηίδος ἀκτῆς
> πρῶτος ὁ ναύαρχος θήκατο Καλλικράτης.

Zephyrium non littoris sed promontorii nomen fuit; itaque recte Valckenarius a Dindorfio memoratus ἄκρης pro ἀκτῆς scripsit. Praeterea corruptum videtur ἀνακοιρανέουσαν, cuius compositi quae vis sit non perspicitur. Recte quidem apud Homerum legitur μάχην ἀνακοιρανέοντα, in quo praepositio ad μάχην spectat. At Posidippus scripserat ἣν ἄρα κοιρανέουσαν. Denique Ζεφυρηΐς vitiosum videtur. A Ζεφύ-

ριον enim formatur Ζεφυρίτης et Ζεφυρῖτις. Illud autem ad ζέφυρος revocandum esset, quemadmodum Nonnus recte dixit ζεφυρηίδος αὔρης. Corrigendum igitur ΖΕΦΥΡΙΤΙΔΙΔΟϹ, quodvix apice differt a ΖΕΦΥΡΗΙΔΟϹ. Exercit. philol. Spec. II p. 25. ἀκτῆς nescio quo errore in Athenaeo relictum est, et Ζεφυρίτιδος coniecerat iam Valckenarius ad Callimachi Eleg. p. 165. Pro ποταμῷ quod inepte opponitur τῇ χθονί, recepi Iacobsii emendationem certissimam πόντῳ. Praeterea vs. 4. nescio quid significet πρῶτος, cui Hermanni monitu substitui σῶστρον. Id enim dici debuit, Callicratem Veneris opera e praesenti mortis periculo servatum Arsinoae templum dedicasse.

Ibid. e. In Epicharmi loco vitiose editur χὰ δυσώδης βολβίτις γραῖαί τ' ἐριθακώδεες. βολβίτις enim a βολβός formatum βολβῖτις scribendum esset, a βόλβιτον autem formatur βολβιτίνη aut βολβίταινα aut penultima brevi βολβιτίς. idque in Epicharmi loco reponendum est. Exercit. phil. I p. 26.

Ibid. f. Anonymi fragmentum πουλύποδες γαλεοί τε κύνες Archestrato vel Matroni assignandum videtur.

VII, 319. a. Τιμοκλῆς — ἐν Πορφύρᾳ οὕτως· εἶθ' ἁλιεὺς ὢν ἄκρος σοφίαν — Pro εἶθ' cod. A ἴτ', Dobraeus εἴπερ. Fort. οὑτωσί· ἁλιεὺς ὢν ἄκρος — Vs. 2. Cobetus θεοισεχθροῖσι.

Ibid. b. In Sophoclis loco vs. 1. πάροικος recte opinor delevit Dobraeus. Vs. 2. πάραυλος dedi cum Bergkio, vulgo πάροικος. Vs. 3. vulgo τῷδε. Correxit Nauckius.

Ibid. χάννην scripsi pro χάνναν. fortasse sine causa. V. ad VIII p. 333 d. In Numenii loco περὶ πέτρην dedi pro παρὰ πέτρην cum Schweighaeusero.

Ibid. e. Archestratus de piscibus in Mileti ora agens

ὁμῶς κροκόδειλον αν ὀπτὸν
δαισαίμην ἀπ' ἰπνοῦ, τερπνὸν παίδεσσιν Ἰώνων.

In his ἰπνοῦ Dindorfius scripsit, libri ἴπνου, quod recte habet si ἀπ' Ἴπνου scripseris. Ἰπνοῦς fuit locus in Samo insula, quem Ἴπνον Archestratus vocabat. Similiter quem in Pelio monte locum Herodotus Ἰπνοί appellat, eundem Stephanus Byz. p. 335, 20. dicit Ἰπνοῦντα.

VII, 320. a. Archestratus σκάρον ἐξ Ἐφέσου ζήτει, χειμῶνι δὲ τρίγλην. Implevi versum addito καί. Cf. sequens fragm. καὶ σκάρον ἐν παράλῳ — Vs. 3. Καρῶν πέλας ἀγκυλοκώλων. Permirum hoc Carum epitheton est. Num agiles pedibus et pernices intelligi voluit? an αἰπυκολώνων scripsit, in montium summitatibus habitantium? Cf. Aristophanes Av. 239. ubi vide schol.

Ibid. c. In Epicharmi fragmento εἶκε cum Ahrensio scripsi pro ἧκε, quod pro vulgato εἰ καὶ posuerat Valckenarius. In sequentibus repraesentavi librorum scripturam quamvis corruptam. Schweighaeuserus et Dindorfius καλλίστας σαγήνας χαλιεύομεν σπάρους. Ahrensius καλλίστους ἁλιτᾶν τηγανισθῆμεν σπάρους.

VII, 321. a. In Epicharmi loco θ' οἵ τε et γα pro τοί τε et γε scripsi cum Ahrensio.

VII, 322. c. Archestratus

αὐτὰρ τὸν σινόδοντα μέν, ὃν ζήτει παχὺν εἶναι,
ἐκ πορθμοῦ δὲ λαβεῖν πειρῶ καὶ τοῦτον ἑταῖρε.

Non credibile est Archestratum tam elumbem versum fecisse qualis primus est. Accedit quod μὲν post αὐτὰρ inferri non potest; neque apparet unde pendeat accusativus σινόδοντα. Itaque scribendum suspicor

αὐτὰρ τὸν σινόδοντα, Μένων, ζήτει παχὺν εἶναι.

Haec enim fuit Archestratei carminis ratio, ut amicos subinde compellaret ad eosque gulae praecepta dirigeret, ex quibus etsi Athenaeus VII p. 278. duos tantum, Moschum et Cleandrum, commemorat, nihil tamen prohibet, quominus etiam Menonem passim compellatum esse statuamus. Alioquin possis etiam μένων corrigere, ut hoc dicat sinodontem eme expectans dum ad pinguedinem adoleverit. Fretum autem, in quo sinodon capiendus sit, dicit haud dubie Siculum, ut in locis VII 313 a. et 314 f. Exerc. phil. I p. 27.

Ibid. d. Alexis fortasse scripserat τυρῷ τε σάξον ἁλσί τ', εἶτ' ὀριγάνῳ [δρίμυξον vel simile quid].

VII, 323. f. καὶ κυίσκονται πεντεκαίδεκα ἡμέραις. Malim ἐν πεντεκαίδεκα.

VII, 324, a. ἐξ ἑφθοῖς. Fort. διέφθοις.

Ibid. c. Alexis ἐπὶ τὸ τάγηνον σίζον ἐπεισιὼν φέρω. Pro ἐπεισιών correxi ἐπισείων.

Ibid. e. τὸ δὲ τρίτον τεκοῦσα ἄγονός ἐστιν. Cf. Aristoteles H. A. V, 9. In loco Epicharmi ἄγε δὴ τρίγλας τε κυφὰς κἀχαρίστους βαίονας, vereor ne κἀχαρίστους corruptum sit, quo cum parum iucundi et viles pisces significentur, ἀχαρίτους potius requiritur quam ἀχαρίστους, nisi forte dialectus Syracusana ἀχάριστος formavit a χάρις gen. χάριστος, ut ἀθέμιστος a θέμις gen. θέμιστος formatum est.

Ibid. f. In Sophronis loco cum Ahrensio dedi τρίγλας μὲν γένηον, pro quo τρίγλας τ' ενηον A, τρίγλας τένηον BP. Idem locus est p. 325 a. ubi legitur τρίγλας μέν γε πίονας.

VII, 325. b. Laudatur Melanthius scriptor, de quo dixi Com. graec. IV p. 319. Non recte tamen statui de schol. Apollonii Rh. I 1126. τῶν Ἰδαίων Δακτύλων καλουμένων πρώτους φησὶν εἶναι παρέδρους τῆς μητρὸς τῶν θεῶν, ἀκολουθῶν Μενάνδρῳ λέγοντι τοὺς Μιλησίους, ὅταν θύωσι τῇ Ῥέᾳ, προθύειν Τιτίᾳ καὶ Κυλληνῷ. ubi Struvio apud Lobeck. Aglaoph. p. 1358. Menandrum comicum intelligi posse visum est, ego autem olim Melanthii nomen reponendum esse suspicatus sum. Nunc non dubito, quin ista e Maeandrii Milesiacis a schol. Aristoph. Pac. 263. aliisque apud C. Keilium Vindic. Onomatol. p. 12. laudatis ducta sint. Idem error apud Zenobium Prov. IV, 32. Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται, ταύτης μέμνηται Μένανδρος ἐν τῇ πρώτῃ. λέγει γὰρ ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ γῇ ὁ πρεσβύτατος (leg. ὁ πρεσβευτὴς) ἀκοντισθεὶς διὰ τοῦ στήθους ἀπώλετο. Quae Menandri Protectoris verba esse male statuit Niebuhrius. Scribendum Μαίανδρος sive Μαιάνδριος. Denique eundem scriptorem, cuius nomen frequenti errore et facili passim Λέανδρος seu Λεάνδριος scribi constat, commemorari suspicor a Stephano v. Ὕδη. Μαίανδρος, ὃν Νικάνωρ παρατίθησι ἐν μετονομασίαις, τὴν αὐτὴν Ὕδην καὶ Σάρδεις φησίν, ubi vulgo legitur Λέανδρος ὁ Νικάνωρ. Exerc. phil. II p. 15 sq. Non legerat haec Müllerus H. G. IV 657.

Ibid. d. ἐὰν δ' ἀποπνιγῇ τρίγλη ζῶσα ἐν οἴνῳ καὶ τοῦτο ἀνὴρ πίῃ, ἀφροδισιάζειν οὐ δυνήσεται, ὡς Τερψικλῆς ἱστο-

ρεῖ ἐν τῷ περὶ ἀφροδισίων. Idem eiusdem hominis scriptum laudatur IX p. 391 f. *Τερψικλῆς τοὺς ἐμφαγόντας φησὶ στρουθῶν ἐπικαταφόρους πρὸς ἀφροδίσια γίνεσθαι.* Nomen huius scriptoris haud dubie fictum est, quippe ab argumento libri ductum, quemadmodum consimile Terpsionis, quem Archestrati magistrum fuisse et primum Gastrologiam condidisse testis est Clearchus Athen. VIII p. 337 a. Exerc. phil. II p. 16.

Ibid. e. In Nausicratis loco legebatur *ἐντόπους παιδεύεται.* Pro *ἐντόπους* est *ἐν τόποις* p. 330 b. cf. Fragm. Com. IV p. 576. *παιδεύεται* fortasse non tentandum erat.

Ibid. f. *ἐκκοιλιάξας* Koenius dedit pro *ἐκκοιλίξας.*

VII, 326. a. *τράχουροι. τούτων ὡς ξηροτέρων μέμνηται Διοκλῆς. Νουμήνιος δ᾽ ἐν Ἁλιευτικῷ φησιν*

*ἀκονίας κίγκλους τε καὶ ἀλλοπίην τράχουρον.*

Aconias piscis videtur idem esse qui alias *φάγρος* dicitur. *ἡ γὰρ ἀκόνη κατὰ Κρῆτας φάγρος ὥς φησι Σιμμίας* Athenaeus VII p. 327 f. Non minus de allopia dubitatur. Neque iniuria corruptum enim nomen est scribendumque puto *ἐλλοπίην*, ut *τράχουρον*, pro quo ex cod. B *τρήχουρον* reponendum est, adiectivum sit. *ἐλλοπίας* idem qui alias *ἔλλοψ*. Ad nominis formam comparanda sunt similia piscium nomina, *αὐλωπίας, αἰολίας, τριχίας, λεβίας, χρομίας, ξιφίας, ὀνίας, χαραδρίας, κολλαρίας* etc. Quem piscem Plinius H. N. XXXII, 2, 5. novaculam dicit, graece haud dubie dicebatur *ξυρίας*. Exercit. philol. I p. 27.

Ibid. d. *Ἀρχέστρατος δὲ ὁ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν — περιελθὼν πλεύσας, φησί.* Ita AP. *περιελθὼν καὶ περιπλεύσας* C. Aut hoc probandum, aut scribendum, quod ego feci, *περιπολήσας*, sive quod nunc praefero *περιπολεύσας*. Dindorfius *πλεύσας* seclusit.

Ibid. e. Alexidis locus ita editur:

*τευθίδες σπῖναι βατὶς δῆμος ἀφύαι*
*κρεάδι᾽ ἐντερίδια, ἀλλὰ τὰς μὲν τευθίδας —*

Quorum versuum primo A habet *σπῖναι*, B *πῖναι*. Scribendum puto *πῖναι*. Tum *δῆμος*, quod ineptum est, fortasse e *χῆμος* i. e. *χήμη* corruptum est. Cf. Com. graec. III p. 417. Secundo versu *ἀλλὰ* delevit Dindorfius. Malim

τενθίδες
πῖναι βατὶς χῆμος ἀφύαι' κρεάδια,
ἐντερίδι' ⏑ – ἀλλὰ τὰς μὲν τενθίδας —

VII, 327. a. Callimachus θεὸς δέ οἱ ἱερὸς ὕκης. Haec ita scripta leguntur p. 284 c. ἱερὸς δέ τοι ἱερὸς ὕκης. Malim vero ἰχθὺς δέ τοι ἱερὸς ὕκης. In Numenii fragmento O. Schneiderum ad Nicandrum memini corrigere ἢ ἔτι.

Ibid. b. Hyccara Siciliae oppidum ab hycarum multitudine denominatum esse valde probabilis est sententia Timaei. Ex quo intelligitur, quum ὕκης hoc piscis nomen ubique scriptum reperiatur, etiam oppidi illius nomen rectius Ὕκαρα scribi quam Ὕκκαρα. Eandem scripturam aliis item locis meliores libri comprobant. Apud Athenaeum XIII p. 589 a. bis editur Ὑκκάρου et Ὑκκάρων. At cod. B et haud dubie etiam A habet Ὑκάρων. Apud Diodorum Sic. XIII 6. legitur Ὕκκαρα, at codd. Ὕκαρα. Apud Pausaniam II, 2, 4. item duo libri ἐξ Ὑκάρων habent, et apud schol. Aristophanis Plut. 179. pro ἐκ Καρῶν non ἐξ Ὑκκάρων scribendum, sed ἐξ Ὑκάρων. Apud Synesium Epist. 3. Ὑκκαρικὸν ἀνδραπόδιον legitur, quod tueri videtur Stephanus v. Εὐκαρπία, ipsa haec Synesii verba afferens. At cod. Vrat. Ὑκαρικόν, cuius mihi potior auctoritas est quam scholiastae Ms. apud Boissonadum ad Philostrati Epist. p. 196. Apud Theocritum IX 26. edidi olim ex Bergkii coniectura Ὑκκαρικαῖσιν ἐνὶ πέτραισι. Libri ἰκαρίαισιν. Scribendum igitur Ὑκαρίαισιν. Denique eandem scripturam ex duobus codd. redde Thucydidi VI 62. et apud Stephanum Byz. v. Γέλα scribe ἀπὸ Γέλωνος τοῦ Αἴτνης καὶ Ὑκάρου pro Ὑμάρου. Exercit. phil. I p. 27. Cf. ad III p. 91 b.

Ibid. d. In Amipsiae loco ὀρφῶσι dedi pro ὀρφοῖσι.

Ibid. Ἀρχέστρατος δέ φησι Σειρίου ἀνατέλλοντος δεῖν τὸν φάγρον ἐσθίειν Δήλῳ τ' Εἰρετρίᾳ τε — haec fortasse ita scripserat Archestratus:

τὸν φάγρον ἐσθιέμεν δεῖ Σειρίου ἀντέλλοντος
Δήλῳ τ' Εἰρετρίᾳ τε κατ' εὐλιμένους ἁλὸς οἴκους.

In eodem Archestrati loco dedi τὰ δὲ λοιπὰ δόμον σὸν μηδ' ἐσενέγκῃς. Schweigh. δόμον μηδ' εἴσω ἐνέγκῃς. Libri δόμον μηδ' εἰσενέγκῃς.

υ

Ibid. f. *πύτινον* dedi ex B. *πιτύνον* P. Fort. *πυτίνην.* vide ad p. 304 e. Continuo *ποικιλερυθρομέλαιναν* scripsi pro *ποικιλέρυθρον μέλαιναν.*

VII, 328. a. Archippi versus ita scribebatur *ἱεροὺς Ἀφροδίτης χρυσόφρυς Κυθηρίας.* Correxit Cobetus N. L. p. 141. nisi quod reliquit *χρυσόφρυς.*

Ibid. c. In Hicesii loco ante *θρίσσαι* addidi *αἱ.*

Ibid. d. Numenius *σὺ δ' ἂν καὶ χαλκίδ' ἐκείνην | αὕτως ἀμπείραις καὶ ὀλίγην μαινίδα.* Scribendum *καὶ ὀλίζονα μαινίδα.* Sequuntur haec: *Εὐθύδημος — λέγων αὐτοὺς χαλκεῖς γίνεσθαι ἐν τῇ Κυζικηνῶν χώρᾳ. περιφερεῖς τε εἶναι καὶ κυκλοειδεῖς.* Non apparet quid magnopere differat *περιφερεῖς* et *κυκλοειδεῖς.* Quare *κοιλιοειδεῖς* scribendum puto, s t o m a c h i  f o r m a m  r e f e r e n t e s.

Ibid. f. Platonis locus est

*ἁλιευόμενός ποτ' αὐτὸν εἷλον ἀνδράχνη.*

Sine sensu scribebatur *εἶδον ἀνδράχνη*, quod correxi Com. fragm. II p. 629. Vs. 2. *ἀφῆχ' ὅτι ἦν βόαξ.* Erat *ἀφῆκεν,* Dindorfius *ἀφῆκεν ὅτι βόαξ | ἦν.* Ibid. de *κυνὸς εὐναὶ* v. ad p. 313 b.

VII, 329. a. In Callimachi loco *Καλχηδόνιοι* dedi pro *Χαλκηδόνιοι* et post *ἀθερίνη* lacunam indicavi. Excidit opinor *Ἀθηναῖοι*, ut est in sequente eiusdem scriptoris loco.

Sequuntur continuo haec *τῶν δὲ ἰώπων Νίκανδρος ἐν δευτέρῳ Οἰταϊκῶν*

*ὡς δ' ὁπότ' ἀμφ' ἀγέλῃσι νεηγενέεσσιν ἰώπων*
*ἢ φάγροι ἢ σκῶπες ἀρείονες ἠὲ καὶ ὀρφός.*

ubi Dindorfius · legebatur *ἐν βοιωτιακῶν* BDPQ, quod certissima emendatione est *β' οἰταϊκῶν.* in quo libro de piscibus egisse Nicandrum ex ipso novimus Athenaeo VII 282 f. · Hoc argumento non utar equidem. Piscium enim memoria in nostro loco ad nescio quam comparationem referenda est, in altero autem fortasse ad Herculem spectat, quem Nicander pompili ductu ex tempestate servatum finxerit. Pro *σκῶπες* qui maluit *βῶκες* J. G. Schneiderus, non memor erat vix ullum aviculae nomen reperiri, quod non item piscis nomen fuerit. *ἀρείονες* autem propter comparativum, cui nullus hic locus est, vitii suspectum habeo. E x e r c i t. p h i l. I p. 25. Certa, opinor,

coniectura nunc ἢ ἀρείονες restituendum puto, et ἀρείονες de cochlea accipio commemorata ab Aeliano H. A. X, 5. οἱ δὲ καλούμενοι τῶν κοχλιῶν ἀρείονες, οὗτοι μὲν καὶ ἀπατῶσι καὶ περιέρχονταί τινι φυσικῇ σοφίᾳ τοὺς προειρημένους (πέρδικας καὶ ἐρωδιούς). Pro ὀρφός malim ὀρφοί.

Ibid. b. In Aristophanis loco erat πρῶτον. V. tamen Toeppelium Quaest. crit. de Com. fragm. II p. 12.

Ibid. c. In foedere piscium cum Atheniensibus pacto κορακίωνας scripsi pro κορακιῶντας. In sequentibus pro ἀνθρώποις fortasse Ἀθηναίοις scribendum.

Ibid. d. τὸ τῆς θράττης ὄνομα. Debebat θέττης, sed totus locus mirifice turbatus est, v. Schweighaeuserum.

Ibid. e. Antiphanes δήμου δ' Ἁλαιεύς ἐστιν. Fortasse δήμων scribendum est, ut indicavi Com. graec. III p. 123. Idem voluit postea Herwerdenus Obs. crit. p. 51., qui praeterea articulum desiderat. Vs. 2. ἔτι λοιπόν cum eodem scripsi pro τὸ λοιπόν.

VII, 330. a. In Archestrati fragm. post βούγλωσσον indicavi lacunam.

Ibid. b. De Nausicratis verbis ἐν τόποις (non ἐντόποις) μαιεύεται v. ad p. 325 e. Vs. 4. erat τρίγλαν, quod τρίγλας scripsi ex p. 325 e. De reliquis v. Fragm. com. IV p. 577. et Cobetum Mnem. IV p. 121.

VIII, 331. c. ἀλλὰ μήν, ἄνδρες ἰχθῦς, κατὰ τὸν Ἄρχιππον, παρελίπετε (δεῖ γὰρ καὶ ἡμᾶς μικρὰ προσοψωνῆσαι) τούς τε ὀρυκτοὺς ἰχθῦς καλουμένους. Scribebatur ἰχθύες et ἰχθύας. Recte in seqq. fere constanter libri contractam formam habent. De ἄνδρες ἰχθῦς cf. Com. graec. II p. 723. Particula τε abundat. Pro προσοψωνῆσαι conicias προσοψοφωνῆσαι. Cod. B προσοφωνῆσαι. Comparandum ἰχθυολογεῖν quo utitur Athenaeus VIII p. 308 d. συκολογεῖν III p. 79 a. οἰνολογεῖν II p. 40 f. κυλικηγορεῖν XI p. 461 e. Sed retinet me VIII p. 346 c. nisi hic quoque scribendum προσοψοφωνήσας.

Ibid. d. Edebatur κατὰ βάθος πλέον ἐς τοὺς τόπους — ἔχοντας. Correxi ex Theophrasto.

Ibid. e. Ἀρσανίῳ scripsi cum Casaubono pro Ἀόρνῳ.

VIII, 332. a. *πεδίον λεπτόγειον καὶ πολλὴν ἄγρωστιν ἔχον πεφυκυῖαν.* Malim *ἐμπεφυκυῖαν.*

Ibid. b. Erat *ἰχθύες* et 333 a. *ἰχθύας*. Tum pro *μαξειροῖς* apud Theophrastum est *μαξίναις*. Fortasse *μαξίνοις*.

Ibid. e. Pro *παρενδιστὰς* cum anonymo dedi *παρενδιαστάς*. Continuo ex A posui *ἀποκυβήσῃ*, pro quo ex CL editum est *ἀποκυβιστήσῃ*.

VIII, 333. a. Dobraeus *τινάς· πολλάκις δὲ καὶ γυρίνοις τοῦ αὐτοῦ συμβαίνοντος. Ἡρακλείδης —*

Ibid. b. *δὲ* post *ἐνοχλούμενοι* abundat: pro *ὀσμῆς* erat *ὀδμῆς*. In Posidonii loco praestare opinor *Τρύφων ὁ Ἀπαμεὺς ὁ τὴν τῶν Σύρων βασιλείαν διαρπάσας*. Vulgo *ἁρπάσας*.

Ibid. d. Scripsi cum Casaubono *ὅταν δὲ δὴ ἔλθωσι* pro *ὅταν δὲ διέλθωσι.*

Ibid. Polycharmus *ἡ δίνα ἐπὶ τῆς ψαμάθου.* et mox *εἰς τὴν δίναν* et *θαλάττης ἡ δίνα.* In his *δίνα* ultima producta dorica forma esset a Polycharmo aliena. Scribendum *ἡ δῖνα.* quae vulgaris sermonis forma est pro *δίνη*. Eadem ratio est nominum *ῥῖνα* et *ῥίνη*. *νάρκα* et *νάρκη*. *πεῖνα* et *πείνη*. *μίνθα* et *μίνθη*. *τόλμα* et *τόλμη*. *θέρμα* et *θέρμη*. *μάριλα* et *μαρίλη*. *πρύμνα* et *πρύμνη*. *βλάστα* et *βλάστη*. *ἄφθα* et *ἄφθη*. *τρίγλα* et *τρίγλη*. et aliorum eiusdem generis complurium, quibus adde *θοῖνα* et *θοίνη*. quorum illud item vulgo *θοίνα* scriptum est. Nec correctus error est in novo H. Stephani Thesauro. Exercit. phil. I p. 28.

Ibid. e. Polycharmus *πληροῦται θαλάσσης ἡ δῖνα καὶ παραγίνεται ἰχθύων πλῆθος τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον, ὥστ᾽ ἐκπλήττεσθαι τὸ ὁρατὸν τοῦ πράγματος τῷ δὲ μεγέθει ὥστε καὶ εὐλαβηθῆναι.* Haec vitiose scripta sunt. Corrigendum videtur *τῷ ἀοράτῳ τοῦ πράγματος τῷ τε μεγέθει.*

VIII, 334. c. In Cypriorum fragmento *τοῖς δὲ μετὰ τριτάτην Ἑλένην τέκε* nescio an praestet *τοὺς δὲ μέτα*, post hos Dioscuros Iuppiter genuit Helenam, non inter hos vel in his. Heckerus Philol. Gott. V p. 137. *Ἑλένην ἔχε.* de Tyndareo vel Leda *ἔχε* intelligens. Welckero Ep. Cycl. II p. 514. post h. v. lacuna indicanda videbatur. Vs. 5. 6. libri *αἰδοῖ*

καὶ νεμέσει. Correxit Iunius, improbante Welckero. Vs. 12. Welckerus δεινὰ τρέφει vel πολλὰ τρέφει.

VIII, 335. d. ἐρωτικὰς pro βρωτικὰς correxit Coraes.

VIII, 336. a. σὸν dedi pro τόν. Vs. 7. erat λήσομαι, pro quo λήσεαι scribere malui quam λησάμεθ', ut voluit Heckerus Comm. de Anthol. graec. I p. 35.

Ibid. c. ὁ θάνατος δ' ἀθάνατος scripsi cum Porsono, libri θάνατος δ' ὁ θάνατος, Dindorfius cum Elmsleio ἀθάνατος ὁ θάνατος. Tum ἐστ' ἐπὰν Nauckius.

Ibid. e. Incertus poeta. Vs. 4. πίνωμεν, ἐμπίνωμεν. C πίωμεν, ἐμπίωμεν. Alterum Σίκων addidit Casaubonus. Vs. 6. Μανῇ scripsi pro Μανήν. Μάνη Muretus. Vs. 8. ἀρεταί. Iacobsius ἀρχαί. Vs. 10. σ' ὁ δαίμων posui ex libris Mureti, vulgo σε δαίμων. Vs. 12. σποδὸς pro σποδοὶ Dobraeus.

VIII, 337. b. Sensu destitutus est Terpsionis versus

ἢ χρὴ χελώνης ἢ φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν,

quem alios sic extulisse dicit Athenaeus:

ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν.

Unde suspiceris scribendum esse

ἢ κρῆ χελώνης δεῖ φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν.

Aut testudinis carnem comedere oportet, aut nihil edendum est.

Ibid. c. Macho εἰς Μύλων ἐλθών. Ita scripsi pro εἰς Μύλων', quod μυλῶνα scribitur in A, unde possis fortasse rectius εἰς Μυλῶν. Quicquid est, Mylasa dicit urbem Cariae, quam Macho, Aegyptius genere, popularium suorum more molarum urbem dixit. V. ad Stephanum Byz. p. 445.

Ibid. e. ἐὰν βούλῃ scripsi pro ὃ ἂν βούλῃ. Continuo dedi οὐκ ἀνοήτως γε τοῦτο. Vulgo οὐκ ἀνοήτως τοῦτο. B οὐκ ἀνοήτως τε τοῦτο.

VIII, 338. b. Mnesimachus οὐκ ἀλλὰ καὶ τῆς νυκτὸς ἔσται Δωρίων. Legebatur ἐστι. Ibid. τοῦ Λάσου delet Nauckius.

Ibid. d. In Epicharmi loco vs. 1. legebatur ὁ Ζεύς μ' ἐκάλεσε Πέλοπί γ' ἔρανον ἑστιῶν, et vs. 3. ἀλλ' οὔτι γέρανον, ἀλλά γ' ἔρανόν τοι λέγω, me quidem quae particularum γε vis sit nesciente. Eam ob causam utroque loco Ϝέρανον cum

digammate scribere ausus sum, quamvis digammatae formae nullum exemplum habeam.

Ibid. Alexis οὐκ ἐνῆν. Porsonus οὐκ ἂν ἦν. Fort. οὐκ-έτ' ἦν.

Ibid. f. Antiphanes τίς ποτε. ὦ Καλλιμέδων, σὲ κατέδεται; τίς τῶν φίλων; Sic correxi editum κατέδετ' ἄρτι τῶν φίλων; quamquam possis etiam σὲ κατέδετ' ἆρα τῶν φίλων; Quorum utrumque praestare opinor Cobeti Mnem. V. p. 88. coniecturae σὲ κατέδετ' ἀριστῶν φίλος;

VII, 339. a. In eiusdem poetae fragmento vs. 17 et 18. καὶ μὴν ἀληθῶς — ἐπιπεφυκὼς λανθάνει Hirschigius delet.

Ibid. b. Erat Κολυττεύς et lit. c. Ἀγώνιδι.

Ibid. d. Pro μεγάλους ἡδομένη posui μεγάλ' ἡδομένη.

Ibid. f. Timocles ὧν ἔλεγεν ἐπένευον διακενῆς. τῷ δ' ἄρα — Rotundiores evadent numeri si scripseris ὧν ἔλεγε διακενῆς ἐπένευον.

VIII, 340. b. In Alexidis loco dedi εἰ φιλεῖς τί με. Vulgo εἰ φιλεῖς ἐμέ. Monuerunt, si recte memini, etiam alii.

Ibid. c. Ἀντιφάνης δ' ἐν Γοργύθῳ. Dobraeus ἐν Γυργαθῷ, Reinesius Γεργιθίῳ.

Ibid. b. Eubulus: ἕτεροι δὲ τοῖς θεοῖσι συμπεπλεγμένοι. Articulum addidit Casaubonus. V. Herwerden Nov. Add. crit. p 24. qui varia tentat, e. c. ἕτεροι δὲ θεοισεχθροῖσι, vel ἕτεροι δὲ θηρίοισι. Possis haud paulo melius — ἕτεροι δ' ἀθέοισι. improbis et sceleratis. Vs. 4. ὥστ' ἐνεῖναι μηδὲ ἕν. Herwerdenus ὥστ' ἔτ' ἐνεῖναι. Dobraeus ὥστ' ἀνεῖναι μηδὲ ἕν.

VIII, 341. b. Machon: ἁλόντα δ' ὑπὸ δυσπεψίας | κακῶς ἔχειν σφόδρα. Ita cum Grotio et Porsono edidit Dindorfius, libri κακῶς σφόδρα ἔχειν. Itaque corrigendum erat κακῶς σφόδρα σχεῖν.

Ibid. c. In eadem Machonis ecloga post Μούσαις indicavi lacunam. Causa in aperto est; si enim ἠνδρωμένοι erant Timothei dithyrambi et ἐστεφανωμένοι, non intelligitur, cur Venerem et Dionysum iis ἐπιτρόπους imponi velit. Videntur plura excidisse. Ibid. χωρεῖν δὲ πορθμὸν ἀναβοᾷ. Haec etiam singulariter dicta sunt, nec quidquam proficias comparatione

Pindari fragm. 120. βαρυβόαν πορθμὸν πεφευγότες Ἀχέροντος, quae rectissime dicta sunt. Suspicabar χωρεῖν δὲ πορθμίδ' ἀναβοᾷ, clamitat Charon cymbam suam abire, ideoque festinandum esse navigare volentibus. Cf. Aristophanes Ran. 197. ubi Charon εἴτις ἔτι πλεῖ σπευδέτω. Video nunc idem coniecisse Casaubonum a Dindorfio neglectum.

Ibid. e. Intacta reliqui corrupta Sopatri parodi verba τὸν Αἴτνης ἐς μέσον λεύσσων σκοπόν. Statim Δηλίῳ dedi pro Δήλῳ.

Ibid. f. In Timoclis fragmento cum Dobraeo scripsi Δήμων τι pro Δήμων τε.

VIII, 342. e. Eiusdem Timoclis locus ex Icariis petitus, de quo dixi in Com. gr. III 602.

τόν τ' ἰχθυόρρουν ποταμὸν Ὑπερείδην πέρα,
ὃς ἠπίαις φωναῖσιν ἔμφρονος λόγου
κόμποις παφλάζων ἠπίοις πυκνώμασιν —

Ut alia mittam, ἠπίοις manifesto in alius vocabuli locum successit; coniectabam στρογγύλοις πυκνώμασιν, cll. Dionysio Hal. de Lys. 9 p. 470. Lysiae στρογγύλην καὶ πυκνὴν λέξιν tribuente.

Ibid. b — c. Axionicus γλαυκός τις ἐν — ὀψοφάγων insanabiliter corrupta sunt. Vs. 5. λίχνων τ' ἀνδρῶν dedi pro καὶ λίχνων ἀνδρῶν. Continuo fortasse fuit ἀγάπημα· φέρω δὲ κατ' ὤμων. Vs. 12. ἐν inserui ante ἅλμῃ et in sequentibus scripsi βοᾷς δ' ὄνειδος ἴδιον ὦ Καλλία, | εἰ σὺ μὲν ἀμφί τε σῦκα καὶ ἀμφὶ ταρίχι' ἀγάλλει, pro βοᾷ δ' ὄνειδος ἴδιον ὦ Καλαίδῃ· σὺ μὲν ἀμφὶ σῦκα καὶ ἀμφὶ τάριχ' ἀγάλλει. Incerta tamen haec esse non diffiteor.

Ibid. c. In Hermippi verbis nescio quo νῦν referendum sit; delendum videtur.

Ibid. e. — 343. b. In Antiphanis fragmento vs. 3. Dobraeus ἐλογίζετ' ἰὼν τῶν πραγμάτων οὐκ οἶδ' ὅ τι, Cobetus ἐλογίζετ' ἐλθὼν πραγμάτιον οὐκ οἶδ' ὅ τι, Dindorfius τῶν πραγμάτων οὐκ οἶδ' ὅ τι ἐλογίζετο. Vs. 5. codd. πάλαι ὀψοφάγοι τοιοῦτοί τινες. Iacobsius παλαιὸν ὀψοφαγίσατοί τινες. Delet versum Dobraeus. Vs. 9. scripsi ἔλεγον τοιαδί. Vulgo ἔλεγον τάδε. Dindorfius cum Dobraeo ἔλεγον ἂν τάδε. Vs. 13. ἐνθάδ' adiecit Casaubonus. Vs. 14. erat νησιαρχῶν. Tum

Porsonus *ἐστίν. εἰ νόμῳ κατακλεῖσται* (sic). Vs. 17. *καὶ Διογείτων*. Fort. *καὶ δὴ Διογείτων*.

VIII, 343. b. Euphro *ἐπίσχετ' ὀργῇ χεῖρας ἠρεθισμένος*. Ita Nauckius pro *ἠρεθισμένας* scripsit. Ibid. scripsi *οὐδὲν ἂν λάβοι*. Vulgo *οὐδὲν μεταλάβοι*. Lenius tamen Herwerden Obs. crit. p. 107. *καὶ τάχ' ἂν οὐδὲν μεταλάβοι*.

Ibid. c. Erat *Φράτορσιν*. Mox pro *ὅστις καὶ* Schweighaeuserus *ὁ καί*.

Ibid. f. Vulgo *τὸ ἐπίγραμμα*.

VIII, 344. a. *στρέψας καὶ αὐτὸς καὶ δαψιλῶς φαγών*. Alterum *καὶ* deletum malim.

Ibid. b. Hegesander: *τοῦ δ' αὐτοῦ καὶ τὸν ἀγρὸν καταβεβρωκότος εἰς ὀψοφαγίαν*. Mira haec locutio est; rectum esset *καταναλίσκειν ἀγρὸν εἰς ὀψοφαγίαν*. Suspicari possis *καταπεπρακότος*. Sed sua videtur *ἀκυρολογία* auctori relinquenda esse.

Ibid. e. *Μυννίσκος* pro *Μυνίσκος* ex A restitui (cf. Keil Epigr. Anal. 210) et praeterea in Platonis loco scripsi in edit. Com. min. p. 385. *οἶδ'. ᾧ φίλος*. A *θ' οὔθ' ὡς φίλος*.

Ibid. f. In Hedyli loco secutus sum Iacobsium, vulgo *Φαίδων δὲ φύκει αἰνεῖ καὶ χορδὰς ὁ ψάλτης*.

VIII, 345. a. *ὀψοφάγει Κλειοῖ* restitui cum Heraldo pro *ὀψοφαγεῖ Κλειώ*.

Ibid. d. Laudatur *Κλέαρχος ἐν τῷ περὶ θινῶν*. quod *περὶ βίων* vix recte scribi vult Heckerus Philol. V p. 422.

VIII, 346. a. In Machonis fragm. vs. 3. *παραδοθέντα* scripsi pro *παρατεθέντα*. Sequentia ita edebantur

*ἅλας οὐκ ἔχει· προσένεγκ' ἔπιδ' εἰ δεῖταί τινος*
*ἑτέρου· πάλιν γενοῦ συμμετρίαν ἁρμόσῃ*
*ὥσπερ λύραν ἐπίτειν', ἕως ἂν ἡδὺς ᾖ.*

Correxi haec Com. gr. IV p. 497. partimque iam Praef. ad Menandri Rel. p. XIX. At ultimum eclogae versum, quem exhibui ut in libris est:

*εἴσαγε διὰ πασῶν Νικολαΐδας Μυκόνιος*,

non expedio, neque expedivit Herwerdenus Observ. crit. p. 108. vel Hermannus apud me in Addendis vol. V p. 114. Dactyli quidem cum anapaesto coniunctionem facile tollere li-

cebit scribendo εἰσάγαγε διὰ πασῶν Νεολάδας Μυκονίους. Sed de sensu quaeritur.

Ibid. c. Verba ἕτερ᾽ ἐξ ἑτέρων ἀεὶ παρεισφέρων fort. e comico poeta ducta sunt.

Ibid. e. Μόξου pro Μόψου correxi praeeunte Müllero Hist. fragm. vol. III p. 371.

Ibid. f. In Ephippi loco obscurum est quem dicat ἰχθὺν οὐχ ἡμέριον. Neque placet magnopere quod tentabam ἰχθύν τιν᾽ ἕλωσ᾽ οὐ δὴ μέτριον, vel οὐχ ἡμερινόν. Vs. 5. τούτους corruptum est, v. Com. gr. vol. III p. 324. Vs. 7. ταύτης Σίνδους, libri ταύτῃ ἐς Ἰνδούς. Schweigh. ταύτης vel ταύτῃ Σινδούς, Droysenus ταύτης Σιντούς. De accentu nominis Σίνδος dixi ad Stephanum Byz. p. 569, 27. Tum Μυγδονιάτας dubitanter Schweighaeuserus. Vs. 12. τῆσδ᾽ scripserim pro τούσδ᾽. Vs. 20. παῦ᾽ οὖν φυσῶν Cobetus. Vs. 21. σβέννυ Κελτούς, μὴ πρὸς κλαύσῃς Bothius. Sufficere videtur σβέννυ, Κελτοὺς μὴ προσκαύσῃς.

VIII, 347. d. Verba καθάπερ γάρ vulgo cum Eubuli loco coniuncta Athenaeo reddidi.

VIII, 348. a. οὐδεὶς μέγας σαπρὸς ἰχθύς. Vulgo μέγας οὐδεὶς σαπρὸς ἰχθύς. Cf. ad Theocrit. p. 459.

Ibid. b. ἀποδόσθαι Coraes pro ἀναδόσθαι.

Ibid. d. Vulgo Μύλασσα. Mox malim ἀκούετε νεῴ quam ἀκούετε ναοί. Sic certe locutus est Stratonicus, quem genere Atheniensem fuisse constat.

Ibid. e. Macho. Vs. 4. verba ἐν τῷ βαλανείῳ fortasse sequentibus iungenda sunt. Vs. 5. τῶν μειρακίσκων παρὰ τὸ πῦρ. Ita correxi Curis crit. p. 40. Vulgo τῶν μειρακίων παρὰ τὸ πῦρ. Dindorfius cum Porsono τῶν μειρακίων παρὰ τῷ πυρί. Vs. 6. κομψῶς τό τε χρῶμα καὶ τὸ σῶμ᾽ ἠσκηκότας. Coraes ἐσχηκότας. Malim κομψούς τε τὸ χρῶμα καὶ τὸ σῶμ᾽ ἠσκητότας.

Vs. 9. Lacunam indicavit Dobraeus; praeter ianitoris memoriam apertum est excidisse ἔφη. Vs. 12. pro εὐθέως idem εὐφυῶς. Vs. 19. fort. ᾔτει τε μεῖζον.

VIII, 349. a. Vs. 20. an συντόνως? Vs. 21. τἆλλ᾽ ἐπιτρέψας Iacobsius, vulgo ταῦτ᾽ ἐπιτρέψας, quod fortasse ser-

vari potest. Vs. 24. ἔξοινος ὁ Στρατόνικος ἐγένετ' εὐθέως. Non ἔξοινος scripsisse mihi videtur Macho, sed ἔξυπνος.

Ibid. b. Macho σχεδόν τε τοὺς κήρυκας ἐν τῷ χωρίῳ ὄντας πολὺ πλείους κατὰ λόγον τῶν δημοτῶν. Haec mihi non graece dicta esse videntur, ac corrigendum opinor:

ὄντας πολὺ πλείους ἢ κατὰ λόγον δημοτῶν.

Ibid. Macho πυνθανομένου δὲ τῶν ξένων αὐτοῦ τινος. Ita haec correxi; vulgo πυνθανομένων.

Ibid. c. Macho

τοῖς ὅλοις μὲν ἔρρωμαι, ξένε,
καὶ τῶν κολάκων πολὺ μᾶλλον ἐπὶ δεῖπνον τρέχω.

Scripsi πολὺ θᾶττον. De ἀναπαρῶ vs. seq. vide Emsleium ad Aristophanis Acharn. 1020.

Ibid. Macho εὐφήμει μέχρι | σπείσαντες εὐξώμεσθα, φησί. τοῖς θεοῖς. Correxi εὐξώμεσθ' ἄν, ἠσί, τοῖς θεοῖς.

Ibid. e. Machonis versus ita scribendus esse suspicor:

Ἡ Νικοκρέοντος εἰσιοῦσ' Ἀξιοθέα
γυνὴ μετὰ παιδίσκης ἅβρας εἰς τὸν πότον
ἀπεψόφησε, κᾆτα τῷ σικυωνίῳ
ἀμυγδάλην ἐπιβᾶσα συνέτριβεν τύχῃ.

Versu primo legitur vulgo εἰσιοῦσα Βιοθέα, quod recte emendavit Wesselingius ad Diodorum Sic. XX, 21. Ita enim constanter a ceteris Nicocreontis Cypriorum reguli uxor appellatur, non Biothea. Versu tertio legitur vulgo τῶν Σικυωνίων, quod qui ita intelligunt, ut amygdalam Sicyoniam Axiothea contrivisse dicatur, docere debebant Sicyoniarum amygdalarum aliquam apud Graecos laudem fuisse; at ne nomen quidem earum attulit Athenaeus in copiosa de amygdalis disputatione II 52 b. — 54 d. Itaque τῷ σικυωνίῳ poetam scripsisse suspicatus sum, ut Sicyoniis calceis, qui sumptuosam mulierem vel maxime decebant, induta fuisse iisque amygdalam contrivisse dicatur. Exerc. phil. II p. 17. Praeterea corrupta sunt verba συνέτριβεν τύχῃ. Omnis enim lepor perit, si casu Axiothea amygdalam contrivisse dicitur. Quare scribendum puto συνέτριψεν ταχύ, quamquam possis etiam συνέτριψ' ἡ γυνή. Pro συνέτριψεν vulgo scribitur συνέτριβεν.

Ibid. f. Sequuntur eiusdem Machonis haec:

ἐπιδεικνυμένου ποθ' ὡς ἔοικεν ἐν Ἐφέσῳ
ἀφυοῦς κιθαρῳδοῦ τὸν μαθητὴν τοῖς φίλοις,
παρὼν κατὰ τύχην ὁ Στρατόνικος τοῦτ' ἔφη.
ὃς αὐτὸς αὑτὸν οὐ κιθ . . . . . . . .
ἄλλους κιθ . . . . . . . . . . . .

Ita haec edidit Dindorfius indicatis lacunis, quarum nullum in codicibus vestigium est; nec dubitandum quin recte supertites versuum partes disposuerit. Lacunas autem istas in hunc fere modum explendas esse suspicor:

ὃς αὐτὸς αὑτὸν οὐ κιθ[αρίζει φαῦλος ὤν],
ἄλλους κιθ[αρίζων φαυλότατος ὢν δείκνυται].

In quibus illud certe dubitari non potest, quin κιθαρίζει et κιθαρίζων recte restituerim. Nimirum αὐτὸς κιθαρίζειν αὑτὸν dixit Macho ad imitationem proverbialis dictionis αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ de iis iaci solitae, qui se ipsi quales essent ostenderent. Testis est Diogenianus Prov. III, 16. αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ: ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς δεικνυόντων τοῖς πράγμασιν ὁποῖοί εἰσιν. Eodem fortasse pertinet quod apud Apollonium Synt. p. 302 legitur αὐλῶν τοῦτον. Exercit. philol. II p. 17. Cf. ad Theocritum p. 466.

VIII, 350. d. Καπίτων ὁ ἐποποιὸς ἐν τετάρτῳ τῶν πρὸς Φιλόπαππον ὑπομνημάτων. Capitonem hunc patria Alexandrinum fuisse Athenaei constat testimonio X p. 425 b. οἰνοχοοῦσάν τινες ἱστοροῦσι τὴν Ἁρμονίαν, ὡς Καπίτων ἱστορεῖ ὁ ἐποποιός, Ἀλεξανδρεὺς δὲ γένος, ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν. Is quo tempore vixerit non decernit Vossius Hist. gr. p. 339. Videtur tamen res ad liquidum perduci posse, siquidem Philopappus, cui Hypomnemata sua dedicavit Capito, vix alius esse potest quam ille Epiphanis filius, rex literarum et literatorum hominum studiosissimus, cuius notum est, quod ad hunc usque diem servatur, monumentum Athenis positum. Eidem Plutarchus suum de adulatore et amico dignoscendo libellum inscripsit. De eo vide Wyttenbach. ad Plut. Mor. p. 48 e. et Boeckhium Inscr. vol. I p. 433. Exercit. philol. II p. 50.

Ibid. e. θεατοῦ scripsi praeeunte Nauckio; revocandum θεάτρου, quod de spectatoribus non raro dicitur.

VIII, 351. d. In versu incerti auctoris ᾄδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνη, pro ᾄδοι cum Corae posui ἄρδοι.

Ibid. f. *ἀνέστησεν εἰς τὸ Ἀσληπιεῖον τρόπαιον.* Ita scripsi pro *ἀνέθηκεν.* Cf. p. 350 b. *ἀναστήσας δέ ποτε καὶ τρόπαιον.*

VIII, 352. c. Verba *εἰς ἀσωτίαν* et *τὴν πόλιν μνηστήρων* nescio quo errore inclusi. Casaubonus locum ita scribi voluit: *χρώματι μόνον, εἰς ἀσωτίαν δὲ οὐδὲν διαλλάττειν ἐκείνων ἡγούμενος αὐτούς· ὁμοιότητι εἰς καταφέρειαν ἡδονῆς τὴν πόλιν μνηστήρων εἰκάζειν βίῳ.* Alia tentavit Dobraeus, quem vide.

VIII, 354. d. Alexis *κἂν μὴ παραθῶσι θερμά.* Vulgo *ἐάν*, Dindorfius *ἄν*. Continuo erat *οὐκ ἀχαρίστως*, quod *ἀχαρίτως* scribendum erat. Frequens hoc vitium est passimque a nobis sublatum, velut X p. 440 e. ubi vide. Pro *δὲ* quod statim sequitur fortasse *λέγουσι* corrigendum est. Hoc quoque vitium passim sustuli, natumque est e compendio *λε̄.*

VIII, 355. e. *καὶ μάλιστα ἡ ἐξ ἀνθράκων.* Usitatius erat dici *ἀπ᾽ ἀνθράκων* ut p. 356 b.

VIII, 356. e. Alexidis locus, Diphili medici orationi interpositus, ab Athenaeo additus est. Nunquam Diphilus comicorum aliorumve poetarum testimoniis usus reperitur.

VIII, 357. f. *διαφέρει* adiciendum esse vidit Schweighaeuserus.

VIII, 358. a. *οἱ δὲ τόποι τῆς θαλάσσης, ὅπου ποταμοὶ καὶ λίμναι ἐμβάλλουσιν, ἔτι δὲ τενάγη μεγάλα — εἰσίν.* Ita scribendum videtur, ac *τενάγη* pro *πελάγη* iam Casaubonus posuit; pro *ἐμβάλλουσιν* vulgo est *συμβάλλουσιν.* In sequentibus lit. b. *ἐνταῦθα μὲν πάντες οἱ ἰχθῦς εἰσιν ὑγρότεροι καὶ μᾶλλον πίονες ὑπάρχουσι* nescio an rectius scribatur *ἁδρότεροι.* Tum malim *ἐν δὲ τοῖς αἰγιαλοῖς τοῖς ἐκκειμένοις πρὸς τὰ πελάγη.* Vulgo *κειμένοις.*

Ibid. d. De Antiphanis loco vide Addenda ad Com. gr. vol. V p. 77. In sequentibus *ἐῶς* seclusi Lehrsium de Aristarcho p. 352. sequutus.

Ibid. e. In Antiphanis fragmento quod editur *σὺ δ᾽ ἀγοράσεις ἡμῖν λαβών, Πίστ᾽, ἀργύριον.* debetur Porsono, vulgo *πιστέ.* Nec male conicias *λαβών γ᾽ | ἴστ᾽ ἀργύριον*, ut haec coqui verba sint. Vs. 4. *Φιλούμενον* pro *φιλούμενον* dedit Dobraeus. Vs. 8. erat *ἤρεσεν*. Schweigh. *ἤρεσαν.*

Ibid. f. *πῶς; ὧν γ' ἂν* Dobraeus. *πῶς οὖν ἂν* Schweigh. et Dindorfius. *πῶς; οὓς ἂν* Cobetus. *πῶς ὡς* cod. A. Vs. 15. *ὥς φησιν* Cobetus. In Ephippi loco erat *δραμὼν εἰς τὴν ἀγορὰν καταγοράσαι.* pro quo dedi *κἀτ' ἀγοράσαι.*

VIII, 359 a. Ephippus *φράζε δέσποτα* Cobetus, libri *φράζε δέ ποτε*, VL *φράζε δή ποτε.* Dindorfius coni. *φράζε δ' ὅ τί ποτε.* Vs. 9. *ἐσέλθῃ* scripsi pro *ἐπέλθῃ.* Aliter Cobetus Mnemos. IV 314. cf. Diphilum Emp. I, 24.

Ibid. b. In Mnesimachi loco legebatur *ὦ δαιμόνιε. A. πῶς; σύντεμνε.* v. Com. graec. fragm. III p. 9. — Vs. 6. *ἰχθύδι'* pro *ἰχθύδιον* dedi cum Dawesio Miscell. p. 14. Actum egit Cobetus Mnem. IV p. 112.

Ibid. c. — 360. a. Phoenicis Colophonii carmen, cuius initium ita edebatur:

*ἐσθλοί, κορώνῃ χεῖρα πρόσδοτε κριθέων*
*τῇ παιδὶ τἀπόλλωνος, ἢ λέκος πυρῶν.*

Quid sit *χεὶρ κριθέων* non intelligitur. Scripsi *χῖδρα*, quod aptissimum h. l. Eundem errorem Anacreonti eximendum esse suspicatus sum, ubi nunc editur *χεῖρά τ' ἐν ἠγάνῳ βαλεῖν* Athen. p. 229 b. Vs. 3. *ἢ ἄρτον ἢ ἥμαιθον ἢ ὅτι τις χρῄζει.* Scripsi *ἤτ'* (i. e. *ἤτοι*) *ἄρτον ἤτ' ἥμαιθον*, nisi praeferas *ἤ τ' ἄρτον ἤ τ' ἥμαιθον* cll. Il. ρ' 42. *ἤ τ' ἀλκῆς ἤ τε φόβοιο.* Pro corrupto *ἥμαιθον* ex B enotatur *τιμαιθον.* Dobraeus *ἢ ἄρτον τιν' ἡμίαιθον.* Vs. 6. *φιλεῖ γὰρ αὕτη πάγχυ ταῦτα δαίνυσθαι.* Fortasse recte *πάντα* pro *ταῦτα* scripsi. Post vs. 8. dele lacunae indicium et vs. squ. scribe *φέρει σῦκα*, ut recte vulgo legitur; solus B habere videtur *φέροι.* Vs. 10. *θεοί, γένοιτο πάντ' ἄμεμπτος ἡ κούρη.* Vellem cod. praeberet *ἄμεμπτα τῇ κούρῃ.* Vs. 11. malim *κὠνομαστόν.* Vs. 12. erat *εἰς χεῖρας* et 13. *εἰς τὰ γοῦνα.* Vs. 14. *θάλος τρέφειν γυναῖκα τοῖς κασιγνήτοις.* Bergkius, Phoenicem hoc carmen Rhodiis scripsisse ratus, *τοῖσιν ἰγνήτοις* vel *τοῖσιν ἴγνησιν* poetam scripsisse suspicatur. Nihil causae video, cur poeta hanc cantiunculam non popularibus suis composuisse existimetur; docet hoc vel ipsum illud *κασιγνήτοις*, quod Iones pro *συγγενεῖς* vel *ἀνεψιοί* dixisse, ex ipso Homero Il. 15, 545 intelligitur:

*Ἕκτωρ δὲ κασιγνήτοισι κέλευσεν*
*πᾶσι μάλα, πρῶτον δ' Ἱκεταονίδην ἐνένιπεν*
*ἴφθιμον Μελάνιππον.*

Ad quae schol. B haec annotavit: *συγγενέσιν· ἔτι γὰρ [νῦν] παρ' Ἴωσι τοὺς συγγενεῖς κασιγνήτους φασὶ καλεῖσθαι.* Item schol. A *ἡ διπλῆ ὅτι κασίγνητοι κοινότερον οἱ συγγενεῖς· σημειοῦνται γάρ τινες ὅτι* (add. *Ἴωνες*) *τοὺς ἀνεψιοὺς κασιγνήτους ἐκάλουν.* Similiter schol. A ad Il. 16, 674. *ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε [ἔται τε].ἁπλοϊκῶς νῦν πάντες οἱ συγγενεῖς.* ubi pro *ἁπλοϊκῶς* fortasse *ἡ διπλῆ ἰακῶς* scribendum est. Vs. 15. *ἐγὼ δ' ὅκοι πόδες φέρουσιν ὀφθαλμούς.* *ὅκοι* Dindorfius dedit pro *ὅκου.* Ineptum autem est *ὀφθαλμούς.* pro quo scripsi *ἰφθίμους.* i. e. p o t e n t e s e t o p u l e n t o s, quos cantu se remunerari dicit; pro *μούσαισι* malim *μούσῃσι.* Vs. 17. *πλεῦνα τῶν αἰτέω.* Sic scripsi Dindorfii vestigiis insistens, qui *πλείον' ὧν αἰτέω*, libri fere *πλείονα τῶν γ' ἐῶ.* Sed videtur aliud latere.

VIII, 360. a. Ex eadem cantilena *δὸς ὦνα δός τι καὶ σὺ πότνα μοι νύμφη.* Ita haec scripsi quae in AB sic feruntur *δὸς ὦναξ δὸς καὶ σὺ πολλά μοι νύμφη.* *πότνα* pro *πολλὰ* Ilgenio debetur. Dindorfius cum Casaubono et Porsono dedit [*δόμον·*] *δὸς ὦναξ καὶ σὺ πολλά μοι νύμφη.* Vs. 3. *δοῦν* Naekius, *δοῦν* Dindorfius cum H. Stephano, *δ' οὖν* libri. Vs. 4. Libri *τοιαῦτ' εἰδώς.* *τοιαῦτα εἰδώς.* *τοιοῦτ' εἰδώς,* Dindorfius cum Schweigh. *εἰδὼς τοιαῦτα.* Scripsi *τοσαῦτ' ἀείδω*, quod praetuli pristinae meae coniecturae *τοιοῦτον εἰδώς* Choliamb. poes. p. 140.

Ibid. b. In chelidonismo vs. 2. *ὥρας* Dindorfius cum Hermanno. Vs. 6. *παλάθαν σὺ προκύκλει* Hermannus, vulgo *παλάθαν οὐ προκυκλεῖς.* Non displiceret *παλάθαν προκύλισον* vel *προκύκλησον.* At fortasse scripsit auctor carminis numeris ionicis a minori *παλάθαν οὐ προκυλίσεις* vel *προκυλίεις; — τυρῶν τε κάνυστρον;* per interrogationem. Vs. 8. *τυρῶν τε κάνυστρον* ex libris restituit Bergkius pro *τυροῦ τε κάνιστρον.* Idem vs. 10. probabiliter *καὶ πύρνα χελιδών,* Hermannus *καὶ πυρὰ χελιδών.* A *πυρῶνα χελιδών.* Vs. 11. *καὶ λεκιθίταν.* Hermannus *καὶ τὸν λεκιθίταν.* Malim *κἄρτον λεκιθίταν,* vel *καὶ δὴ λεκιθίταν,* quod voluit Ahrens. Vs. 12.

Non credibile est, poetam versu trochaico usum esse. Verba οὐκ ἀπωθεῖται (ἀποθεῖται P) corrupta videntur. Tum sequebatur πότερα πάλιν ἀπίωμες ἢ λαβώμεθα: vel πότερα κενοὶ 'πίωμες —

Ibid. d. Bergkius μικρὰ γάρ ἐστι. Ib. νιν scripsi pro μιν. Versu sq. Dindorfius ἐὰν φέρῃς δέ τι, μέγα δή τι καὶ φέροις, om. καὶ B, Bergkius ἂν δὲ φέρῃς τι. | μέγα δή τι φέροιο. Non liquet, interim conieci ἂν δὴ φέρῃς τι, μέγα τι δὴ καὐτὸς (καὐτὴ) φέροις.

Ibid. ἀπὸ τῆς καλῆς Ῥόδου. Scripsi fortasse sine iusta causa περί. Continuo Ἐρξίας pro Ἐργίας cum Vossio dedi.

Ibid. e. καὶ δαιτὸς ἐγκρατεῖς ὄντες. Pro δαιτὸς scripsi sententia postulante λιμένος. ΔΑΙΤΟΣ et ΛΙΜΕΝΟΣ facile confunduntur. Minus probabiliter Dobraeus θαλάσσης. Mox ἕως ἂν posui pro ἕως. Statim debebam ἰχθῦς. Tum legebatur καὶ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ῥαθυμοτέρως εἶχον, in quibus pro εἶχον scripsi διεῖπον, nisi τὰ delere malis.

VIII, 361. d. In Creophyli loco restitui ionicas formas ἀπορίῃ pro ἀπορίᾳ, ἐς θεοῦ ἠρώτευν ὅκου pro εἰς θεοῦ ἠρώτων ὅπου, θέωνται pro θῶνται, αὐτοῖσι ἔχρησε pro αὐτοῖς ἔχρησεν, πόλιν τῇ pro πόλιν ᾗ, ὑπηγήσηται pro ὑφηγήσηται, λέγεται ὦν ὅκου νῦν pro λέγεται οὖν ὅπου νῦν, ἐστι ἡ pro ἔστιν, ἀριστοποιέεσθαι pro ἀριστοποιεῖσθαι, ἀνθρακιῇ ἐσπεσέειν ἐς pro ἀνθρακιᾷ εἰσπεσεῖν εἰς, ἐν τῇ ἔτυχε pro ἐν ᾗ ἔτυχεν, ἐών pro ὤν, ὄρεος pro ὄρους, τὸ δὴ καλέεται pro ὃ δὴ καλεῖται, ὅκου pro ὅπου, Ἀθηναίης pro Ἀθηνᾶς, εἴκοσι pro εἴκοσιν, ἀγορῇ ex A pro ἀγορᾷ. Praeterea scribendum ἐνθαῦτα pro ἐνταῦθα, δέξῃ pro δείξῃ, ἱρὸς et ἱρόν pro ἱερὸς et ἱερόν, ἐπὶ πουλὺ pro ἐπὶ πολύ, τὰ περὶ Κόρησσον pro τὰ ἐπὶ Κόρησσον, quod nomen rectius scribitur Κορησσόν.

Ibid. e. ἔτι τε. Dindorfius ἔτι δέ.

VIII, 362. b. κενώτερον λεβηρίδος. Erat κενότερον.

Ibid. Ἐπίχαρμος ἐν τοῖς Θεαροῖς μέμνηται τοῦ βαλλισμοῦ . . . ἐν οὖν τῷ δράματι οἱ θεωροὶ καθορῶντες τὰ ἐν Πυθοῖ ἀναθήματα καὶ περὶ ἑκάστου λέγοντές φασι καὶ τάδε

[κιθάρα, τρίποδες, ἅρματα, τράπεζαι χαλκέαι,
χειρόνιβα, λοιβάσια.] λέβητες χάλκεοι,

κρατῆρες. ὀδελοί. Β τοῖς γα μὰν ὑπωδέλοις
καὶ λωτε βαλλιζόντεσσι ὅσσον χρῆμα εἴη.

καὶ Σώφρων δ' ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Νυμφοπόνῳ φησί κτλ. Ex his conicere licebit fabulae huius scenam ita fuisse adornatam, ut interior pars templi Delphici repraesentaretur, circumpositis donariis, quae studiose contemplantes theori singulis aliquid verniliter dictum inferebant. Priora verba usque ad λοιβάσια adieci ex libro IX p. 408 d. In his pro κιθάρα, cum cetera omnia plurali numero efferantur, fortasse κιθάραι scribendum. Currus in donariis memoratur etiam apud Suidam v. Παρία λίθος. Verucula tertio versu commemorata dicere videtur ea, quae Rhodopis consecraverat; de qua re vide quae dixi Comic. graec. II p. 181. Sequentium, quae alii interlocutori assignavi, haec fere esse debet sententia: utinam hominibus alieno aere obstrictis et strenue nepotantibus tantae opes suppetant! ὑπώδελος. de qua voce mira commenti sunt critici, idem est quod ὑπώβολος dixit Pherecrates Com. graec. II p. 277. Ea enim unice vera huius adiectivi scriptura est, non autem ὑπόβολος, quod in longe aliam sententiam dicitur. Videtur autem Epicharmus hanc vocem, quae proprie de rebus oppigneratis dicitur, ad homines aere alieno obstrictos transtulisse. Reliqua ita scribenda esse suspicabar καὶ βαλλιαζόντεσσι τόσσον χρῆμ' ἔοι. Sed λωτε unde irrepserit difficile dictu est. De χρῆμα pro χρήματα dicto v. Koenium ad Gregorium Cor. p. 183 et Iacobsium Lectt. Stob. p. 42. Denique βαλλιάζειν pro βαλλίζειν dicere potuit Epicharmus notissimo usu, de quo dixit Lobeckius Path. p. 481. Exercit. philol. I p. 28. λωτε fortasse λῶστε scribendum et sequentibus Athenaei verbis iungendum est hoc modo: καὶ Σώφρων δ' ὦ λῶστε ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Νυμφοπόνῳ φησί. Cfr. p. 362 a. Tum vide ne fuerit τόσσον χρήματος | εἴη.

Ibid. c. De Alexidis loco v. Com. gr. III p. 428.

Ibid. e. συναγωγαί pro εἰσαγωγαί scripsi praeeunte Casaubono.

VIII. 363. c. Ephippus ἔπειτα δ' (vel τ') εἰσιόντ'. Vulgo ἔπειτά γ'. Vs. 4. corruptum est πολέμιος, pro quo p. 571 c. est πολέμιον. Tum erat ἀλλὰ τοῖσι στρουθίος χαυνοῦσ' ὁμοίως, in quibus χανοῦσ' edidi.

Ibid. In Epicharmi loco ὄκα dedi pro ὄκκα.

VIII, 364. b. πεπαρῴδηται scripsi, vulgo παρῴδηται, et in Pherecratis fragmento dedi θύραζ' pro θύρας et vs. 6. αὑτὸν e codd. scripsi σαυτὸν; prius item Cobetus. Vs. 5. malim ἐν οἴνοις pro ἐπ' οἴνοις.

Ibid. d. Menander. Vs. 1. ὅμοια pro ἅπαντα dedi ex IV 146 d. Vs. 5. erat μενδαῖον θάσιον ἐγχέλεις ante Porsonum (corr. θάσιον pro θασον). Vs. 6. a γίγνεται apodosin ordiri vidit Cobetus. Vs. 9. ἀντανελεῖν pro ἂν ἑλεῖν Dobraeus cll. Demosth. Cor. p. 304, 18. Actum egit Cobetus Mnem. IV p. 263. Vs. 11. ὧν γ' ὁ θεὸς Reisigius, ὧν ἂν θεός Herwerden Observ. crit. p. 89. Abest ὧν a B.

Ibid. f. νυνί τέ μοι. Fort. νυνί γέ τοι. Postrema φιλῶ — γραῦν personae B. continuabantur. In Crobyli qui sequitur loco ante Λάχης apud poetam praecessisse videntur verba πρὸς σὲ βούλομαι. Vs. 4. secutus sum Dobraeum, ἀκράτου μ' corrigentem, libri ἑκατόν, Casaubonus ἕκαστον.

VIII, 365. a. Pherecrates. Vulgo συσκευασάμενος, ἓν τὸ σπυρίδιον, quod correxi. Vs. 2. πρὸς Ὠφελίαν scripsi pro πρὸς ὤφελην (sic), Dindorfius cum Porsono πρὸς τὸν Ὀφέλαν.

Ibid. c. Erat Ἐμπιπραμένη. L. πιμπραμένη.

Ibid. e. In Empedoclis loco ἀμνός pro θάμνος scripsi cum Schneidewino.

IX, 366. c. Antiphanes νὴ Δί' οἰκίας τρόπον πόσειδος. Correxit fortasse recte Cobetus Mnem. IV p. 112.

Ibid. d. Aristophanes forsan scripserat Λῆμνος κυάμους τρέφουσα τακεροὺς χἀπαλούς pro καὶ καλούς.

Ibid. In Nicandri loco ante Casaubonum erat κάρδαμον ἄρρινόν τε.

IX, 367. a. In Aristophanis versu legebatur καὶ βλέπε σίναπι et Xenarchi locus ita edebatur τουτὶ τὸ κακὸν οὐκ ἔστ' ἔτι κακόν. | τὸ θυγάτριόν μου σεσινάπικε διὰ τῆς ξένης. Correxi ut potui.

Ibid. c. De Platonis loco v. quae dixi in Com. fragm. edit. min. p. 364. Vs. 3. fort. αὐταὶ μόναι κρεῖττον πολὺ χρῆμ' εἰς ἡδονήν, ac κρεῖττον etiam Herwerden Observ. p. 30, tum ἢ καταλαβεῖν Fritzschius, καταλαβεῖν B, ηταλλαβεῖν A. Ali-

ter Cobetus Observ. crit. in Platonis Com. rel. p. 193. et Herwerden l. l.

IX, 368. a. Sotades τοῦτον μασᾶται, παρακατεσθίει δ' ἐμέ. Pro τοῦτον dubitari vix potest quin recte scripserim τοὐψον.

Ibid. b. Pherecrates νὴ τὸν Δί' ὥσπερ αἱ παροψίδες — fort. ὡσπερεὶ γὰρ αἱ παροψίδες. Vs. 3. οὓς ὁ καλὸς οὗτος ἀξιοῖ τοῦ μηδένος. Ita e Casauboni coniectura editum est, libri οὓς ὁ καλέτας ἀξιοῖ. Possis ἃς ὁ καλέσας ἐπαξιοῖ. Sed vid. Herwerden Obverv. crit. p. 17.

Ibid. In Nicophontis fragm. pro ἄλλος aut ἀλλᾶς cum Bergkio scribendum, aut ἄμυλος.

Ibid. e. Ingeniose Herwerdenus Nov. Add. crit. p. 16. in Aristophanis loco coniecit χναύματι' ἄττ' ἐρόεντα, fort. tamen recte H. Stephanus delicias pinnatas de aviculis intelligi voluit.

Ibid. f. Xenophanes Colophonius:

τοῦ κλέος Ἑλλάδα πᾶσαν ἀφίξεται οὐδ' ἀπολήξει
ἔς τ' ἂν ἀοιδάων ᾖ γένος ἑλλαδικόν.

Horum versuum primo cum Karstenio scripsi ἐφίξεται; altero si γένος genuinum est, pro ἀοιδάων (C ἀοιδῶν) scripserim ἀοιδοθετῶν. Fortasse tamen recte pro γένος scripsi κλέος, et ἑλλαδικῶν ex C recepi.

IX, 369. c. Εὔδημος — κράμβης φησὶν εἶναι τρία γένη, τῆς τε καλουμένης ἁλμυρίδος καὶ λειοφύλλου καὶ σελινουσίης, et paucis interiectis ἡ δὲ σελινουσία τὴν ὀνομασίαν ἔχειν διὰ τὴν οὐλότητα. A nomine σέλινον fingi non potuit adiectivum σελινούσιος, quod ad Σελινοῦς revocandum esset. Adde quod primo loco oportuit σελινουσίας. Scribendum igitur σελινούσσης et σελινοῦσσα. Alias hoc brassicae genus dicebatur κράμβη σελινοειδής teste Plinio H. N. XX, 33. Exercit. phil. I p. 29.

IX, 370. b. In Hipponactis fragmento Ταργηλίοισιν recte scripsit Schneidewinus, libri Θαργηλίοισιν et γαργηλίοισιν.

Ibid. c. Pro Ἔμποδος, quod graecum nomen non est, scripsi Ἔμπεδος.

Ibid. d. Ephippus: χναύειν τε κοινῇ τευθίσιν σηπίδια.

Ita correxi vulgatum verborum ordinem κοινῇ τε χναύειν; causam mutati ordinis habui hanc, quod septies poeta verbum in ipso versus initio posuit, nec credibile est, semel eum ab hac lege descivisse.

Ibid. e. Antiphanes:

οἷα δ᾽ ἔστ᾽ οἶσθ᾽ ὦ γύναι·
ἄρτοι σκόροδα τυρὸς πλακοῦντες, πράγματα —

Ita haec correxi, vulgo οἷα δ᾽ ἐστὶν οἶσθα σὺ | γύναι· σκόροδα τυρὸς etc. At ABP post γύναι addunt τοῖς. quod ex [ἄρ]τοι corruptum est. Vs. 1. possis fortasse rectius οἷα δ᾽ ἐστὶν οἶσθας ὦ γύναι. Vs. 4. recepi emendationem Iacobsii. Tyrwhittus καταπεπλησμέν᾽ οὐδέ. Libri καταπεπλησμένου δέ. Vs. 7. erat ἅμ᾽ αὐτοῖς.

Ibid. f. In Diphili loco vs. 2. fort. σπλαχνίδι᾽ ὀπτά, quod ad σπλαγχνίον revocatum metro non obstat. Vs. 3. βλίτοις scripsi pro καὶ τοῖς cum Schweighaeusero, et vs. squ. addidi καὶ (vel ἢ) τοῖσι σοῖς, ut voluit etiam Dobraeus.

IX, 371. c. Numenius ῥαφίν τ᾽ ἔμπεδον καὶ καυλίδα τ᾽ ἀγροιῶτιν. Dindorfius καὶ ῥάφυν, de ἔμπεδον tacens. Fort. fuit καὶ ῥάφυν εὐπέταλον. Tum dedi καυλίδα δ᾽, nisi malis καὶ καυλίδα τὴν ἀγροῖτιν. In Nicandri loco vs. 1. ἐν δέ τε pro ουδέ τι scripsit Bernhardus, praestat ut lenius σὺν δέ τε, ut vs. 2. σὺν δ᾽ αὐτός. Ibid. ἐπαυχμήεις pro ἐπ᾽ αὐχμήεις dedi praeeunte O. Schneidero ad Nicandrum p. 80.

Ibid. f. Pro ἐπιθυλλίδας Dalecampius recte γηθυλλίδας.

Ibid. Epicharmus in Philocteta ἐν δὲ σκορόδιον καὶ γαθυλλίδας δύο. Scribendum suspicor

ἐν δὲ σκορόδιον καὶ δύω γαθυλλίδας.

Quibus verbis tenuis Philoctetae victus describi videtur. Aliter Blaydesius ad Aristophanis Acharn. 47. In sequente Aristophanis fragmento alii σκοροδόμιμον τὴν φύσιν, libri σκοροδόμητον, emendati a Toupio.

IX, 372. b. In Aristophanis ecloga vs. 2. κρίνων ῥόδων supplevit Porsonus Miscell. p. 195. multis annis ante Cobetum et Herwerdenum. Vs. 5. corruptus est. V. Bergkium.

Ibid. c. εἶπες post ἀγαθόν addidit Porsonus, rectius εἶπας Cobetus, qui id ante ἀγαθόν posuit. Vs. 11. φῆνας Cobetus,

φύσας Fritzschius, φθάσας Elmsleius, χρήσας Porsonus. libri φήσας.

Ibid. e. Nicander vs. 1. κλώσμασί τ' εἴραις O. Schneider ad Nic. p. 88. κλώσματ' ἐπείραις Volckman de Sibyllae carm. p. 19. Libri κλώσμασι πείραις. Vs. 4. ἔνθα τε μέτρῳ. Libri fere ἔνθα τε μέτρια. unde O. Schneider εὖθ' ἂν ἀμετρί correxit. Vs. 7. σειράς Schweigh. Vulgo σίρας. De ultimo versu v. O. Schneider.

IX, 373. a. Ἀριστοφάνης ἐν Δηλίᾳ. Scripsi Ἀντιφάνης. Ibid. b. τοῦ εἰδικοῦ edidi pro τοῦ ἰδικοῦ.

Ibid. c. In Menandri loco ὄρνις reduxi pro ὄρνεις. eandem formam ex B passim infra restitui lit. d. et e. ubi in Alcmanis fragmento αὖσαν dedi pro λῦσαν ex emendatione Bergkii. Quod ibidem lit. e. legitur Eupolidis fragmentum, in eo oppositio postulabat δ' pro θ'.

IX, 374. b. Verba λέγεται δ' εἶναι τὸ γένος Ῥόδιος ἐκ Καμείρου aut delenda sunt, aut litt. a. post Ἀναξανδρίδης transponenda. Theopompi ex Pace versus quo nexu lecti fuerunt conici potest ex Arist. Acharn. 1022. unde haud temere conicias Theopompeae fabulae partem ad Aristophanei dramatis imitationem fuisse compositam.

Ibid. d. De ὁλόφωνος in Cratini loco vide quae dixi Fragm. Com. graec. vol. II p. 162. Alcmanis fragm. dedi ut emendavit Bergkius. Vulgo καὶ τὴν γενικὴν οἶδα δι' ὀρνίχων ὅμως B νόμως) πάντων.

Ibid. e. In Epicharmi loco ex Ulixe transfuga:

δέλφακα δὲ τῶν γειτόνων
τοῖς Ἐλευσίνοις φυλάσσων δαιμονίως ἀπώλεσα.

pro γειτόνων nescio an μειζόνων vel κρεισσόνων scribendum sit. Vs. 3. pro οὐχ ἑκών praestat οὐ ἑκών i. e. οὐ ϝεκών. Vs. 4. malim ὤμνυ' ἐμέ. Exercit. philol. I p. 29.

Ibid. f. Anaxilae locum exhibui ut emendavi Com. gr. III p. 74. et 344. Vulgo τοὺς μὲν ὀρειτνόμους — ὑλιβάτας — λύκους λέοντας. Pro ἠλιβάτους nunc malim ἠλιβάτας.

IX, 375. a. Hipponax ὡς Ἐφεσίη δέλφαξ. Suspicabar ὡς ἐφεστίη δέλφαξ, et ita nunc edidi.

Ibid. Cratinus ἤδη δέλφακες χοῖροι δὲ τοῖσιν ἄλλοις.

Fort. supplendum [ἐμοὶ μὲν] ἤδη δέλφακες, vel [ὑμῖν μὲν] ἤδη.

Ibid. c. ὡς Ἱππῶναξ ἐν * * Σπονδῇ τε καὶ σπλάγχνοισιν ἀγρίης χοίρου. Sic edidi, vulgo ἐν σπονδῇ. Dindorfius ἐν delevit. Probabilius est excidisse numerum, ut vidit Bergkius. Pro ἀγρίης erat ἀγρίας.

Ibid. d. In Sophoclis loco ἐν Ταιναρίοις Casaubonus scripsit τοιγαροῦν | ἔδει φυλάξαι χοῖρον ὥστε δεσμίαν, postrema recte: libri τοιγαριώδη φυλάξαι χοῖρος ὥστε δεσμίων. Dindorfius τοιγὰρ Ἰὼ δεῖ φ. At Ionis non intelligitur quae partes in hac fabula esse potuerint.

Ibid. e. Aeschyli locum ita distingui malim:

λευκός, τί δ' οὐχί: καὶ καλῶς ἠφευμένος.
ὁ χοῖρος ἕψου μηδὲ λυπηθῇς πυρί.

Ipsum porcellum compellat: heus tu, porcelle, elixari te patere; male Schweigh. elixa. In Agathoclis loco restitui dialectum ionicam. Editur μυθεύουσιν — ἐν ᾗ — θυσία — ὑπέσχεν (pro ἐπέσχε) — τοῖς παριοῦσιν — ζώων — ἡγοῦνται — ἱερὰ ῥέζουσιν — αὐτοῖς ἡ θυσία. Praeterea scripsi καὶ ὗς (sic L, libri οὖς, Dind. cum Schweigh. οὐ) et addidi οὐκ ἄν, L οὐ.

IX, 376. b. Corr. μορφαῖς pro μορφαῖσ.

Ibid. d. Scribendum e libris Casauboni ἰσίκια γὰρ ὀνομάζειν αἰδοῦμαι διὰ τὸν Οὐλπιανόν, et comparandus Euripides Orest. 37.

Ibid. Posidippus ξεναγὸς οὗτος ὅστις ἂν θώρακ' ἔχῃ — ἐφάνη Βριάρεως. Nullam in his video constructionem. Suspicabar οἷον ξεναγὸς οὗτος, ἂν θώρακ' ἔχῃ, vel ξεναγὸς οὗτος, ἡνίκ' ἂν θώρακ' ἔχῃ —

IX, 377. b. Idem poeta τούτων γυναῖκές εἰσ' ἱέρειαι τῇ θεῷ. In his εἰσ' addidi cum Erfurdto, et τῇ θεῷ scripsi praeeunte Grotio pro τῇ θεᾷ θεοί. In sequentibus fortasse μοι scribendum pro σοι, at ultimo versu malim nunc τουτουί. Libri τουτί, quod meo suasu τοῦτο scripsit Dindorfius.

Ibid. c. In Posidippi loco vs. 7. cum Grotio dedi κινεῖ pro πίνει et vs. 9. μεστὸς ἐκκεκαυμένος pro cod. scriptura μεστὸς ἐκλελυμένος cum Cobeto Mnem. IV, 101. Idem vs.

10. *ὁπότε κατὰ χειρὸς ἐδόθη*, in quo *ὁπότε* excidit imprudenti. Vs. 11. erat *ῥακίαν*.

Ibid. d. In Euphronis fragmento scripsi *ὁ κέφαλος ἠλλοίωτο* pro *ἐγκέφαλος*, quod ineptum est. Paucis interiectis dedi *οἷ* pro *οὗ*, ut voluit Dindorfius.

Ibid. e. Assentior nunc Schweigh. *πάραγε* delenti et cum libris scribenti *καὶ γὰρ αὐτὸς οὑτοσί*. V. Aristoph. Acharn. 1181. et Alcaeus com. apud Athen. IX p. 396. c.

IX, 378. a. — 379. a. In Sosipatri fragmento legebatur *ἐγὼ τὸ διδασκαλεῖον ἡμεῖς σῴζομεν | τὸ Σίκωνος*. Certa coniectura posui *ἐρῶ· τὸ διδασκαλεῖον* etc.

Ibid. b. Post *ἀστρολογεῖν* minus commode Grotius sequente Dindorfio addidit *Σίκων*. Praetuli *βαβαί* interponere idque personae B attribui. Vs. 15. *περὶ φύσεως κατεῖχε πάντας τοὺς λόγους*. Hic versus ante Hirschigium legebatur post verba *ἔπειτα μετὰ ταῦτ᾽ εὐθὺς ἀρχιτεκτονεῖν*. Vs. 20. *εἶ γε* vix sanum est.

Ibid. c. Vs. 28. *τὴν μακρὰν καὶ τὴν βραχεῖαν* Herwerden Observ. crit. p. 109. Vs. 29. scripsi *ἔσται* pro *ἐστί*. Vs. 30 sqq. legebantur sic scripti:

*τὰ γὰρ ὄψα φασὶ πάντα καὶ τὰ βρώματα*
*σχεδὸν ἐν περιφορᾷ τῆς ὅλης συντάξεως.*
*ἑτέραν ἐν αὐτοῖς λαμβάνειν τὴν ἡδονήν.*

At recte codd. *ἐν τῇ περιφορᾷ*. neque articulo careri potest. Pro *λαμβάνειν* B et ut videtur A habent *λαμβάνει*. Hinc correxi locum ut eum edidi, deleto *φασί*. Praeterea pro *αὐτοῖς* sive ut ante Dindorfium legebatur *αὑτοῖς*, scripsi *ἑτέροις*. nisi malis *ἄλλοις*.

Ibid. d. *ὡς προσήκει* recepi pro *ὡς προσῆκε* ex C. Tum revocavi, sed per interrogationem extuli, *ἐγὼ δ᾽ ἐθαύμασ᾽;* i. e. *ἐγὼ οὐκ ἐθαύμασα*, ut e. c. apud Stratonem Athenaei est p. 382 c. *ἐγὼ κέκληκα μέροπας;* Dindorfius *ἐγῷδα, θαυμάστ᾽*.

Ibid. e. *τοῖς ὄψοισιν* cum Dobraeo dedi pro *τοῖς ἕψουσιν*. Post vs. sequentem lacunam indicavi cum Dindorfio.

Ibid. f. *ὥσπερ ἡγεῖται σχεδόν*. A *ἡγεῖτο*. Paucis interiectis ubi editur *εὔκαιρον αὐτῶν ἐστι τῶν ὄψων* — correxerim *αὐτοῖς* sc. convivis.

IX, 379. a. Post *τίς δή τι* indicavi lacunam.

Ibid. In Alexidis ecloga vs. 2. *οὐχ ἀρχιτέκτων* scripsi pro *οὐκ ἀρχιτέκτων*; fecit etiam Herwerdenus.

Ibid. b. *ὁ ταῦτα μέλλων ἐσθίειν τε καὶ κρινεῖν.* Ita Dindorfius, libri *κρίνειν.* Non sine causa haesit Herwerden. Fortasse fuit *ἐσθίειν τε κεὐκρινεῖν.* Post vs. 10. lacunam unius versus, cuius initium fuerit *ἢ πρότερος ἔλθῃ*, indicat Herwerdenus. Vs. 12. *ἢ μὴ διοπτήσαντα* Dobraeus. Vs. 14. fortasse personae B adscribendus et in finem totius eclogae reiciendus est. Praeterea vs. 15. complura videntur intercidisse.

Ibid. c. Revocavi *αἴθραν*, pro quo Dindorfius praeeunte Casaubono *αἰθέρ'* edidit.

Ibid. e. *Ἆγις Ῥόδιος ὤπτηκεν ἰχθὺν μόνος ἄκρως.* Cod. B *ὤπτακεν.* Fortasse *ὤπτα μέν.* Vs. 8. et 9. inverso ordine legebantur, transposuit Herwerdenus Obs. crit. p. 107. De vs. 10. post quem lacunam indicavi, vide Com. graec. IV p. 486.

IX, 380. a. *τὼ νεφρώ* et mox *νεφρώ* Dobraeus. Pro *ἔκυπτον* Herwerdenus praecipiti et me iudice inutili coniectura *ἐλυποῦνθ'*. Paulo melius scripsisset *συνέκυπτον*, sie steckten die Köpfe zusammen. At recte habet *ἔκυπτον*, sie liessen die Köpfe hängen.

Ibid. b. Post *ᾐσθόμην* distinxi, Herwerdeno obsecutus. Sed totum locum non intelligo.

Ibid. e. Plato *πάσας παραφερέτω.* Scripsi *πλήσας*, quamquam *πάσας* sc. *κύλικας* fortasse servari potest. Ib. *παρ' Εὐπόλιδι ἐν Αἰξίν.* Ita Dindorfius pro *ἐν Εὐπόλιδι*; possis etiam *ἐν Εὐπόλιδος Αἰξίν.* In Ephippi loco cod. B *στήσεις* habet pro *στάσεις*, unde conicias *ἔνθ' ἵππων ὄνων τε σιτίσεις | καὶ γεύματ'* (vulgo *γεύματα*) *οἴνων.* Sequuntur proxime haec *ὁ μάγειρος ἔφη λέξω τοίνυν κἀγὼ οὐκ ἀρχαίαν ἐπίνοιαν, ἀλλ' εὕρεσιν ἐμήν.* Haec ad imitationem Aristophanis Nub. 961. composita esse *λέξω τοίνυν τὴν ἀρχαίαν παιδείαν*, vel orationis forma indicat.

IX, 381. a. *αὐλητὴς* dedi pro *αὐλητής.*

Ibid. b. *πολλὸν ἐπιχέας ζωμόν.* Videtur iambographi fragmentum esse. Scazontum vestigia etiam in sequentibus deprehendere mihi videor: *τὴν ἡμίσειαν ἀλφίτοις πολλοῖς κριθῆς.* Omnino tota haec descriptio constat ex frustulis

poetarum comicorum, ἔπειτ' ἐνέθηκα κριβάνῳ | ὑποθεὶς τράπεζαν. — ἐστάθευσα τῷ πυρί — ἀποβαλὼν αὐτοῦ τἄλφιτα. οὕτω φέρων ὑμῖν παρέθηκα. In verbis μετὰ ταῦτα περιέπλασα τοῦ χοίρου τὴν ἡμίσειαν — ἀλφίτοις πολλοῖς κριθῆς, malim περιέπασα.

Ibid. c. ᾔκασα scripsi pro εἴκασα.

Ibid. In Dionysii fragmento Herwerdenus ἐκκλέψῃς pro ἐκκλίνῃς, parum probabiliter.

Ibid. e. λαφυροπώλῃ corruptum videtur; requiritur ianitoris memoria.

IX, 382. b. Dobraeus probabiliter ὠγκύλλετο ὡς ἐπὶ τῇ τέχνῃ. De Stratonis quae sequitur ecloga vide quae dixi Com. graec. vol. IV p. 546. et in edit. min. vol. II p. 1157. Hic ea tantum commemorabo, quae nova accesserunt. Litt. c. ὧν ἂν Dobraeus. Litt. d. ἔτι pro ἔστι scripsi cum Dobraeo. Litt. e. τὰ μῆλα πρόβατα: ⌈μῆλα πρόβατ' :⌉ οὐ μανθάνω. Ita haec supplevit Cobetus; rectius fortasse Dobraeus ⌈μανθάνεις :⌉ Vs. sequ. supplevi οὐδ' οἶδα, possis etiam τούτων ⌈ἁπάντων⌉, vel cum Casaubono ⌈ἔγωγε⌉ τούτων. Litt. f. Cobetus Ὅμηρον οὖν οὐκ οἶσθα.

IX, 383. b. ἕκαστον pro ἕκαστα Cobetus. Ibid. ουκ ἂν τάχα scripsi pro οὐκ ἂν ταχύ.

Ibid. c. In Alexidis loco ἕψειν μοὐδόκει scripsi cum Hirschigio pro ἧψέ μοι δοκεῖ, cui vs. 3. etiam προσκέκαυκα debetur pro προσκέκαυκε.

Ibid. d. λαβὼν ἦν εἰς dedi ex A pro λαβών νυν εἰς, quod Porsonus posuerat. Ibid. vulgo ἐνθείς. Dindorfius ἔνθες cum Corae. Ibid. pro ἐκδέξεται malim εἰσδέξεται. Tum ἀτρεμεὶ ex A dedi pro ἀτρέμα. Cf. Com. gr. vol. III p. 441.

Ibid. e. Malim ποιήσω sine interrogatione. Ibid. ἄνω βαδίζει Cobetus Mnem. IV 117. A ἀνωμαλίσει. Scaliger ἄνω μάλ' εἰσι. De verbis ὃ λέγεις οὐ λέγεις v. Hirschig Dissert. p. 11. 39. et Cobetum l. l.

Ibid. f. Dobraeus ἐγὼ δέ γ' ὑμῖν, κατα τὸν ἥδιστον Δίφιλον, παρατίθημ' ὁλοσχερῆ, quod verum videtur. Ibid. σύμπτυκτον pro σύμπηκτον Dobraeus.

IX, 384. a. In Epigenis loco cod. A ἔτρεφέ με λαβὼν σιτευτόν, unde Dobraeus ἀλλ' εἴτις ὥσπερ χῆν' ἐμὲ | ἔτρεφε

*λαβὼν σιτευτόν.* Fortasse in cod. scriptura nihil mutandum, nisi quod *παραλαβὼν* pro *λαβών* scripserim.

Ibid. c. Male cum Dindorfio indicavi lacunam, cuius nullam causam fuisse docent particulae *οὕτως* sic positae exempla nequaquam rara.

Ibid. f. Philippides: *ἡ δ' ἀνδροφόνος Γνάθαιν' ἀναγελάσασ' ἅμα.* Ita correxi librorum scripturam *ἡ δ' ἀνδροφόνος Γνάθαινα γελάσασα*, ubi Porsonus scribebat *γελάσασ' ἡδέως.*

IX, 385. a. De Timoclis loco v. ad VII 259 b.

Ibid. f. Post *ἐν Ἐφεσίῳ* de more addidit fortasse scriptor *προειπών.*

IX, 386. a. In Alexidis ecloga non sanum esse credo vs. 8. *ἐγὼ δ' ἐρῶ. τοῖσιν γὰρ ἑστιωμένοις | τὸν καιρὸν ἀποδίδωμι τῆς συγκράσεως.* Libri partim *τοῖς γάρ* habent. Sententia hoc requirere videtur: *ἐγὼ δὲ πρῶτος· τοῖς γάρ* etc. atque ita edidi. Vs. 11. *σὺ πρὸς θεῶν ἔθυσας τὸν ἔριφον.* Haec sic scripsi:

*οὐ πρὸς θεῶν ἔμ' ἔθυσας, ἀλλὰ τὸν ἔριφον.*

ut haec personae B tribuantur. Cf. Com. gr. IV 131.

Ibid. c. *ἦρι μάλ' οὐκ ἐφ' Ἑλλήσποντον πλεύσας.* Ita scripsi propter Homericum locum, quem imitatur, *ἦρι μάλ' Ἑλλήσποντον· ἐπ' ἰχθυόεντα πλεούσας νῆας ἐμάς.* Possis etiam *οὐχ Ἑλλήσποντον ἐπιπλεύσας.* Vulgo *ἦρι μαλ' οὐχ Ἑλλήσποντον πλεύσας.* Amphidis locus fortasse ita scribendus est: *Εὐρύλοχε κνισολοιχὲ [χαῖρ']· οὐκ ἔσθ' ὅπως | οὐκ ὀλβιογάστωρ εἶ σύ.* Apparet *χαῖρ'* post *χε* prono errore excidere potuisse.

IX, 387. a. In Mnesimachi versibus Herwerdenus Nov. Add. crit. p. 36. *σπανιώτερον*, quod ego *σπανιώτατον* scripsi, delevit locumque sic scripsit: *καὶ | τὸ λεγόμενον πάρεστιν —*

Ibid. c. Agatharchides *φοιτᾷ τροφῆς χάριν πρὸς τὰς ἐμβολὰς τῶν στομάτων.* Fortasse recte scripsi *ἐκβολάς.*

IX, 388. b. *ἀκάμας Σακάδας ἀδάμας.* Ita Schweighaeuserus. A *ἀκαμασσακάδας ἀδάμας.* B *ἀκάμας ἀκάδας ἀδάμας.* In quibus Dobraeus *σακάδας* delet, ac sane non recte componitur cum *Ἀκάμας* et *ἀδάμας.* Scribendum puto *Ἀκίδας*, qui Elidis est fluvius.

Ibid. f. Sophocles *ὄρνιθος ἦλθ' ἐπώνυμος | πέρδικος ἐν*

κλεινοῖς Ἀθηναίων πάγοις. Pro ἦλθ' scripsi ἦν δ'. In sequente Pherecratis fragmento ἔξεισιν potius quam ἄκων corruptum puto.

IX, 389. d. ἢ θηρεύων. Scripsi ἢ ὁ θηρεύων, monstrant sequentia.

IX, 390. a. Alcmanis locus: ἐπῆγε δὲ καὶ μέλος Ἀλκμὰν εὗρέ τε γλωσσάμενον κακκαβίδων στόμα συνθέμενος. In his στόμα pro ὄνομα reposui Emperium secutus totumque locum ita refinxi: ἐπεί γε δὴ καὶ μέλος Ἀλκμάν εὗρε γεγλωσσαμένον κακκαβίδων στόμα συνθέμενος. i. e. linguatum os, ut Tertullianus Atheniensium civitatem linguatam dicit. Verbum γλωσσᾶσθαι (unde γλώσσημα) recte formatum est.

Ibid. b. οἱ δὲ περὶ τὴν Κίρραν πέρδικες ἄβρωτον ἔχουσι τὸ κρέας διὰ τὰς νομάς. Cirrham dicit Phocicam, ubi multus erat aconiti proventus, quo cum vescerentur perdices, earum carnes insuavem saporem ducebant.

IX, 391. e. Τερψικλῆς τοὺς ἐμφαγόντας φησὶ στρουθῶν ἐπικαταφόρους πρὸς ἀφροδίσια γίνεσθαι. Rectius fuerit ἐπιφόρους aut καταφόρους, sed vide XIII p. 608 d.

IX, 392. e. Ἰολάου δ' αὐτῷ (Herculi) προσενέγκαντος ὄρτυγα καὶ προσαγαγόντος ὀσφρανθέντ' ἀναβιῶναι. Egli in Museo Rhen. XIII 2 p. 307. et X p. 462. ὄρυγα scripsit pro ὄρτυγα.

Ibid. f. Κρατῖνος ἐν Χείρωσι λέγων· Ἰθακησία ὀρτυγομήτρα. Cod. B Ἰθακησίας, cui si quid tribuendum, scripserim Ἰθακησιάς. nisi potius Ἰθακησίας ὀρτυγομήτρας fuit.

IX, 393. a. Alexander Myndius ortygometram describens: τὸ μέγεθος ἡλίκη τρυγών. — δυσθαλὴς καὶ δειλή. Nescio quid sibi velit δυσθαλής. pro quo vide an δυσαλής i. e. δυσάλωτος scribendum sit, quod bene congruit cum δειλή.

Ibid. b. In Clearchi loco post φιλοστοργίαν lacunam indicavi et pro διαφέρουσιν scripsi διαφέροντες.

Ibid. c. Ἵππαρχος ἐν τῇ Αἰγυπτίᾳ Ἰλιάδι·

> οὔ μοι Αἰγυπτίων βίος ἤρεσεν. οἷον ἔχουσιν
> χέννια τίλλοντες καλκατιάδει σαλέοντα.

Primo versu scripsi οὐδέ μοι. alter quomodo emendandus sit nescire me fateor. Hoc unum video scribendum esse δεισαλέ' ὄντα sive δεισαλόεντα i. e. δυσώδη καὶ ῥυπαρά. sed in καλ-

κατια quid lateat alii docebunt. Interim suspicabar *καὶ κητία* vel *καὶ κήτεα*.

Ibid. f. *ἡ Ἥρα εἰς ἀπρεπῆ ὄψιν τὴν ὄρνιν μετεμόρφωσε.* Iacobsius *ἄνθρωπον* scribebat pro *ὄρνιν*, parum probabiliter. Fortasse *εἰς ἀπρεπῆ τὴν ὄψιν ὄρνιθα.*

IX, 394. d. *Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ ὀρνέων, ὡς διαφορὰς ἐκτίθεται φάσσαν πυραλλίδα περιστερὰν τρυγόνα.* Imo *διαφόρους*, ut habent VL.

Ibid. f. *ἀναγώγια* pro *ἀναγωγὰς* scripsi cum Casaubono.

IX, 395. b. *Φερεκράτης ἐν Γραυσί.* Sic rescripsi pro *Γραφεῦσι.* In ipso fragm. *ἀγγελοῦντα* pro *ἀγγέλλοντα* dedi cum Herwerdeno.

Ibid. c. Nicander *ἢ σικελὰς Μεγάροιο πελειάδας.* Nec *Μέγαρον* dicitur pro *Μέγαρα*, nec si diceretur, genetivus ad structuram loci aptus esset. Accedit quod Siculas quidem columbas multi, Megarenses autem *κατ᾽ ἐξοχήν* nemo celebravit. Corrigendum igitur *μεγάροισι.* Exerc. philol. I p. 31. Sic etiam alii, ut monuit O. Schneider Nicand. p. 90. qui vs. 3. coniecit *οὐδ᾽ ὄφις ὀστρακέοις λωβήσιμοι.* Pro *ἐξενέπονται*, quae Heringae emendatio est, legebatur *ἐξενίπονται.*

IX, 396. a. In Strattidis loco pro *ἔστω* fort. *ἐστί* scribendum est, et in Eubuli versu, qui sic editur *καὶ πνικτὰ Σικελὰ πατανίων σωρεύματα*, vereor ne ut alibi coqui nomen *Πατανίων* obscuratum sit. V. Comic. gr. III p. 298.

Ibid. d. Antiphanes *κομψός γε μικρὸς κρωμακίσκος οὑτοσί.* Nauckius *κωραλίσκος.*

Ibid. *Ἡνίοχος Πολυεύκτῳ·*

*ὁ βοῦς ὁ χαλκοῦς ἦν ἂν ἑφθὸς δεκάπαλαι·*
*ὁ δ᾽ ἴσως γαλαθηνὸν τέθυκε τὸν χοῖρον λαβών.*

Quod Fragm. Com. III 561. dixi respici his verbis haud dubie notum aliquod simulacrum bovis aenei, id planissime postea confirmatum repperi hac glossa Hesychii: *Βοῦς ἐν πόλει· χαλκοῦς ὑπὸ τῆς βουλῆς ἀνατεθείς.* Itaque in acropoli hoc bovis simulacrum positum erat, quod cum arte et magnitudine insigne esset, factum est ut *βοῦς ἐν πόλει* proverbialiter de rebus magnificis et quae animum admiratione percellerent diceretur. Diogenianus III 67. *Βοῦς ἐν πόλει· ἐπὶ τῶν θαυμαζομένων.* Appendix Prov. Vatic. I, 25. *Βοῦς ἐν πόλει· ἐπὶ*

*τῶν παραδόξων καὶ θαυμαζομένων. Λυσίας γὰρ ἀνέθηκε βοῦν ἐν ἀκροπόλει.* Quae in cod. S. Germ. apud Bastium Ep. crit. p. 134. ita scripta sunt *Λυσανίας δὲ εἶπε βοῦν ἐν ἀκροπόλει.* Quae quomodo cum Hesychio, effigiem illam bovis senatus auctoritate dedicatam dicente, conciliari possint non video nisi ita, ut aut Lysias senatus consulti auctor habeatur, aut probata cod. Sangerm. scriptura Lysaniam sculptoris nomen fuisse statuamus, quo pacto *εἶπε* ex *ἐποίει* corruptum videri possit. Lysaniam sculptorem ex titulo a Winckelmanno Operum vol. VI, 2. p. 342. edito memoravit Silligius. Ceterum eiusdem huius signi memoriam apud Hesychium obliteratam suspicor in hac glossa, *Κριὸς ἀσελγόκερως: ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει κριὸς ἀνακείμενος μέγας χαλκοῦς. ἀσελγόκερων δὲ αὐτὸν εἶπε Πλάτων ο κωμικός, διὰ τὸ μέγαν εἶναι, καὶ συναριθμεῖ αὐτῷ τόν γε Δούριον ἵππον.* Quo loco quum pro *τόν γε* recte codex habeat *τόν τε*, apertum est excidisse aliquid, quod Plato propter magnitudinem simul cum Durio equo et ariete coniunxerat. Scribendum igitur suspicor: *τόν τε Δούριον ἵππον [καὶ τὸν βοῦν τὸν χαλκοῦν.]* Exercit. phil. I p. 29.

Ibid. e. In Simonidis loco ante *ἰοστεφάνου* Bergkius supplet *Εὐρυδίκας*. Dobraeus [*νύμφαι* vel *μοῦσαι*] *ἰοστέφανοι.*

IX, 397. a. Antiphanes *ἤγαγ᾽ ἕν*. Sic Hirschig pro *ἤγαγεν*. Vs. 2. fortasse *πλείους εἰσὶ* cum Grotio.

Ibid. f. Legebatur *λειπόνεως*, quod *λιπόνεως* scripsi.

IX, 399. a. *ὁ τὴν τῶν Ἀτρειδῶν κάθοδον πεποιηκὼς ἐν τῷ τρίτῳ φησίν*

*Ἶσον δ᾽ Ἑρμιονεὺς ποσὶ καρπαλίμοισι μεταστών.*

Pro *Ἶσον* Casaubonus *Νῖσον* tentabat non memor Homeri Il. XI 101. *αὐτὰρ ὁ βῆ Ἰσόν τε καὶ Ἄντιφον ἐξεναρίξων.* Hermioneus Argivi nomen esse videtur. Exercit. phil. I p. 30.

Ibid. c. *πρὶν θεωρῆσαι.* V. Com. graec. IV p. 491. Qui statim sequitur ex Teleclidis fabula *Στερροί* inscripta versus

*ὡς ουσα θῆλυς εἰκότως οὖθαρ φέρω,*

e simili scena petitus est qualem describit Aristophanes Thesmoph. 640.

Ibid. d. Archestratus *τοῦ δὲ λαγὼ πολλοί τε τρόποι πολλαί τε θέσεις σοι | σκευασίας εἰσίν.* Addidi praeeunte Do-

braeo *σοί*, nec male tamen Schweighaeuserus *πολλαί τε θέσεις μέν*, vel Iacobsius *πολλαὶ θέσιές τε*.

Ibid. f. Alcaeus *κορίαννον εἶναί τι λεπτόν*. Recepi elegantem Bergkii emendationem *εἴς τί λεπτόν;* quamquam possis etiam *κορίαννον εἶναι τιλτόν* vel *τριπτόν*.

IX, 400. a. In Aristophanis loco

*λύσας ἴσως ἂν τὸν λαγὼν ξυναρπάσειεν ὑμῶν*,

pro *λύσας* coniectabam *Ὕλας*, quod canis nomen fuerit. Pro *ὑμῶν* fort. *ἡμῶν* scribendum ex VL.

Ibid. b. De *λαγὸς* quae disputat Athenaeus, mihi valde incerta videntur. Quis enim praestet in Sophoclis loco *λαγοί* non esse *λαγῴ*, quod antiquo more *λαγοί* scriptum grammaticum in errorem induxit. Ille autem versus

*λαγὸν ταράξας πῖθι τὸν θαλάσσιον*,

recitabatur sine dubio ab homine Ionicae stirpis.

Ibid. e. Hegesander *κατ' ἀρχὰς δὲ ἡ μὲν Ἀστυπάλαια οὐκ εἶχε λαγώς, ἀλλὰ πέρδικας*. Post *πέρδικας* excidisse suspicor *ἡ δὲ Ἀνάφη οὐ πέρδικας ἀλλὰ λαγώς*, vel *ἡ δὲ Ἀνάφη λαγὼς ἀλλ' οὐ πέρδικας*. Quod verum esse ostendit particula *μέν*, quae oppositionem postulat.

IX, 401. b. *οὐδὲ ἦν ἐλάττων τοῦ καλοῦ γραφομένου Καλυδωνίου*. Fortasse *τοῦ καλλιγραφουμένου*, nisi *καλοῦ* utpote e *Καλυδωνίου* natum expungere praestat. Mox verba *φροντιστὰ καὶ λογιστὰ Οὐλπιανέ* ex antiqua comoedia ductum suspicor. Fuerit e. c. *φροντιστὰ καὶ λογιστὰ Σώκρατες*. Tum praeeunte Schweighaeusero edidi *ὃ δ' οὐ σφόδρα φροντίσας*. Libri *ὃ δὲ σφόδρα φροντίσας*.

Ibid. e. *τὸ πρὸ τοῦ μνημείου αὐτοῦ ἐπίγραμμα*. Nonne *τὸ ἐπὶ τοῦ μνημείου*? In ipso epigrammate satis insolenter dictum est *νυκτῶν φροντίδες ἑσπέριοι*, latetque fortasse vitium.

Ibid. f. Antiphanes *λαβὼν ἐπανάξω σύαγρον εἰς τὴν οἰκίαν τῆς νυκτὸς αὐτῆς καὶ λέοντα καὶ λύκον*. Scripsi *ἐπανήξω* cum Cobeto. In Dionysii loco vs. 3. *ᾧ πλεῖστ' απαρχὰς ἀκροθινιάζομαι*, fort. scribendum est *ᾧ πλεῖστ' ἀπάργματ'*, sed reliqua non expedio. Hesychius *Ἀπάργματα· ἀπαρχαί*.

IX, 402. a. *συάγρεια* scripsi pro *συάγρια*.

Ibid. b. *καὶ Σκληρίας, εἷς δ' ἐστὶν οὗτος τῆς Ἰταλικῆς*

*καλουμένης κωμῳδίας ποιητής*. Ita Dindorfius edidit Colomesii iudicium secutus, quum libri habeant *Σκίρας*. Ac sane ita scribitur hoc nomen apud Stobaeum Flor. II, 9. XVIII, 2. CIII, 4. quibus locis lemma est *Σκληρίου*, quod Photius Bibl. 167, p. 115. male revocavit ad nominativum *Σκλήριος*. Non dubitandum tamen quin restituenda sit librorum scriptura. Quum enim *σκιρός* et *σκληρός* nonnisi forma inter se differant, v. Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 297. et Lobeck. Aglaoph. p. 1314. apertum est eundem hominem et *Σκίραν* vel *Σκιρίαν* et *Σκληρίαν* nominari potuisse. Nominis *Σκίρας* exemplum habemus item apud Diognetum Herodiani Dict. solit. p. 11, 29. *Κόλλον τὸν Σκίρου*. Nisi id ad *Σκίρος* revocandum. Denique apud Ioa. Lydum de Magistr. I, 40. *Ῥίνθωνα καὶ Ἀσκήραν καὶ Βλαῖσον καὶ τοὺς* (hoc delendum) *ἄλλους τῶν Πυθαγορείων ἴσμεν κωμικῶν διδαγμάτων ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος γενέσθαι καθηγητάς*, pro *Ἀσκήραν* potius *Σκίραν* quam *Σκληρίαν* corrigendum est. Ad poesin Scirae quod attinet, fuit ea Rhintonicae simillima maximeque in tragicorum poetarum parodia versabatur. Quod Stobaeus Flor. CIII, 4. eidem poetae tribuit carmen nobilissimum *Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ κτλ.* id quod errore acciderit indicavi Fragm. Com. graec. III p. 169. E x e r c i t. p h i l o l. I p. 30.

Ibid. c. Recte opinor Nauckium corrigere *περιεφέροντο καὶ ἔριφοι πολλοὶ καὶ ποικίλως ἐσκευασμένοι*.

Ibid. d. In Antiphanis loco, de quo vide Com. gr. III p. 9. et quem rectius distinxi Add. vol. V p. 73, vs. 1. *κρέας* scripsi pro *κρέα*, et vs. 4. *αἰγίων* pro *αἰγείων*, quod Dindorfius *αἰγέων* scripsit cum Schweigh. Dobraeus *αἰγιδίων*.

IX, 403. a. Mnesimachus *ὤπτηται* pro *ὀπτᾶται* recte Casaubonus. Ibid. dedi *χναῦμ' ἥρπασται*. Vulgo *χναῦρ*, A *χναυὼ*. Pro *ἥπασται* fort. *ἤρτυται* scribendum est. Mox *λέπεται κόρδαξ* scripsi pro *λείπεται*, et *πάντως* pro *πάντες*.

Ibid. *χάσκεις οὗτος* Casaubonus, vulgo *χάσκεις αὐτός*; Rectius autem distinxit Dindorfius *χάσκεις; οὗτος βλέψον*. Tum ante Dobraeum erat *δεῦρ', εἴ πως αὐτὰ φράσεις*. Statim fortasse *αὖθις ἐρῶ σοι*.

Ibid. b. φοξῖνος (corr. op. err.) dedi pro φυξῖνος, libri φυξίκινος cf. Com. gr. vol. III p. 573.

Ibid. c. ἔγχελυς ἄρκτοι. Sic scripsi pro ἄρτοι, quorum importuna h. l. memoria est. Ibid. δεύει Dindorfius in notis pro εὔει.

Ibid. d. βινεῖ et νεῖται seclusi. Tum κούραν corruptum est, fort. κούρα et deinceps ὀσμῇ σεμνῇ. Paulo post erat μακροῦ, quod μάρου scripsi, et στύρακος καὶ βάρου, quod correxit Dindorfius.

Ibid. e. φέρει. Corrige operarum errorem φέροι. Ibid. λεγομένους dedi pro γενομένους, et Ἀναξίππῳ pro Ἀνθίππῳ ex emendatione Valckenarii.

Ibid. f. In Anaxippi loco ἐχρῆτο pro ἐχρᾶτο Herwerdenus Obs. crit. p. 101. fortasse recte, quamquam qui κωλέα pro κωλῆ, ζητῶ pro χρήζω dicere non dubitavit, eum ne ἐχρᾶτο quidem reformidasse crediderim. Ibid. πάντ' ἀφεῖλον scripsi cum Dobraeo, libri πάντα φίλων τὸ, D apud Villebrunium πάντα φ—λον τό.

IX, 404. a. ἔλαιον. Toupius ἐλεόν τε. Tum πρῶτοι scripsi, vulgo πρῶτον.

Ibid. b. οὐδὲν Διοδώρου διαφέροντ' Ἀσπενδίου. Ita correxi librorum scripturam οὐδὲν χονδρεύουσι διαφέρω τ' Ἀσπενδίου, quamquam hoc quidem servari potest. De Diodoro Aspendio dixi ad IV p. 163 f.

Ibid. d. ὅταν ἐγγὺς ᾖ δ' ὁ σταυρός ex Dobraei emendatione dedi, libri ὅταν ἐγγὺς ἦν δὲ ὁ δεύτερος. Facilior tamen est coniectura Cobeti Mnem. IV p. 321. ὅταν ἐγγὺς ᾖ δ' ὅδ' ἕτερος, ut ὅδ' ἕτερος per euphemiam dictum sit pro ὁ θάνατος.

Ibid. e. τὴν φύσιν vulgo cum δριμύτητος coniunctum ad sequentia traxi. Ibid. πνευματιῶ recte Herwerdenus.

Ibid. f. In Dionysii ecloga προΐδηται scripsi cum Dobraeo, vulgo προΐδῃ τε, Dindorfius προειδῇ. Sequente versu οὐκ ἔτι dedi pro οὐκ ἔστι, et ὀψοποιὸς δ' ἐστί που. Libri ὀψοποιὸς δ' ἔστιν vel ἔστι. Dindorfius cum Schweigh. ὀψοποιός ἐστι δέ.

IX, 405. a. πολύ de coniectura adieci. Pro θάτερον for-

tasse θάτερος. Vs. sequ. recte vulgo οὕτως ἐφ' ἡμῖν, post quae incidendum est.

Ibid. b. οὐ τοῦ τυχόντος supplevit Dobraeus. Ibid. ἕξεις ὁμοίαν scripsi praeeunte Iacobsio, qui ἔχεις ὁμοίαν dedit; libri ἔχει θ' ὁμοίαν. Ibid. erat γέγραφέ τε, quod fortasse servari potest.

Ibid. c. τῶν βιαίων ἔσθ' ἕνεκα τὰ γεγραμμένα. Locus corruptissimus; suspicabar ἃ τῶν ἰδιωτῶν ἔσθ' ἕνεκα γεγραμένα.

Ibid. κενὰ — γεγραμμένα solus habet A. De sequentibus v. Com. graec. III p. 350.

Ibid. προσαπόλωλεν scripsi Hirschigium secutus, libri παραπόλωλεν.

Ibid. ἐπιλαθέσθαι Σιμία edidi pro ἐπιλαθέσθαι σημεῖα.

Ibid. d. ἐξ ἀντλίας ἥκοντα καὶ γέμοντ' ἔτι. Ita Dindorfius dedit ex mea coniectura. Libri fere ἥκοντι καὶ γέμων τέ τι. Vid. quae dixi Com. graec. III p. 551. Fortasse scribendum

ἐξ ἀντλίας ἥκοντι καταγέμοντί τε —

Vs. sequ. φορτηγικῶν scripsi pro φορτητικῶν. De seqq. vide l. l.

Ibid. e. κόπτε με Dindorfius. In sequentibus haud pauca latent trimetrorum comicorum vestigia, e. c. καὶ δεῖξον ὃ φέρεις — καταφρονεῖς ὅτι μάγειρός εἰμ' ἴσως — et 406 b. ἁπαλὸν καὶ συνεχὲς διδοὺς τὸ πῦρ — et τοία διεχύθη τῶν ῥόδων εὐωδία. Tum ὅσον δ' scripsi pro ὅσον.

Ibid. f. γυμνὴν ἐποίησεν v. Com. gr. IV p. 607.

IX, 406. a. ῥοδωνιὰν Dobraeo auctore scripsi pro ῥοδωνίαν.

Ibid. d. ἀλλ' ἔγωγε — οὐκ ὢν λαβάργυρος ὡρολογητής, κατὰ τὸν Τίμωνος πρόδειπνον. λέξω τὰ περὶ τοῦ Ἡγήμονος. Parum probabili coniectura Schweighaeuserus κατὰ τὸ Τίμωνος Περίδειπνον scribendum existimat, cum Timonis Phliasii librum indicari ratus, quem Ἀρκεσιλάου περίδειπνον, Arcesilai silicernium, inscriptum fuisse testatur Diogenes Laert. IX 115. Mihi Athenaeus κατὰ τὸν Τίμωνος Πρόδικον scripsisse et verbis λαβάργυρος ὡρολογητής ipse Prodicus indicari videtur. Eum ὡρολογητήν a Timone appellatum credo propter Horas, quo titulo Prodicus librum inscripserat eum, ex quo Xenophon nobilem de Hercule in bivio sedente fabulam

derivavit; *λαβάργυρον* autem eum dixit propterea quod hunc ipsum librum Prodicus graecas civitates obiens recitabat magnamque ab auditoribus mercedem exigebat. Exercit. philol. I p. 31. V. tamen ad Theocr. p. 404.

Ibid. f. *χώρει 'ς τὸν ἀγῶνα.* Legebatur *χώρ' εἰς τὸν ἀγῶνα.*

IX, 407. a. Alter versus ita scriptus erat *φακῇ δὲ καὶ ἐν θέρει καὶ χειμῶνι ἀγαθόν.* Eum Dobraeus ita refingebat *ἀγαθὸν δὲ κἀν χειμῶνι κἀν θέρει φακῆ.*

Ibid. *οὐδεὶς δ' ἀπέστη.* Ita scripsi pro *οὐδεὶς ἀπέστη.* post *ἀτυχημάτων* incidens.

Ibid. c. Chamaeleo Ponticus: *ὅ τε γραμματεὺς καὶ ὁ ἄρχων τὰς ἡσυχίας ἤγαγον.* Fuit qui *καὶ οἱ ἄρχοντες ἡσυχίας* corrigeret. Sed cf. III p. 114 a. *τὰς ἡσυχίας οὐκ ἄγετε ἕως ἄν τις ὑμῖν ἄρτων ἢ ὀστέων προσρίψῃ.* XI p. 493 f. *εἰπόντες δεδωκέναι αὐτῷ τὰς ἡσυχίας εἶχον* (*ἦγον*?). Diodorus Sic. XVII, 116. *τὴν ἡσυχίαν ἦγε.* Aelianus V. H. 9, 33. *τὴν ἡσυχίαν ἀγαγὼν καὶ ἐγκαρτερήσας.*

Ibid. d. *ἦν δὲ καὶ τραγῳδίας.* Recte ut videtur Dobraeus *τραγῳδός.* In Timoclis fragmento *ἐν αἷσιν ἕψεις* scripsi pro *ἐν αἷς συνῆψας.*

Ibid. e. In eiusdem Timoclis loco *πάλιν* scripsi pro *πάνυ* et ultimo versu erat *ἐπέπτυσεν.* Tum *καὶ* ante *τῶν δήμων* deleverim. In sequente Timoclis fragmento vs. 1. per interrogationem extuli et vs. squ. personae B tribui. In eo pro *οὗτος δ'* scripsi *οὐκ ἀλλ'.* quae non nimis violenta est emendatio: *α* abiit in *ος* et *ΛΛ* in *Δ*. Vs. 4. legebatur *θανατηγὸν καλὴν χύτραν φέρει.* Scripsi *θάργηλον ἀγκάλῃ χύτραν φέρει.* V. Com. graec. IV p. 721. Post *θάργηλον* fort. excidit *οὗτος.*

Ibid. f. Timocles in Icariis.. Vs. 1. distinxi post *οὐδέν.* Sequentia ita edebantur *εἶτα Θούδιππος ὁ λέων παντελῶς ἔπηξεν ἡμᾶς.* Correxi *Θούδιππος βδέων παντελῶς ἔπνιξεν ἡμᾶς.* Vs. 4. legebatur *ἐφερόμην πρὸς Δίωνα.* Sed aliud quid latet. Forsan *εἶτ' ἐφερόμην πρὸς Δίωνα.*

IX, 408. a. *ἐκ τούτων δῆλόν ἐστιν ὅτι ὁ Τηλέμαχος κυάμων χύτρας ἀεὶ σιτούμενος ἦγε πυανέψια πορδὴν ἑορτήν.* Apparent trimetrorum vestigia *κυάμων χύτρας ἀεὶ σιτούμενος*

et ἦγε πυανέψια | πορδῶν ἑορτήν. Sic enim pro πορδῇ scribendum videtur.

Ibid. Heniochus. Vs. 3. erat δῷ δεῖνι. Scripsi τὸ δεῖνα, quod habet L, τὸ δειναὶ A.

Ibid. b. Legebatur ὁ σοφιστὴς τέλος. Τοτούτων οὖν πολλάκις etc. Correxit Dobraeus.

Ibid. d. In versibus Eupolidis πάντας (non πάντα) addidit Schweigh. Ibid. in Epicharmi loco κιθάραι scripsi pro κιθάρα et τράπεζαι χαλκία pro τράπεζαι χαλκεῖαι, quod Schweigh. τράπεζαι χαλκέαι, Ahrens autem τράπεζαι χαλκίαι scripserunt; parum credibile est, poetam ad τράπεζαι adiecisse epitheton, quo cetera substantiva carent. Eandem ob causam vs. 2. ubi χάλκεοι ex VIII p. 362 b. receptum est (vulgo χάλκειοι, Ahrens χαλκίοι) vereor ne pro χάλκεοι quod ex praecedente versu repetitum videri potest, corruptum sit; fortasse χρυσίδες vel simile quid scribendum est.

IX, 409. d. Antiphanes κέλευσόν μοί τινα Koppiers, libri κέλευσόν τινα. Ibid. fort. τότε | καὶ περιπατήσεις.

Ibid. e. In Philoxeni loco vs. 3. libri fere ὅσον ἔχρηζεν ἐκτρίμματά τε. Correxit Bergkius indicata lacuna, qui vs. sq. δὲ addidit. Ibid. Dromonis vs. 2. ὁ παῖς Porsonus, libri ἦμεν, sufficiebat ἡ παῖς.

IX, 410. a. Clidemus ἔπειτα [στὰς] παρὰ τὸν βόθυνον πρὸς ἑσπέραν βλέπε Nauckius. Ibid. pro θυγατριδῶν bene O. Müller εὐπατριδῶν. Lobeck Aglaoph. p. 185. Φυταλιδῶν, Adamus Θυργωνιδῶν. Cf. Petersen Phil. Gott. Supplem. 1860 p. 163.

Ibid. c. Sophocles σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεκαρμένος. Recte, ut videtur, Herwerdenus ἐκδεδαρμένος.

Ibid. d. Ἀχελῴῳ pro Ἀχελωνίῳ dedi ex emendatione Daleecampii, quam confirmat etiam fragmentum fabulae ab Athenaeo allatum, in quo de Hercule sermonem esse apertum est. Lacunam indicatam sic suppleverim τό[τε] πρὸ τοῦ δείπνου [καὶ τὸ μετὰ τὸ δεῖπνον] κατὰ χειρός. In Demonici loco vs. 1. scripsi ἑστιῶν pro ἐσθίων cum Casaubono. Vs. 3 et 4. edebatur περιγράφει πᾶς ὅτι μετά, quae emendavit Cobetus Mnem. IV p. 98. In Cratini fragmento πλέῳς scripsi pro πλέως.

Ibid. e. De Sapphus loco vide Bergkium P. L. p. 676. In

eo dedi ἔπεμψ' ἀπὺ Φωκάας (pro ἔπεμψα πυ φωκάας) cum Grotefendo, cetera intacta relinquens. Alterum καγγόνων (Seidlerus καγκόμων) fortasse ex κἀγών (κἠγὼν) corruptum est, ut hoc fere dicat, quoniam tu magni pretii munera (μεγάτιμα) misisti, ego vicissim tibi misi, εἴς σ' ἔπεμψ' ἀπὺ Φωκάας δῶρα τίμια κἀγών. In quibus quae aliis debeam, docebit Bergkii adnotatio.

X, 411. a. Astydamantis, poetae tragici, afferuntur versus ex Hercule fabula satyrica:

Ἀλλ' ὥσπερ δεῖπνου γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν
τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφόν.

Perquam dignum memoria hoc fragmentum est propterea quod ne tragicam quidem poesin ab usu parabasium alienam fuisse luculenter ostendit. Eandem rem confirmat Aristides Orat. vol. II p. 523 Dind. καὶ κωμῳδοῖς μὲν καὶ τραγῳδοῖς καὶ τοῖς ἀναγκαίοις τούτοις ἀγωνισταῖς ἴδοι τις ἂν καὶ τοὺς ἀγωνοθέτας καὶ τοὺς θεατὰς ἐπιχωροῦντας μικρόν τι περὶ αὑτῶν παραβῆναι, καὶ πολλάκις ἀφελόντες τὸ προσωπεῖον μεταξὺ τῆς μούσης ἣν ὑποκρίνονται δημηγοροῦσι σεμνῶς. Non credo tamen in tragoediis id unquam poetas facere ausos esse, sed in satyricis dumtaxat fabulis. Cui sententiae repugnat sane Pollux, qui Euripidem in multis fabulis, Sophoclem autem in Hipponoo parabasi usum esse affirmat IV, III. τραγικὸν δὲ οὐκ ἔστιν (ἡ παράβασις), ἀλλ' Εὐριπίδης αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν. ἐν μέν γε τῇ Δανάῃ τὸν χορὸν τὰς γυναῖκας ὑπὲρ αὑτοῦ τι ποιήσας παρᾴδειν, ἐκλαθόμενος ὡς ἄνδρας λέγειν ἐποίησε τῷ σχήματι τῆς λέξεως τὰς γυναῖκας. καὶ Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν ἁμίλλης ποιεῖ σπανιάκις, ὥσπερ ἐν Ἱππόνῳ. Atqui Pollucem in rebus ad scenam spectantibus negligentissimum constat scriptorem esse, qui ut de Danae manifesto ea tradit, quae nihil faciunt ad parabasin, ita ne in iis quidem quae de Hipponoo affert, fide dignus habendus est. Exerc. philol. II p. 18.

Ibid. e. Diphilus ἔχον βαδίζειν. Schweigh. ἔχοντα βαδίζειν, Herwerdenus Obs. crit. p. 125. ἔχοντα βαίνειν, quibus nihil lucramur ad sensum loci aperiendum.

XI, 500. a. κλέος ἔλαβον (σκύφοι) οἱ Βοιώτιοι λεγόμενοι, χρησαμένου διὰ (κατὰ?) τὰς στρατιὰς πρώτου Ἡρακλέους τῷ γένει. διὸ καὶ Ἡρακλεωτικοὶ πρός τινων καλοῦνται. In his Ἡρακλεωτικοί, quod optimi libri AB omittunt, imperite suppletum est in PVL. Debebant Ἡράκλειοι. Cf. ad III 153 c. Herculeum poculum (Ἡρακλέους μέγα ποτήριον) commemorat Diodorus Sic. XVII 117.

Ibid. ἐπὶ ξένια scripsi pro ἐπὶ ξενίᾳ.

Ibid. b. Παρμένων φησὶν ἐν τῷ περὶ διαλέκτου. Scripsi διαλέκτων, nisi potius fuit περὶ [αἰολίδος] διαλέκτου.

Ibid. c. ἀλλὰ πολὺ τὸ πανοῦργον καὶ τὸ θηριῶδες. Si hoc scripsit Ephorus, τὸ θηριῶδες ad vulpeculae astutiam referendum fuerit. Cfr. Diphilus VI p. 225 a. τόδε — τὸ γένος ὥσπερ θηρίον ἐπίβουλόν ἐστι τῇ φύσει.

Ibid. d. εἰς παλάθης συριακῆς τρόπον πλάττοντες. In B συκῆς super συριακῆς scriptum est. Non credibile est, apud Syros peculiarem quendam ficorum compingendarum modum obtinuisse; accedit quod Syriacas ficus neque Athenaeus, qui pluribus locis de variis ficuum generibus uberrime disputat, neque Plinius aliusve scriptor, si recte memini, commemorat.

Eam ob causam *Συριακῆς* in Athenaei loco mihi valde suspectum est natumque videtur ex *συκῆς*, quod interpretationis causa ad *παλάθης* adscriptum fuerit. Ibid. fortasse scribendum *τούτου δὲ καὶ πολὺ ἥδιον.*

Ibid. e. In Antiphanis loco *τῷ σατραποπλούτῳ* egregia est Dobraei coniectura, libri *σαπροπλούτῳ.*

Ibid. f. *οἱ προγάστορες.* Dobraeus *ὅσοι προγάστορες.* In Rhintonis loco idem post *ἐλατῆρα* supplevit *ἀλφίτων.*

XI, 501. a. *χαλκίον* scripsi pro *χαλκεῖον.* V. Vindicias Strab. p. 91.

Ibid. c. Verba *ἀμφίθετος καὶ* seclusit Dindorfius praeeunte Schweighaeusero.

Ibid. f. In Ionis fragmento addidi *φιάλας*, praeeunte Bergkio.

XI, 502. a. *τῆς δὲ ἀργυρίδος φιάλης.* Nescio an *φιάλης* delendum sit.

Ibid. b. Cratini versum sic scripsi *χρυσίδι σπένδων κέκραγε, τοῖς ὄφεσι πιεῖν δίδου.* Vulgo legitur *γέγραφε* et *διδούς.*

Ibid. De Aristophanis loco, in quo Nauckius *ὁ καιρὸς ὁ φιλετήσιος* malebat, v. Bergkium p. 1102. Alexidis locus nondum emendatus est. Vs. 4. Porsonus *κεκραμένου.* Vs. 5. fort. scribendum *καὶ τῆς ὁμονοίας δύο, τί νῦν μὴ κωμάσω;*

Ibid. c. Post *αὐτόθι* adieci *νόμον.* In Meleagri verbis aut *δέδωκε* scribendum pro *διέδωκε*, distribuebat, aut *αὐτοῖς* pro *αὐτῷ.*

Ibid. d. In fragmento scriptoris, cuius nomen excidit, fortasse scribendum est *εὐκαιρότατα παραχέων.* In sequente Dioxippi loco pro *ψυκτῆρας* scripsi *ψυγέας.* V. Com. graec. IV p. 543.

Ibid. e. Menandri locum Dobraeus ita scribi voluit *προὔπινεν αὖ (ἂν) τοὺς ἀθλίους ἀπολλύων.* Libri *προὔπινεν αὐτούς*, Bentleius *προὔπινεν αὐτοῖς.* In Epigenis fragmento emendavi *εἶτ' οἴσεις μόνος.* Vulgo *εἰσοίσεις.* In Strattidis loco Dobraeus dedit *κοτύλῃ* hoc sensu, prae inopia mensuram sui panis adeo contrahit, ut pro quoque choenice tantum cotylen ponat.

Ibid. f. Alexidis locus ita scriptus erat *εἰς τὴν κατάλυσιν*

*ησύνην αἴθων ἀνήρ.* Correxi *εἰς τὴν κατάλυσιν ἧγον, ἦν δ' αἴθων ἀνήρ.* Vs. 7. *ἴσως ἑτέρας* adieci ex VI p. 230.

XI, 503. a. In Euphronis fragmento scripsi *τὸ τευτλίον δὲ σεῦτλα.* Vulgo *τὸ σευτλίον δὲ τεῦτλα.* Vidit iam Schweighaeuser.

Ibid. b. Antiphanes *ὁ δὲ καλὸς πῖλος, κάδος, ψυκτήρ.* Sic Dobraeus. Ibid. *Καρίνῃ* scripsi cum Fabricio pro *Κάρνῃ.*

Ibid. c. Antiphanes *ἔσται πότος.* Legebatur *πότος ἔσται.* Post *κυαθίζειν γὰρ* exciderunt lacunae signa.

Ibid. d. E Nicandro Thyatireno docetur *ψυκτήρια* esse *ἀλσώδεις καὶ συσκίους τόπους, ἐν οἷς ἔστιν ἀναψῦξαι.* Idque deinceps confirmatur Aeschyli loco et Euripidis e Phaethonte *ψυκτήρια | δένδρεα φίλαισιν ὠλέναισι δέξεται.* Pro *δένδρεα* recte Dobraeus *δένδρων.* Ceterum Matthiaeus ista Meropis verba esse suspicatur, locum ubi Phaethon sepeliatur demonstrantis. Quae parum probabilis coniectura est, quamvis Welckerum adstipulatorem nacta in egregio opere quo de graecis tragoediis explicuit. Mihi Solis verba esse videntur, Phaethontem ut ne periculosum iter ineat obtestantis. Aptissime comparari possunt hic Ovidii Metam. II 76:

forsitan et lucos illic urbesque domosque
concipias animo delubraque ditia donis
esse; per insidias iter est formasque ferarum.

Haec si vera sunt, apertum est addendam esse quae ante *ψυκτήρια* facile oblitterari potuit particulam *οὐ.* Integra si extaret Euripidis fabula, in aliis etiam locis puto Ovidium cum graeco poeta consentire intelligeretur. Ex eadem Solis oratione partem servavit Clemens Alex. Paed. III, 2. *μὴ θίγῃς ἡνιῶν ἄπειρος ὢν μηδὲ ἀναβῇς τὸν δίφρον ἐλαύνειν μὴ μαθών.* Quae ab aliis aliter tentata mihi ita scribi posse videntur:

*μή μοι θίγῃς τῶν ἡνιῶν ἄπειρος ὤν,*
*μηδ' ἐπαναβῇς τὸν δίφρον οὐ μαθὼν ἐλᾶν.*

Forma *ἐλᾶν* Euripides usus est in eiusdem fabulae Fragm. X. ex Longino Subl. 15.

*πατὴρ δ' ὄπισθε νῶτα σειραίου βεβὼς*
*ἵππευε, παῖδα νουθετῶν· ἐκεῖσ' ἔλα,*
*τῇ ῥα στρέφ' ἅρμα τῇδε.*

In his quin τῇ ῥα corruptum sit non dubitatur. Unus cod. quum habeat τῇ ῥ᾽ ἔστρεφ᾽, fortasse corrigendum τῇδε στρέφ᾽ ἅρμα, τῇδε cll. Sophocle Oed. Col. 1544. τῇδ᾽, ὧδε βᾶτε, τῇδε. Eiusdem fabulae fragmentum decimum septimum ex Stobaeo Flor. 93, 2. ita constituendum videtur:

*δεινόν γε· τοῖς πλουτοῦσι τοῦτο δ᾽ ἔμφυτον*
*σκαιοῖσιν εἶναι· τί ποτε τούτου ᾽στ᾽ αἴτιον;*
*ἆρ᾽ ὄλβος αὐτοῖς ὅτι τυφλὸς συνηρετεῖ,*
*τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας καὶ τῆς τύχης;*

Versu quarto pro *τύχης* forsan *τέχνης* scribendum, ut opulenti in artibus nihil videre dicantur. Genetivus pendet a *τυφλός*. Ita Menander *κωφὸς* cum secundo casu coniunxit Aneps. I, 2. Secundo versu vulgo legitur *τί ποτε τούτου ταἴτιον*. Versu tertio pro *συνηρεφεῖ* reposui *συνηρετεῖ* cll. Lobeckio ad Soph. Aiac. 1329. Ad sententiam cfr. Aristoteles Probl. XXIX, 8. *διὰ τί ὁ πλοῦτος ἐπὶ τὸ πολὺ παρὰ τοῖς φαύλοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἐπιεικέσιν ἐστίν; ἢ διότι τυφλὸς ὢν τὴν διάνοιαν οὐ δύναται κρίνειν οὐδὲ αἱρεῖσθαι τὸ βέλτιστον.* Eandem expressit poeta in Polyido (Fragm. X) apud Stobaeum Flor. 95, 7:

*πλουτεῖς· τὰ δ᾽ ἄλλα μὴ δόκει ξυνιέναι·*
*ἐν τῷ γὰρ ὄλβῳ φαυλότης ἔνεστί τις,*
*πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχές.*

Ita enim primus horum versuum scribendus est; vulgo soloece *μὴ δοκεῖς ξυνιέναι*. Denique ad Phaethontem referenda suspicor quae leguntur apud Plutarchum Tranquill. an. p. 463 a. *τὸ τοῦ τραγικοῦ Μέροπος πέπονθας, οὐδ᾽ ὡς ἐκεῖνον εὐδαιμονίζων ὁ ὄχλος ἐξέπληξε τῶν φυσικῶν παθῶν.* Latet in his tragici poetae trimeter: *εὐδαιμονίζων ὄχλος ἐξέπληξέ με.* Quae a Merope Euripideo dicta fuisse suspicor post gratulationes faustasque acclamationes chori Fragm. III, 30—33. Exerc. philol. I p. 38.

Ibid. e. In Antiphanis loco *ἔχε* pro *ἴσχε* dedit Dobraeus.

XI, 504. a. Menander *παῖ ταχὺ τὸ πρῶτον περισόβει.* Ita Töppel de Fragm. Com. II p. 13. emendavit librorum scripturam *καὶ ταχὺ πάλιν τὸ πρῶτον περισοβεῖ*, praeeunte Cobeto qui *πάλιν* delevit et *περισόβει* scripsit.

Ibid. e. *γοργιείοισι* scripsi pro *γοργείοισι.*

XI, 505. c. τοὺς προτέρους Dobraeus; vulgo τοὺς πρώτους. Statim erat Χαλκηδόνιον.

Ibid. De Aristotelis loco vide fuse disputantem Dobraeum Advers. II p. 337.

Ibid. e. ἦ καλόν γε αἱ Ἀθῆναι καὶ νέον τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐνηνόχασιν. Si dicti vim recte capio, καὶ delendum fuerit. Mox παρὰ Πλάτωνος seclusit Dindorfius praeeunte Rosso.

Ibid. Timon Phliasius Πλάτων ὁ πεπλασμένα. Ita Nauckius, libri ὁ Πλάτων πεπλασμένα, vulgo Πλάτων πεπλασμένα.

Ibid. f. σχετλιώτερον. Malim cum PVL σχετλιώτατον.

XI, 506. a. οἷ πέμπτῳ ἔτει Casaubonus, libri οἷ ἔτι, Kroschel Progr. schol. de temporibus etc. Erfurdt. 1859 p. 10. ἅτε Revocandum puto οἷ ἔτι.

Ibid. b. ἐν δὲ τῷ Εὐθυδήμῳ Εὐθύδημον καὶ τὸν ἀδελφόν. Sic Dindorfius, libri ἐν δὲ τῷ Εὐθυδήμῳ καὶ τὸν ἀδελφόν. Hinc scripsi ἐν δὲ τῷ Εὐθυδήμῳ καὐτὸν καὶ τὸν ἀδελφόν.

Ibid. c. εἰς φῶς λέγεσθαι. Dobraeus εἰς φῶς ἄγεσθαι. Tum erat Ἀκαδημαϊκοῦ. Malim nunc ἀκαδημικοῦ. Cf. p. 9. De verbis ἔτι πρόκωπον v. Dobraeum.

Ibid. d. κατηγορίας. Malim κακηγορίας. Tum Περικλέους Dobraeus, libri Ἀλκιβιάδου. Ibid. δ' αὖ τοῦ Schweigh. pro δ' αὐτοῦ. Statim pro Σοφοκλέους Dobraeus Περικλέους. Ibid. erat τοῦ ἐπιγράμματος.

XI, 507. b. In Hegesandri loco ἐδόκει γὰρ Πλάτων φθονερὸς εἶναι καὶ κατὰ τὸ ἦθος οὐδαμῶς εὐδοκιμεῖν, scribendum opinor εὐδοκίμει.

Ibid. συγγενόμενος. Malim συγγινόμενος.

Ibid. c. πᾶσι τοῖς Σωκράτους μαθηταῖς ἐπεφύκει μητρυιᾶς ἔχων διάθεσιν. Nonne ἐπεπεφύκει? Tum κρώζειν Dobraeus, κράζειν Iacobsius, κρατεῖν libri. Fortasse κραγεῖν. Quod verbum de κορώνῃ dici non sine exemplo est.

Ibid. e. In loco homerico ἀνδρότητα revocavi. Corrigunt ἁδρότητα. Bekkerus ἀρετῆτα.

X, 508. a. Δράκοντος καὶ αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος καὶ

*Σόλωνος*. Transposui *Δράκοντος καὶ Σόλωνος καὶ αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος*. Sed etiam alia hic corrupta sunt.

Ibid. b. *εἰ καὶ πασῶν ἐστιν αὕτη βελτίων*. Pro *ἐστιν* scripsi *εἴη*.

Ibid. d. *ὅπερ οὐχ εὑρίσκομεν*. Delevi *ὅπερ* cum Dobraeo. Statim post *διάβολοι γενόμενοι* addendum esse suspicor *εὕρηνται*, quod ante *Εὐφραῖος* facile obliterari potuit.

Ibid. f. Pro *ἐπεσφάγη* Nauckius *ἀπεσφάγη*.

XI, 509. a. *Τιμόλαος*. Ita pro *Τίμαιος* e Diogene Laertio correctum est. Ibid. erat *Ἀκαδημαϊκῶν*. Cf. ad p. 506. c.

Ibid. c. De Ephippi loco dictum est Com. gr. III p. 332. et edit. min. p. 662. Vs. 1. *εὔστοχος*. Dobraeus *εὔτροχος*. Si quid mutandum est, malim *εὔστομος*. Vs. 4. scribendum videtur *ληψιλογομίσθῳ* vel *διψιλογομίσθῳ*. Cod. A *λιψιγομίσθῳ*. De ceteris vide l. l.

XII, 510. a. Alexis *ἄνθρωπος εἶναί μοι Κυρηναῖος δοκεῖ*. V. de hoc versu Herwerden Observ. crit. p. 76.

Ibid. b. *φήσας ἀσμένως ἀπηλλάχθαι αὐτῶν ὥσπερ τινὸς δεσπότου*. Pro *αὐτῶν* cod. B habet *αὐτοῦ*, quod si eadem Veneti scriptura est, sine controversia praeoptaverim. Cf. Plato Rep. I p. 329 c. *ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὸ (τὸ χρῆσθαι ἀφροδισίοις) ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών*.

Ibid. d. Empedocles

*τήν οἵ γ' εὐσεβέεσσιν ἀγάλμασιν ἱλάσκοντο*
*γραπτοῖς τε ζωοῖσι μύροισί τε δαιδαλεόδμοις*.

Scripsi *ἱλάσκοντο* pro *ἱλάσκονται* (postulat hoc imperfectum *ἦν*) et *γραπτοῖς τε* pro *γραπτοῖς δέ*. Pro *ζώοισι*, quod de simulacris deae intelligunt, malim tamen *ξοάνοισι*.

Ibid. *ξανθῶν τε σπονδὰς μελίτων ῥίπτοντες ἐς οὖδας*. Pro *ξανθῶν* Porphyrius Abst. II, 21. *ξουθῶν*, quod qui recepit Karsten Empedocl. p. 270. *μελίτων* pro *μελισσῶν* dictum statuit, quae etiam Lobeckii Pathol. p. 379. sententia est. At quid impedit quo minus *μελίτων* ad *μέλι* referatur? Hoc si verum est, intelligitur *ξουθῶν* prorsus esse reiciendum. Hoc enim adiectivum cuius etymon pridem evanuit, a g i l e m potius et c e l e r e m denotare videtur quam f l a v u m, quem significatum qui antestantur grammatici exemplum, quod sciam,

attulerunt nullum. Ab eo quod deflexum est viri nomen *Ξοῦθος* Herodianus Dict. sol. p. 42, 8. componit cum nominibus *Βοῦθος* et *Νοῦθος*, quae mihi composita esse et pro *Βούθοος* et *Νούθοος* dicta videntur, quemadmodum *Βόηθος* dictum est pro *Βοήθοος*. *Πέριθος* pro *Περίθοος*, *Ἄλκιθος* pro *Ἀλκίθοος*, *Δάϊθος* pro *Δαΐθοος*. Exercitt. phil. II p. 22.

XII, 511. b. *ἀλλὰ τὰ μέγιστα βλάπτεσθαι προενεχθέντας ὑπ' αὐτῆς*. Malim *παρενεχθέντας*. Statim pro *ἐκδοὺς ἑαυτὸν ἔρωσιν* praetulerim *ἐπιδούς*.

Ibid. d. *μᾶλλον τὸν τῶν νῦν*. Interposui *τόν*. Tum pro *ἀνεύρετος* Coraes *ἀνάρτυτος*, Hemsterhusius *αὐθεύρετος*. Neutro opus est, si *ἀνεύρετος* intelligas de vita, quae destituta est novis luxuriae instrumentis.

XII, 512. c. In Simonidis loco erat *θνητῶν* et *ζηλωτός*.

Ibid. f. Scripsi *χαριέστατον* pro *χαριέστερον*, quod ferri non potest, quamvis homericus locus obiter inspectus id commendare videtur.

XII, 513. a. Erat *Ὀρεστείαν*. Cf. Hermes vol. I p. 327.

Ibid. d. In Sophoclis loco Porsonus *νοῦν δεῖ* pro *νόει*, Bergkius autem ad Theogn. 215. *χρῶμα* pro *σῶμα*.

XII, 514. b. *φυλάσσουσί τε αὐτὸν* (Persarum regem) *καὶ τριακόσιαι γυναῖκες, ὡς ἱστορεῖ ὁ Κυμαῖος Ἡρακλείδης*. Post *τριακόσιαι* excidisse suspicor *ξ'* i. e. *ἑξήκοντα*. V. ad XIII p. 557 b. In sequentibus *χρῆται δὲ αὐταῖς καὶ πολλάκις ὁ βασιλεύς*, scribendum *χρῆται δὲ αὐταῖς καὶ παλλακαῖς* sive *παλλακίσιν*. Post *βασιλεὺς* praeeunte Dobraeo indicavi lacunam.

Ibid. e. Chares Mitylenensis *εἰς τοῦτο ἧκον τρυφῆς*. Malim *εἰς τοσοῦτον*, ut Xanthus p. 515 d. *εἰς τοσοῦτον ἦλθον τρυφῆς*. Et sic optimi quique scriptores loquuntur.

XII, 515. d. Legebatur *ἢ ὁ εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας ἱστορίας συγγεγραφώς*. Mox *ἀναγωγῆς* pro *συναγωγῆς* scripsi cum Iohnsio.

Ibid. e. Clearchus *μηδ' αὐτοῖς ὅλως*. Malim *μηδ' ὅλως αὐτοῖς*.

Ibid. f. *τὰς τῶν ἄλλων γυναῖκας*. Probabiliter Larche-

rus τὰς τῶν δούλων γυναῖκας. Eodem errore apud Sophoclem Oed. R. 719. legitur ἔρριψεν ἄλλων χερσὶν εἰς ἄβατον ὄρος, ubi scribendum videtur ἔρριψε δούλων *).

XII, 516. a. Verba γυναικῶν ἀγῶνα seclusit Schweighaeuserus.

Ibid. c. Principibus artis coquinariae auctoribus enumeratis ita pergit: πρὸς τούτοις δὲ Στέφανος Ἀρχύτας Ἀκέστιος Ἀκεσίας Διοκλῆς Φιλιστίων. In his quum Ἀκέστιος, cuius nominis exemplum etiam apud Pausaniam I, 37, 1. habemus, et Ἀκεστίας nonnisi diversae eiusdem nominis formae sint, aut alterutrum delendum suspicor aut interposito ἢ scribendum Ἀκέστιος ἢ Ἀκεσίας, quemadmodum etiam aliis locis Athenaeus loquitur, ubi de vera nominis forma incertus haeret, e. c. IX p. 393 e. Βοῖος ἢ Βοιώ. Cf. Lobeck Pathol. Prol. p. 505. De Archyta v. Anal. Alex. p. 354.

Ibid. d. De Alexidis loco vide Com. graec. ed. min. p. 733. ubi primos versus fortasse rectius ita edidi:

⏑ ἔτι δέ σοι παρὰ τοῦτο κάνδαυλόν τινα
παραθήσομεν. B. κάνδαυλον; οὐκ ἐδήδοκα
[κάνδαυλον] οὐδ' ἀκήκο' οὐδεπώποτε.

Vs. 1. possis πρόσετι. Vs. 5. revoca πάνυ πολὺν δ' ἐγώ, ut recte olim scripsi ex PV. Vs. 7. χόρια μὲν ποιήσομεν Herwerdenus Nov. Add. crit. p. 32. Vs. 14. pro χόριον (libri χορεῖον) Bergkius θρῖον.

XII, 517. b. τοῖς πολλοῖς malim pro πολλοῖς.

Ibid. c. καὶ αὕτη ἀλύσει δέδεται. Ita Schweigh. pro αὐτή, quod vide ne λυτῇ c a t e n a s o l u b i l i scribendum sit.

Ibid. e. Legebatur τῶν παρόντων καὶ προπίνουσι. Transposuit Dobraeus.

---

*) Malim nunc ἔρριψε βάλλων χερσὶν εἰς ἄβατον ὄρος, in quo χερσὶν pervulgato usu ex abundanti additum est. Vide ne longe abeam Lobeckium ad Aiac. 310. Quod Nauckius Bulletin de l'Acad. de St. Pétersb. VI p. 42. voluit ἔρριψε δμώων χερσὶ non excusatur poetae exemplo qualis est Quintus Cal. 9, 341. Nec Pindarus scripsit Pyth. VIII 47. νωμῶντα πρῶτον ἐν Κάδμου πύλαις, sed νωμῶντα Κάδμου πρῶτον ἐν πύλαις.

Ibid. f. *εἰσάγουσι* supplevit Schweighaeuserus. Ibid. *ἐπιβέβληται* scripsi pro *περιβέβληται* et p. 419 a. adieci *μᾶλλον.*

XII, 518. d. *πεπόνηκα* pro *πεπονηκέναι* Nauckius.

Ibid. e. *ἐπιχωριάζειν δὲ παρ' αὐτοῖς* (*Συβαρίταις*) *διὰ τὴν τρυφὴν ἀνθρωπάρια μικρὰ καὶ τοὺς σκωπαίους, ὥς φησιν ὁ Τίμων, τοὺς καλουμένους παρά τισι στίλπωνας.* Verissime Theophilus Roeperus loco Timonis se Timaei nomen requirere mihi indicavit. Mox lit. f. recte Ven. *Μασσανάσσης* habet pro *Μασανήσσης.* Vide Suidam s. v. *θύον* emendatum in Anall. Alex. p. 151. Exerc. phil. II p. 22.

XII, 519. b. *ἀεὶ τούτων τοῖς παιδίοις* scripsi Casaubonum secutus. Vulgo *ἀεὶ τούτοις.*

Ibid. f. *τοὺς πότους* Dobraeus; vulgo *ποταμούς.*

XII, 520. a. In oraculo Pythiae Schweigh. *εὖτ' ἂν δέ* pro *εὖτ' ἂν δή.*

Ibid. b. Scripsi *ἐγένετο δ' οὖν* pro *ἐγένετο οὖν.* Statim recte Dindorfius *καὶ* ante *τοῦτον καταφυγόντα* deleri voluit.

Ibid. c. Schweigh. *καὶ πολλῶν τῆς ἀπωλείας.*

Ibid. d. Aristoteles *καὶ ἅμα αὐλούντων ἀκούοντες οἱ ἵπποι οὐ μόνον ἐξωρχήσαντο ἀλλὰ καὶ* — Scripsi *διωρχήσαντο.* Sequitur locus Charontis Lampsaceni, cui ionicas formas restitui, edebatur *εἰς* — *ὧν* — *ἐπράθη* — *Καρδιηνοῖς* — *ἔστειλεν* — *ἀποδειχθείς* — *τοῖς συμποσίοις* — *τοῖσι προσθίοις ὠρχοῦντο* — *οὖν* — *ἀφικομένη* — *εἰς* — *ἐκέλευσα αὐλεῖν.*

Ibid. f. *ὅσα οἱ ἵπποι τῶν Καρδιηνῶν ἐξεπισταίατ* Malim *ἐξεπιστέατο.* Exercit. phil. II p. 22. Hoc postea coniecit etiam Cobetus Philostr. p. 35. Doleo operas non paruisse.

XII, 521. a. *ἐφ' ᾧ* seclusi et *τούτῳ συμφωνήσαντος* partim scripsi ex B pro *οὕτω συμφρονήσαντος.*

Ibid. b. In Phylarchi loco *ἑταίρα,* ut glossema vocis *κοινή,* delendum et, ne similia a similibus seiungantur, verba *καὶ τὴν ἐλευθέραν — ἀκολουθούσης αὐτῇ μιᾶς θεραπαινίδος* post *κοινή* transponenda esse suspicor.

Ibid. c. *ἔγραψαν νόμον — τοὺς εἰς τὰς θυσίας καλοῦντας πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν παρασκευὴν ποιεῖσθαι, ἵνα ἀξίως ποιούμενοι τοῦ χρόνου τῶν θ' ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου προάγωσιν εἰς τὰς κλήσεις.* Casaubonus *πρὸ ἐνιαυτοῦ*

τὴν κλῆσιν ποιεῖσθαι ἵνα ἀξίως ποιούμενοι (Schweigh. ποιούμεναι) τοῦ χρόνου τὴν παρασκευὴν τῶν θ' ἱματίων etc. Ita sane rem narrat Plutarchus Sept. Sap. Convivio, abs quo si esset, locus ita conformari posset ut verba τῶν θ' ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου post παρασκευὴν transponerentur.

Ibid. d. Erat μηδὲ τοὺς — μηδὲ τοὺς, quod fortasse ferendum erat. In sequentibus τὰ σώματα ἐξέρριψαν καὶ ὑπὸ θηρίων εἴασαν διαφθαρῆναι, Phylarchus scripserat sine dubio διαφορηθῆναι, quod proprium in hac re verbum est.

Ibid. e. Seclusi γὰρ et lit. f. post ἀναφορὰν lacunam indicavi.

XII, 522. a. τὸν τῶν Ὀλυμπίων τῶν πάνυ ἀγῶνα scripsi ex A pro τον πάνυ ἀγῶνα.

Ibid. d. In Clearchi loco erat δεύτερον, quod ὕστερον scribendum erat.

Ibid. e. Scripsi Κάρβιναν pro Καρβίναν. In sequentibus malim ἐξ ἧς [τοὺς] παῖδας.

Ibid. f. ὅσους ὑπεδέξαντο VL. οὓς ὑπεδέξαντο ABP. Scripsi ὅσους ἀπεδέξατο praeeunte Schweighaeusero.

XII, 523. a. Ἰαπύγων τε αὖ τὸ γένος ἐκ Κρήτης ὄν, τῶν κατὰ Γλαύκου ζήτησιν ἀφικομένων καὶ κατοικησάντων, οἵ μετὰ τούτους λήθην λαβόντες τῆς Κρητῶν περὶ τὸν βίον εὐκοσμίας εἰς τοῦτο τρυφῆς — ἦλθον, ὥστε πρῶτοι τὸ πρόσωπον ἐντριψάμενοι καὶ προκόμια περιθετά τε λαβόντες στολὰς μὲν ἀνθινὰς φορῆσαι κτλ. De Cretica Iapygum aliarumque Italiae inferioris gentium origine, sive vera sive fabulosa, certe a multis scriptoribus tradita et credita, aliquanto plura afferri possunt quam factum est ab Carolo Hoeckio in Cretae vol. 2. p. 382. Quod autem Glaucum nominat Athenaeus pro Daedalo, non dubium est quin memoriae errore factum sit, cuius haec causa est, quod scribentis animo obversabantur quae de Glauco, Minois filio, apud veteres tradebantur similia. Vid. Hygin. fab. 136. et Apollodor. 3, 3, 1. Non recte igitur vir doctus de Glauco cogitabat Anthedonio. Sed in verbis Athenaei nonnihil vitiatum est. Scribendum enim Ἰαπύγων τε αὖ τὸ γένος ἐκ Κρήτης ὄντων, κατὰ Γλαύκου ζήτησιν ἀφικομένων etc. In sqq. particulam τε post πε-

*ρίθετα* expunxit Lobeck. Paral. p. 476. Praestat ni fallor *προκόμια περιθέτας τε* cll. Polluc. II 35. Quae sequuntur apud Athenaeum *τοὺς δ' ἡγεμόνας — πορθεῖν ἐκ τῶν ἱερῶν τὰ θεῶν ἀγάλματα, προειπόντων μεθίστασθαι τοῖς κρείττοσιν*, eorum non haec est sententia praedicentes diis curandum esse ut alio migrent, sed hoc potius illi divinarum rerum contemptores dicebant, potentioribus cedendum esse. Exerc. phil. II p. 23.

Ibid. Post *Κολοφωνίων* supplevi *ἐκβληθέντες*, praeeunte Niebuhrio Rom. hist. I p. 59.

Ibid. d. In Archilochi loco erat *ἐφίμερος*.

Ibid. e. Post *Ἰταλίαν* nescio an *Ἑλλήνων* exciderit.

Ibid. f. *καὶ παροιμία τις ἐγεννήθη ἐπ' αὐτῶν.* Scripsi *ἐγενήθη*; praeterea malim *ἀπ' αὐτῶν.* Mox *τοὐπιεικές* scribendum.

XII, 524. b. *οἴκοι τὰ Μιλήσια κἀπιχώρια καὶ μὴ 'ν τῷ μέσῳ.* De his dixi ad Theocritum p. 457.

Ibid. f. In Calliae versu *εἰπὸν ὅτι πράττει* non recte scripsi cum Dobraeo pro *εἶφ' ὅτι πράσσει*, hoc tamen certum est, ad tetrametrum anap. locum revocari non posse.

Ibid. et 525 a. Hermippi fragmentum. Libri *χαίρω* et *πραττομένων*. corr. Dobraeus. Vs. 3. vulgo *μαλακῶς*. Cum eodem scripsi *μάλα καλῶς* et praeterea addidi *δοκεῖ*; tum lacunam indicavi, nisi *ἀπὸ σώματος* delere praestat.

XII, 525. a. In Aristophanis fragm. vs. 1. fort. scribendum *ἔπειθ' ὅσοιπερ ἦσαν ἐπίδημοι ξένοι.* Vs. 2. debebam *ἠντεβόλουν*. Cf. Vindic. Aristoph. p. 4. Vs. 5. *ὃ δ' ἐς Ἄβυδον* scripsi pro *οἱ δ' ἐς* (libri *εἰς*) *Ἄβυδον*. Postrema verba *ἦν δ' ἐκεῖνα πάνθ' ὁδῷ* corrigant qui possunt; certum est non potuisse Herwerdenum Add. crit. nov. p. 17.

Ibid. c. In Democriti Ephesii verbis *κρόκινα ῥόμβοις ὑφαντὰ* Schweighaeuserus *ῥόμβους* de figuris interpretatur rhomborum similitudinem referentibus, neque aliter Salmasius ad Hist. Aug. vol. II p. 860. et Boettigerus Vas. Pict. II p. 77. Quae si versa est interpretatio necessario requiritur *ἐνύφαντα*. In eiusdem scriptoris loco lit. d. scribendum omnino *καταπέπασται χρυσοῖς κέγχροις* pro *καταπέπλασται. κέγχρους* autem dicit ornamenta milii granis assimulata. Iisdem artifices di-

stinguebant poculorum et vasorum labra. Hinc apud Hesychium v. κατακερχνοῦται habemus πίνακας κερχνωτούς, ad quae conferas Athenaeum XI p. 475 b. καρχήσιον dici satuentem διὰ τὸ τραχύσματα ἔχειν κεγχροειδῆ. Exercit. phil. II p. 23.

Ibid. αἱ δὲ κεφαλαὶ κατ' ἴσα διειλημμέναι ζωοῖς. Haec sensu cassa sunt; fortasse locus lacunosus est scripsitque auctor διειλημμέναι ζωωτοῖς διαδήμασιν.

Ibid. e. τὸ δὲ (fort. ὅτι δὲ) νόμιμον τοῦτο μαρτυρεῖσθαι καὶ ὑπὸ παροιμίας τῆσδε «βαδίζειν Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον». Paroemia fuisse videtur metrica, βαδιστέ' εἰς Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον, quae res in multis proverbiis viris doctis fraudi fuit, velut apud Plutarchum Quaest. gr. p. 298 f. οὐδεὶς εὐεργέτῃ βοῦν ἔθυσεν ἀλλ' ἢ Πυρρίας. Lege οὐδὲ εἷς εὐεργέτῃ βοῦν θῦσεν ἀλλ' ἢ Πυρρίας *). Idem Quaest. nat. p. 915 e. σῖτον ἐν πηλῷ φύτευε, τὴν δὲ κριθὴν ἐν κόνει, ubi vulgo φυτεύετε editur. Adde Stephanum Byz. s. v. Ἀλάβανδα, ubi legendum Ἀλάβανδα Καρῶν εὐτυχεστάτη πόλις, et Libanium Orat. vol. II p. 70, 20. ἀνὴρ ἐρῶν Μεσσηνίων δουλότερος, quae non dubium est quin in hunc modum conformanda sint: ἀνὴρ ἐρῶν Μεσσηνίων δουλίστερος. Quae forma adhuc non cognita, tamen similibus, qualia sunt λεπτίστερος ἐνωρίστερος et alia, satis vindicatur. Cfr. Eustathium ad Hom. p. 1441, 11 sqq. Nec apud latinos scriptores exempla desunt, velut apud Macrobium Saturn. VII, 12. proverbii loco frequentari dicentem a gulonibus: mulsum quod probe temperes miscendum esse novo Hymettio et vetulo Falerno, quae tam manifesta habent glyconici metri cum logaoedico versu coniuncti vestigia, ut vix dubites quin scribendum sit:

Mulsum quod probe temperes
Miscendum novo Hymettio
Et vetulo Falerno.

Quamquam in primo versu aliquid vitii relictum est. Denique admonere licebit verborum, quibus teste Festo retiarii mir-

*) Hermannus in literis ad me datis (11. Octobr. 1846) versum hunc ita potius scribendum esse monuit τίς δὲ βοῦν ἔθυσεν ἀλλ' ἢ Πυρρίας εὐεργέτῃ;

millones ludebant: Piscem peto, non te peto; quid me fugis Galle? Quae Sotadeo versu scripta esse fugit Welckerum Syll. epigr. p. 59. et Guil. Corssenum Origg. Poes. Rom. p. 135. Exercit. phil. I p. 23. Carmen a Macrobio servatum Hermannus ad iambicos numeros revocandum existimabat

Mulsum probe quod temperes
Hymettio misce novo et
Vetustulo Falerno.

Ibid. f. In corruptissimo Asii fragmento vs. 1. non intelligo οἳ δ᾽ αὔτως vulgo αὔτως, φοίτεσκον ὅπως πλοκάμους κτενίσαιντο. Vs. 2. erat Ἥρας. Vs. 3. scribendum cum Lennepio χιονέοις τε. Vs. 4 et 5. ante Naekium Choer. p. 74. inverso ordine legebantur. Eodem auctore scribere debebam αὐτέων. et versu ultimo ἀμφιβραχιονίσαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

XII, 526. a. In Xenophanis carmine J. G. Schneiderum secutus ἁβροσύνας dedi pro ἀφροσύνας. Idem postea repperit Dobraeus. Vs. 2. erat τυραννίης. Ib. scribendum es VL. ἐπὶ στυγερῆς. Vs. 3. malim ἤισαν. Vs. 4. ὥσπερ pro ἤπερ AB. Vs. 5. scribendum putavi χαίτῃσιν ἀγαλλόμενοι χρυσέῃσιν pro ἀγαλλόμενοι εὐπρεπέεσσιν, codd. ut videtur ἀγαλλόμεν᾽ εὐπρεπέεσσιν. χαίτας χρυσᾶς dicit aureis vinculis constrictas. Cf. Asius p. 525 f.

Ibid. c. Erat πρωί. Mox recte Coraes ὃ δὴ pro ὅθεν.

Ibid. d. Antiphanes πόθεν οἰκήτωρ; ἤ τις — Dindorf. e C πόθεν οἰκήτωρ εἶ: τίς — vulgo π. οἰκήτωρ: ἢ τίς —

XII, 527. a. ὅπως et litt. c. καὶ ante ἐκτενέστερον seclusi.

Ibid. f. Posidonius ὥστε καὶ προσαποφέρειν πολλὰ καὶ καταυλουμένους πρὸς χελωνίδος πολυκρότου ψόφον. Ita vulgo haec eduntur, sine sensu, quantum video. Post πολλὰ commate erat distinguendum et pro καταυλουμένους requirebam nominativum. Cohaerent enim haec cum superioribus τοῖς γραμματείοις ἐνδιαιτώμενοι καὶ γαστριζόμενοι, quibus iam inferuntur haec καὶ καταυλούμενοι. Ac habet hoc ipsum Athenaeus p. 210 f. ubi eundem Posidonii locum affert. Sed καταυλούμενοι quid h. l. significare possit prorsus non intelligitur. Itaque scripsi κατασαυλούμενοι, quod recte coit cum

sequentibus *πρὸς χελωνίδος ψόφον*, sive id de saltantibus intelligas sive de iis qui voluptuose degunt.

XII, 528. b. *διόπερ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνήκεστα δεινὰ ἔπαθον.* Seclusi *δεινά* manifesto explicationis causa ad *ἀνήκεστα* adscriptum; viderat Casaubonus.

Ibid. c. *καὶ* ante *ἕνδεκα* deleverim. Tum Schweigh. edidit *οὐδενὸς βοηθοῦντος, συνευδοκούντων Ῥωμαίων*, libri *οὐδὲ συνευδοκοῦντος Ῥωμαίων*, contra historiae fidem. Sed malim *συνευδοκοῦν τῷ Ῥωμαίῳ* vel *συνευδοκοῦν τοῖς Ῥωμαίοις*, cum id etiam Romani probarent.

Ibid. e. *μάλιστα δὲ Νινύαν τὸν Νίνου καὶ Σεμιράμιδος υἱόν.* Ninyae mollitiem attigit etiam Diodorus Sic. II, 21. venustatem Dio Chrysost. XXI p. 509. pulcherrimos barbaros recensens *Σέσωστριν τὸν Αἰγύπτιον ἢ Μέμνονα τὸν Αἰθίοπα ἢ Νινύαν ἢ Εὐρύπυλον ἢ Πέλοπα*, ubi Eurypylum dubito utrum dicat Libycum illum, Neptuni filium, an Mysium, cuius pulcritudinem miratur Helena apud Quintum IV, 56. Exercit. phil. II p. 23.

XII, 529. a. Scribebatur *κατακεκισσηρισμένον*. Ibid. scripsi *τὰ λευκὰ ἐπαναβαλὼν τοῖν ὀφθαλμοῖν*, casu genetivo. Vulgo *τοῖς ὀφθαλμοῖς*, quod ferri non potest. Pro *ἐπαναβαλὼν* sufficiebat *ἀναβαλών*. Albuginem oculorum sursum tollere extremae lasciviae et mollitiei indicium putabatur. In eandem sententiam Alexis Com. graec. III p. 486. dixit *βαυκιζόμενον τὰ λευκά τ' ἀναβάλλονθ' ἅμα*, de quo v. Iacoby in Addendis vol. V p. 91. adde Dion. Chrys. XXX p. 26. in descriptione cinaedi *τὸ τὰ ὄμματα ἀναστρέφειν, τὸ ἐγκλίνειν τὸν τράχηλον, τὸ ταῖς χερσὶν ὑπτίαις διαλέγεσθαι.* Tum *βασιλεύσει* dedi pro *βασιλεύει.*

Ibid. b. *τελευτῆσαι ἑαυτὸν ἐμπρήσαντα ἐν τοῖς βασιλείοις.* Forsan scribendum *σὺν τοῖς βασιλείοις*. Cf. Diodorus Sic. II, 27. Cum iis quae sequuntur *ἐπέθηκε χρυσᾶς κλίνας ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα*, cf. Nicolaum Dam. apud Müllerum Hist. fragm. III p. 362.

Ibid. *προὐπεπόμφει* scripsi pro *προπεπόμφει*, ut p. 531 b. *παρεκεκινήκει* pro *παρακεκινήκει.*

XII, 530. d. Erat *Χαλκηδόνιον.*

Ibid. e. Phoenicis Colophonii carmen. Vs. 1. *ἀνὴρ Νί-*

νος τις ἐγένεθ' ὡς ἐγὼ κλύω. Verbum κλύω recte dici prima producta ostendere conatus sum Curis crit. p. 54. persuasique Naekio Choer. p. 224. Frustra, ut nunc opinor, quamvis etiam Babrium fab. 127, 8. scripsisse sciam εἰ δ' ἔστιν εἰπεῖν καὶ βεβούλευσαι κλύειν. ubi Lachmannus edidit καὶ κλύειν βεβούλευσαι. recte improbante Nauckio Philol. Gott. VII p. 400. Sed Babrio quod licuit, serae aetatis scriptori et qui haud pauca antiquo poetae non condonanda ausus est, non etiam Phoenici licuisse putaverim. Scripsi igitur mutatione lenissima ἐγὼ 'κούω. Vs. 3. τάλαντα Eustathius ad Hom. p. 1484, 18. Vulgo καὶ τἄλλα. Vid. M. Haupt Berichte der Sächsischen Gesellschaft vol. I p. 414. Ibid. πλεῦνα dedi pro πλέονα. Vs. 4. ὃς οὐκ ἴδ' ἀστέρ' οὐ δίζων ἐδίζητο. Ita libri. οὐδ' ἰδὼν pro οὐ δίζων Casaubonus, ὃς οὔκοτ' ἀστέρ' ὁντινῶν ἐδίζητο Hauptius. Suspicabar ὃς οὔτιν' ἀστέρ' οὐδ' ἰδεῖν ἐδίζητο vel ὃς οὐκ ἂν ἀστέρ' οὐδ' ἰδεῖν ἐδίζητο. Vs. 7. οὐ μυθιητὴς Schweighaeuser, AB οὐ μυθηητής, PL οὐ μὴ θυητής. C οὐ μυήθη, Naekius οὐ μὴν θυητής. Cf. Lobeck. Paral. p. 434. Vs. 12. τὸ σῆμ' ᾄδει Naekius, σῆμα ἴδει A. Vs. 14. malim λιμνέων. Vs. 15. Σινδὸς (Σίνδος) pro Ἰνδός Schweigh. Tum vulgo κομητής. Ib. οὐ γὰρ ἀλλά scripsi pro οὐ γὰρ ἄλλα. Vs. 16. ἐγὼ Νίνος πάλαι ποτ' ἐγενόμην πνεῦμα. Non intelligitur quomodo is, qui totam vitam edendo bibendo amando transegit, se nil nisi πνεῦμα fuisse dicere possit; latet haud dubie vitium, quod tollere forsan aliis continget. Vs. 18. ἔχω δ' ὁκόσον ἔδαισα χὠκόσ' ἠράσθην. Apud Dindorfium haec ad Naekii (Choer. p. 225) mentem ita eduntur:

ἔχω δ' ὁκόσον ἔδαισα χὠκόσ' ἤεισα
. . . . . . . χὠκόσ' ἠράσθην.

Contraxi haec praeeunte Bergkio in unum versum ἔχω δ' ὁκόσον ἔδαισα χὠκόσ' ἠράσθην. Vitium praeterea haeret in ἔδαισα, pro quo expectabam ἐδαισάμην. Neque enim de dapibus agitur, quas aliis apposuit Ninus, sed quas ipse devoravit. Corrigendum videtur ὁκόσον ἔδαψα. Vs. 21. erat ἐς ᾅδην. Vs. 22. malim ἀργυρέην. Vs. 23. σποδὸς δὲ πολλὴ χὠ μιτρηφόρος κεῖμαι. Pro πολλὴ correxi πελλή ad Com. graec. III p. 431.

XII, 531. d. *οὐ μὴν περί γε τὴν τοῦ βίου τελευτὴν διηυτύχησαν, ἀλλ᾽ ἀμφότεροι βιαίῳ θανάτῳ διεφθάρησαν.* Nonne *ἠτύχησαν*? nisi malis *οὐ μὴν μέχρι γε* vel *ου μὴν ἐπί γε*.

Ibid. e. *ἄλσος — κατεσκευασμένον καλῶς καὶ πρὸς τὸ διαιτηθῆναι κεχαρισμένον.* Ita recte pro *πρὸς τῷ* scripsit Schweighaeuserus, sed praeterea reponendum *ἐνδιαιτηθῆναι.*

XII, 532. b. Theopompus *Χαβρίου τοῦ Ἀθηναίου.* Cod. B *Ἀθηναίων*, fortasse igitur excidit *στρατηγοῦ.* Statim de Atheniensibus legitur *ἅπασι γάρ εἰσι χαλεποί.* Suspicor excidisse aliquid, velut *ἅπασι γὰρ* [*τοῖς εὐδοκιμοῦσίν*] *εἰσι χαλεποί*, vel simile quid.

Ibid. c. *κατέλειπε* scripsi pro *κατέλιπε*, praeeunte Cobeto. Mox pro *καὶ δικαίως* equidem malim *καὶ εἰκότως.*

Ibid. d. *ἐν τοῖς κύβοις* dedi pro *ἔν τε τοῖς κύβοις.*

Ibid. e. De Heraclide cf. Hist. crit. 432. In fragmento huius poetae *καταλαβὼν* scripsi pro *παραλαβὼν* et post vs. 3. indicavi lacunam.

Ibid. f. *ἵππων καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐπιπολάσαι τὸ πλῆθος.* Aut *ἑταιρῶν* scribendum cum Casaubono aut *ἑταίρων.*

Ibid. *ὥς τ᾽ οὐδ᾽ ἐν τοῖς χωρίοις οὐδὲ ἐν τοῖς κήποις φύλακας ἐφίστα.* Scripsi *ὅς γ᾽ — καθίστα.* aut hoc verum est, aut *ὅς γ᾽ οὐδένας τοῖς χωρίοις οὐδὲ τοῖς κήποις φύλακας ἐφίστα.*

XII, 533. b. *ἔπειτα τὴν οἰκίαν παρεῖχε κοινὴν ἅπασι καὶ δεῖπνον ἀεὶ εὐτελὲς περασκευάζεσθαι πολλοῖς ἀνθρώποις.* Correxi *ἅπασιν, ὡς δεῖπνον ἀεί.* In proximis seclusi *εἰσιόντας.*

Ibid. e. *εἰ τοῦτον φίλων πληρώσειεν.* Scripsi *πληρώσει.*

Ibid. f. In Anacreontis carmine dedi *πρὶν μὲν ἔχων κερβέριον* cum Schweighaeusero pro *βερβέριον*, h. e. quale gestabant Cerberii (i. e. Cimmerii), vicina olim Lydiae gens, a qua haesit nomen vestimento vili et pauperculo. Cimbros in Phrygia commemorat Antigonus Hist. mir. 123. Tum forsan *καλυμμά τ᾽* (sic codd.) *ἐσφηκωμένον.* Vs. 3. *δέρριον* supplevit Bergkius, possis etiam *δέρμ᾽ ἔχων.* Vs. 4. *νήπλυτον* illotum recte Schoemannus.

XII, 534. b. ἐν Ἰωνίᾳ μὲν ὢν Ἰώνων ἐφαίνετο τρυφερώτερος. Ἰώνων recte additum est a viris doctis, sed praetuli id ante ὢν ponere, quod cum ἐφαίνετο coniungendum esse sequentia docent.

Ibid. c. ὑποδήματα — ἃ ἀπ' αὐτοῦ ἀλκιβιάδες καλεῖται. Analogia postulat ἀλκιβιαδίδες, ut Ἰφικρατίδες dicitur et alia id genus multa.

Ibid. d. Pro Ἀθήνησιν fortasse Ἀθήναζε scribendum, nisi id post ἐξ Ὀλυμπίας transponere malis.

Ibid. Νεμεάς scripsi cum Valckenario pro Νεμέα.

Ibid. f. ὃς ante ἔχων ἐξουσίαν inserui; fortasse tamen ex C scribendum ἔχων γάρ.

XII, 535. a. Lysias εἰ μὲν χρῷτο καὶ ἔχοι Ἀλκιβιάδης, Ἀξιόχου ἔφασκεν εἶναι θυγατέρα. In his χρῷτο manifestum est emblema, quare verba χρῷτο καὶ seclusi. Mox etiam καὶ post ὡς seclusi, ac fortasse etiam lit. c. αὐτῷ post συμπεριήγετο delendum est.

XII, 536. a. Ἀθήνησιν ἐγράφετο ἐπὶ τοῦ προσκηνίου ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ὀχούμενος. Malim ἐπὶ τοῦ ὑποσκηνίου. Vide tamen Fragm. Com. gr. IV p. 722. Tum scripsi τοὐπίγραμμα pro τὸ ἐπίγραμμα, quae crasis ubique restituenda est.

Ibid. e. Πτολεμαῖόν φησι — πάντων σεμνότατον γενόμενον τῶν δυναστῶν καὶ παιδείας εἴ τινα καὶ ἄλλον καὶ αὐτὸν ἐπιμεληθέντα. Non credo haec satis graece dicta esse; quare καὶ αὐτὸν aut delendum est, aut scribendum καὶ ἄλλον [τῶν] κατ' αὐτόν. Nec labis immune videtur quod statim sequitur ἐξαπατηθῆναι τὴν διάνοιαν καὶ διαφθαρῆναι ὑπὸ τῆς ἀκαίρου τρυφῆς. Sed quid verbi in ἐξαπατηθῆναι lateat, alii viderint. Ibid. κατατεινόμενον οὖν ὑπὸ ποδάγρας πλείους ἡμέρας. ὥς ποτ' οὖν ἐρράισε, apertum est corrigendum esse κατατεινόμενος — ὥς ποτ' ἀνερράισε. Quae his inferuntur, item corrupta sunt frustraque interpretari instituit Casaubonus. Hoc unum video scribendum esse ὑπὸ λαμπάδων, sed διά τινων non expedio.

XII, 537. b. Hipponicus ᾔτησεν Ἀθηναίους ποτὲ ἐν ἀκροπόλει τόπον, ἵν' οἰκοδομήσηται τοῖς χρήμασιν ὅπου κείσεται, λέγων ὡς οὐκ ἀσφαλὲς ὂν ἐν ἰδιωτικῇ οἰκίᾳ πολλὰ

*χρήματα εἶναι.* Scribendum opinor *ἵν' [οἶκον] οἰκοδομήσηται.* In sequentibus delendum *λέγων*, quod manifestum glossema est turbatque constructionem. Etiam in reliquis *τούτων οὖν τῶν χρημάτων κύριος γενόμενος* nonnihil turbatum erat, in quibus quum A post *οὖν* addat *ὄντων*, hoc ipsum indicio est pro *τούτων* scribendum fuisse *τοσούτων*. Statim *ποῖοι γὰρ οὐ κόλακες ἢ τί πλῆθος οὐχ ἑταίρων περὶ αὐτὸν ησαν.* Malim *οὐχ ἑταιρῶν* vel *οὐχ ἑταίρων [καὶ ἑταιρῶν]*.

Ibid. c. *ἀλλ' ὅμως ἐς τοσοῦτον αὐτὸν περιέστησεν ὁ περὶ ἡδονὴν βίος, ὥστε μετὰ γραϊδίου* (imo *γραδίου*) *βαρβάρου διατελεῖν ἠναγκάσθη.* Ante *περιέστησεν* addidi *ἀπορίας*. Mox erat *Αὐτοκλέης καὶ Ἐπικλέης*.

Ibid. e. *καὶ τῆς Ἀρτέμιδος.* Scripsi *καὶ τὴν τῆς Ἀρτέμιδος.*

XII, 538. b. *ὁπλοφυλάκων* pro *ὀπισθοφυλάκων* recte coniecit Schweigh. Ibid. pro *Γοργός* rectius fuerit *Γόργος*.

XII, 539. d. *Λεοννάτῳ δὲ καὶ Μενελάῳ φιλοκυνηγοῖς οὖσι αὐλαῖαι — ἠκολούθουν, αἷς περιιστάντες τὰς θήρας ἐκυνήγουν.* Haec intelligi non possunt, nisi *τὰς θήρας* de locis interpretari velis, in quibus ferarum venatus instituebantur (J a g d r e v i e r e). Qui cum mihi certe plane incognitus dicendi usus sit, scribendum opinor *τοὺς θῆρας*, q u i b u s f e r a s i n c l u d e n t e s v e n a t i o n i o p e r a m d a b a n t. Mox in verbis *σμαραγδίνους βότρυς ἐχούσας* scribe *ἔχουσαν*, ut recte monuit Schweighaeuserus.

XII, 540. a. *Θεόκριτος ὁ σοφιστὴς* posui cum Valesio pro *ὁ σοφός*.

Ibid. b. *καὶ λαβεῖν γε τὴν κάμηλον καὶ τὰ περὶ τὴν κάμηλον.* Sic correxi quae vulgo ita scribuntur *λαβεῖν τε* et *τὰ ἐπὶ τὴν κάμηλον*, nisi praestare dicas *καὶ λαβεῖν τήν τε κάμηλον —*

Ibid. e. *πρῶτος δὲ ὁ Πολυκράτης καὶ ναῦς πήξας ἀπὸ τῆς πατρίδος σαμίας ἐκάλεσε.* Pro *σαμίας* sine dubio scribendum est *σαμαίνας*; causa in aperto est. Cf. Photius Lex. p. 499, 7.

Ibid. f. Sequitur Clearchi locus de Polycrate Samio Lydorum instituta aemulante *τῷ μὲν Σαρδέων ἀγκῶνι γλυκεῖ προσαγορευομένῳ τὴν παρὰ τοῖς Σαμίοις λαύραν ἀντικατεσκεύασεν ἐν τῇ πόλει καὶ τῶν Λυδῶν ἄνθεσι πάντα ἔ π λ η σ ε τὰ*

διαγγελθέντα. Σαμίων ἄνθεα. Varia tentant viri docti, sed nullo cum fructu. Certa emendatione scripsi τῶν Λυδῶν ἄνθεσιν ἀντέπλεξε τὰ — Σαμίων ἄνθεα (ἄνθη). Hoc affectato dicendi genere, quo Clearchus uti solet, dignissimum est. Ad ἄνθεα Λυδῶν cf. Nicander apud Athen. p. 683 b. In iis quae continuo sequuntur pro στενή τις cum Corae dedi στέγη τις et ὧν inserui post βρωμάτων.

XII, 541. a. Post μέθαις indicavi lacunam, excidisse videtur τρυφώσης σχῆμα vel simile quid.

Ibid. d. μὲν ἐν μέρει. In his μὲν deleverim. Pro κυλινδούμενος malim καλινδούμενος.

Ibid. e. τὰ μὲν ὀστᾶ κατέχουσαν ἐν ὅλμοις. τὰ δὲ λοιπὰ κρέα νεμησάμενοι ἐπηράσαντο πάντες τοῖς μὴ γευσαμένοις αὐτῶν. Posui quod Clearchum scripsisse admodum probabile est, τὰ δὲ λοιπὰ κρεανομησάμενοι. praeterea pro πάντες nescio an πᾶσι scribere praestet. Quae sequuntur ἵν' ἡ τροφὴ σιτοποιουμένοι κατεδεσθῇ, ubi καταδευθῇ corrigunt, corrupta sunt. Statim τυμπανοφορούμενος Clearchus licenter dixit pro τυμπανοφορῶν. In postremis huius eclogae verbis ἁπάντων τε ὀλέθριον ἡγεῖσθαι τὴν ὕβριν. post ἡγεῖσθαι excidisse videtur δεῖ nisi id ex εὐλαβητέον assumendum est, et pro ὀλέθριον scribendum ὀλεθριώτατον vel πάντως τε ὀλέθριον.

Ibid. f. Describit Diodorus piscinam Gelonis, καθίπτασθαι dicens καὶ κύκνων πλῆθος εἰς αὐτήν. Non recte cycnos volare dici in piscinam apertum est. Scribendum censui καθίστασθαι, versari in piscina.

XII, 542. a. Σειληνὸς ὁ Καλλατιανός. Recte Holstenius Καλακτῖνος scripsit.

Ibid. b. Pro πανοικία scribendum πανοικί.

Ibid. c. Pro καθαριότητι posui καθαρειότητι, ut habet C.

Ibid. e. ποιήματα Καστορίωνος dedi pro ποιήματα σειρώμενος: Castorionis nomen reperit iam Leopardus. Ib. εἰς αὐτόν. Imo εἰς Βάκχον. In hunc enim, non in Demetrium, Castorionem choricum carmen composuisse manifestum est. In ipso carmine ἡλιόμορφος pro ἠπιόμορφος scripsi cum Kuhnio, praeterea τιμαῖσι pro τιμαῖς metrum postulabat.

Ibid. f. τυρὸν νησιωτικόν. Cythnium caseum dicere vi-

detur, v. P. C. III p. 462. Tum *Δίογνιν* BC, vulgo *Θεόγνιν*. Dindorfius *Θέογνιν*. Pro *ἐωνήσατο* atticus scriptor *ἐπρίατο* posuisset, sed condonanda haec scriptori, qualis est Carystius Pergamenus.

XII, 543. c. *ὑπὲρ τὴν γραφικήν*. Schweigh. et O. Iahn *ὑπὲρ τῆς γραφικῆς*. Sed v. XV p. 687 b. Tum Dindorfius *ὑφ᾽ αὑτοῦ* pro *ὑπ᾽ αὐτοῦ*.

Ibid. *τάδ᾽ ἔγραψα* dedi pro *τάδ᾽ ἔγραψε*. Ceterum haec omnia inde a verbis *οὗτος γὰρ παρὰ μέλος* usque ad *ἐπέγραψε ῥαβδοδίαιτος ἀνήρ* a scriptoris consilio aliena esse et ex XV p. 687 b. huc transscripta arbitror.

Ibid. d. *τάδ᾽ ἔγραψα* O. Iahn, vulgo *τάδ᾽ ἔγραψε*. Vs. 3. legebatur *ὅς νιν ἔφυσε*. Sic Dindorfius dedit cum Iacobsio, libri *ὃς ἀνέφυσε*. Scripsi *ὅς ῥά μ᾽ ἔφυσε*. Schweigh. dubitanter *ὃς μ᾽ ἀνέφυσε*, quod etsi lenius est quam quod ipse conieci, tamen ferri non potest; vix enim *ἀναφῦσαι* recte dictum est pro *φῦσαι*.

Ibid. f. Recte Schweigh. *ἀνασπάστροις* coniecisse videtur pro *ἀνασπαστοῖς*. Mox *σχηματίζοι αὑτὸν* cum magno sensus discrimine scripsi pro *σχηματίζοι αὐτόν*. Tum si integram Athenaeus apposuit inscriptionem Parrhasii, necessario corrigendum est *οἷος παννύχιος* pro *οἷος δ᾽ ἐννύχιον*, vel *οἷος ἄρ᾽ ἐννύχιος*. Interim satis habui *ἐννύχιος* scripsisse cum Cobeto Prosopogr. Xenoph. p. 51.

XII, 544. b. Legebatur *τὸ μὲν ὡς οὐκ ἔτ᾽ ὂν τὸ δὲ οὔπω καὶ ἄδηλον*. Scripsi *τὸ δὲ ὡς οὔπω*, et seclusi *καὶ ἄδηλον*.

Ibid. c. Malim *ἡ χθές τε πασῶν ἦν ἐνδοξοτάτη*.

Ibid. e. In Alexidis loco vs. 4. *ὥς φασ᾽* scripsi pro *ὥς φησ᾽* et vs. 9. *τὴν δ᾽ ἀρτυσίαν* pro *τὴν δ᾽ ἀρτηρίαν*.

XII, 545. a. *φαιὸς χιτωνίσκος καλός*. Dobraeus *φανός*. Possis etiam *φαιδρός*, ut Lucianus dixit *φαιδρὰν ἐσθῆτα*.

Ibid. c. *ἐν παρέργῳ τίθεσθαι χώρᾳ*. Aut delendum est *χώρᾳ* aut scribendum *ἐν παρέργων τίθεσθαι χώρᾳ*.

Ibid. d. *τούς τε τῶν Λυδῶν καὶ τῶν Μήδων καὶ ἔτι ἀνώτερον καὶ τοὺς Σύρων*. Ante *Λυδῶν* articulum addidi. Tum *ανωτέρω* dedi ex B, et *τοὺς Σύρων* scripsi pro *καὶ τοὺς Σύρων*. Mox erat *ἐμπίπλαται*. In sequentibus aut *ὥστε* delendum videtur aut *οὖν*.

Ibid. f. Erat *ὀδμῆς*.

XII, 546. a. *ἀφείλοντο* scripsi pro *ἀφείλαντο*.

Ibid. b. *καὶ πού τις καὶ ποιητὴς ἐφθέγξατο «δικαιοσύνας τὸ χρύσεον πρόσωπον»*. Incerto poetae lyrico haec assignarunt critici. Euripidis esse verba ex Melanippa docet schol. Par. apud Osannum in Wolfii Anal. liter. IV p. 538. ad Aristot. Eth. Nicom. V, 1. *τοῦτο ἐκ τῆς σοφῆς Μελανίππης, λέγει γὰρ ἐν αὐτῇ δικαιοσύνη τὸ χρύσεον πρόσωπον.* Quod scholion in alio cod. ita scriptum est: *τοῦτο Εὐριπίδου τῆς σοφῆς Μελανίππης. λέγει γὰρ ἐν αὐτῇ δικαιοσύνης τηλαυγὲς χρυσοῦν πρόσωπον.* Cum his siquis Aristotelis verba, ad quae annotavit ista scholiastes, coniungat, *πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη, καὶ οὔθ᾽ ἕσπερος οὔθ᾽ ἑῷος οὕτω θαυμαστός*, quorum postrema manifesto Euripidis sunt, haud contemnenda emergit chorici carminis particula haec:

*δικαιοσύνας τὸ χρύσεον πρόσωπον*
*οὔθ᾽ ἕσπερος οὔθ᾽ ἑῷος οὕτω*
*θαυμαστός.*

Nam *τηλαυγές* vehementer vereor, ne alter scholiastes ex notissimi loci Pindarici (Olymp. VI, 4) memoria imprudens Euripideis inmiscuerit. Iam vero ex eodem Athenaei loco etiam aliud Euripideae poeseos fragmentum lucramur; pergit enim scriptor in hunc modum: *καὶ πάλιν τὸ χρύσεον ὄμμα τὸ τᾶς Δίκας.* quae iam apertum est non alii poetae assignari posse, quam cuius superiora esse docuimus. Exercit. philol. II p. 25. De altero fragmento quae dixi erronea sunt. V. Nauckium ad Sophoclis fragm. 11. p. 105. Primum fragmentum autem nunc ita scripserim:

*δικαιοσύνᾳ τοι*
*τηλαυγὲς τὸ χρύσεον πρόσωπον·*
*οὔτε γὰρ ἕσπερος οὔθ᾽ ἑῷος οὕ-*
*τω πέλει θαυμαστὸς ἀστήρ.*

Ibid. c. *ἐπεισεκόμισαν* Dalecampius, vulgo *εἰσεκώμασαν*.

Ibid. e. *ἵνα μὴ τοὺς καταιγισμοὺς λέγω καὶ τὰ ἐπεντρώματα. ἅπερ πολλάκις προφέρεται ὁ Ἐπίκουρος.* Quid nominis sit *ἐπέντρωμα* vix quisquam dixerit. Nisi obstaret Philonis locus a Casaubono allatus, equidem *ἐπικεντρώματα* suspi-

carer, quo satis commode quod Epicurus voluit significaretur. De reliqua parte loci Epicurei v. ad VII 278 f. 280 a.

XII, 547. a. Epicurus προσπτύω τῷ καλῷ καὶ τοῖς κενῶς αὐτὸ θαυμάζουσιν, ὅταν μηδεμίαν ἡδονὴν ποιῇ. Pro κενῶς, quod sine dubio corruptum est, nescio an ἐκτενῶς scribendum sit. Pro Ἄλκιον malim Ἄλκιμον, quod latere videtur in scriptura huius nominis apud Aelianum V. H. IX, 12. ubi Ἀλκαῖος homo vocatur.

Ibid. b. ὅπως οἱ μὲν φιλόσοφος ἀπαλλάσσωνται ἐκ τῶν τόπων. Scripsi ἀπαλλάξονται (corr. typothetae errorem). Pro ἐκ τῶν τόπων forsitan ἐκ τῶν πόλεων scribendum est. In proximis διότι ante κρεμήσονται melius abesset.

Ibid. d. Antigonus Carystius ἡ τῶν δείπνων περιεργία καὶ ὁ τῶν τραπεζῶν καὶ μαγείρων ὄχλος τοσοῦτος ἦν ὥστε κτλ. In his quum ὁ τῶν τραπεζῶν ὄχλος parum apte dictum sit, pro eo τραπεζοποιῶν scripsi, quorum quam apta sit h. l. memoria intelligitur e Polluce VI, 13. ὁ δὲ φροντίζων τῆς ὑπηρεσίας ἁπάσης τραπεζοποιός et Athenaeo IV p. 170 f. ἐκάλουν δὲ τραπεζοποιὸν τῶν τραπεζῶν ἐπιμελητὴν καὶ τῆς ἄλλης εὐκοσμίας.

Ibid. e. προάγειν dedi pro προσάγειν. Continuo τε post ἄρξαι recte om. B. Mox praestare videtur λαβεῖν παρ' ἑκάστου pro ἀφ' ἑκάστου.

Ibid. Pro οὓς παρακαλέσειεν scribendum videtur οὕσπερ καλέσειεν, siquidem invitare ad coenam non tam παρακαλεῖν dicitur, quam καλεῖν.

Ibid. f. τὸ ἐκλεγόμενον ἀργύριον. Scribendum arbitror τὸ ἐκγενόμενον. Sequuntur haec ἱεροποιῆσαί τε καὶ τῶν μουσῶν ἐπιμελητὴν γενέσθαι. Mira haec est locutio μουσῶν ἐπιμελητὴν γίγνεσθαι, quod noli dubitare quin recte θυσιῶν scripserim. Praeterea excidisse suspicor ἔδει. Tum post ἄτοπος lacunam indicavi et pro τοῦ ὀρθρίου scripsi τοὐρθρίου, favente cod. B. qui τοῦ θρίου habet.

XII, 548. a. Non comissationis causa Platonicos convenisse dicit Antigonus Carystius, ἀλλ' ἵνα φαίνωνται καὶ τὸ θεῖον τιμῶντες καὶ φυσικῶς ἀλλήλοις συμπεριφερόμενοι. Cfr. ad haec VIII p. 663. b. Pro φυσικῶς non male Sturius φιλικῶς

coniecit; praetulerim tamen *φυλετικῶς*, ut *φυλέται* solen Mox *παρὰ τοῖς* scripsi cum Schweigh. pro *παρ' αὐτοῖς*.

Ibid. b. *τῶν εὐδαιμονικῶν καλουμένων Ἀναξάρχῳ δι τὴν τῶν χορηγησάντων ἄγνοιαν περιπεσούσης ἐξουσία γυμνὴ μὲν ᾠνοχόει παιδίσκη πρόσηβος*. Recte Schweigl corrigere videtur *τῷ εὐδαιμονικῷ καλουμένῳ*. Pro *ἄγνοια* nescio an *εὔνοιαν* scribendum sit.

Idid. c. In Anaxilae fragmento vs. 4. pro *ᾠὰ κολάπτω* vir doctus apud Casaubonum corrigit *ᾠὰ λάπτων*, voluit opino *ὤια λάπτων*. Sed verum est *ᾤ' ἐκλάπτων*, minime vero quo Herwerdenus Add. crit. nov. p. 27, voluit, *ᾠὰ 'κλάπτων* quod inauditum ecthlipsios genus est.

Ibid. d. Gorgias Leontinus interrogatus quibus rebus con sequutus esset, ut vitam ultra centum annos produxerit, re spondit *τὸ μηδὲν πώποτε ἑτέρου ἕνεκεν πεποιηκέναι*. Dixi d his Philologo Gott. XIII p. 213. ostendique pro *ἑτέρου* scriben dum esse *ἐντέρου*.

XII, 549. a. *Μελάνθιος δὲ τὸν αὑτοῦ τράχηλον κατατείνων ἀπήγχετο.* Scribendum suspicor *Μελάνθιος δ' [ὁ ποιητὴς] τὸν αὑτοῦ* — vel simile quid; causa intelligente non latebit.

Ibid. b. *ἐν δυσπνοίᾳ συσχεθῆναι καὶ πνιγμῷ*. Delendum videtur *ἐν*. Statim recte Schweigh. *ἃς διὰ τῶν πλευρῶν διωθεῖν* pro *αἷς*, nisi malis *καί*. In sequentibus *τιν' αἴσθησιν* scripsi pro *τὴν αἴσθησιν* et *διηγείρετο* pro *διεγείρετο* Praeterea *ἡ βελόνη* post *αἴσθησιν* transponendum.

Ibid. c. Vitiose edebatur *κρύπτη*, quod *κρύπτοι* scribendum erat propter sequens *διαλέγοιτο*. Tum revocandum *ἥκιστά γ' ὤν*, quod Dindorfius sine causa *ἥκιστ' ὢν* scripsit. Menandri verba de Dionysio Heracleota *παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα*, vix conciliari possunt cum sequentibus, ubi ipse Dionysius s u p i n u m s e i a c e r e in lecto dicit. Fortasse scribendum est *παχὺς γὰρ ὗς | ἔκειτ' ἐπὶ στρῶμα*.

Ibid. d. In Menandri fragmento vs. 1. Dobraeus *ἴδιον ἐπιθυμῶ· μόνος μοι* — Vs. 4. Herwerden *τήκομ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς*. quod verum videtur.

Ibid. f. *τρύβλιον* dedi pro *τρυβλία*. plurali nullus hic locus est.

XII, 550. a. *καθάρειον* scripsi, vulgo *καθάριον*.

Ibid. b. Malim ἐπερειδόμενος pro ἐπαπερειδόμενος. Quod sequitur ἐπορεύετο abundat.

XII, 551. a. πόσῳ οὖν κάλλιόν ἐστι — πενόμενον εἶναι λεπτότερον ὧν καταλέγει Ἕρμιππος ἐν Κέρκωψιν ἢ ὑπερπλουτοῦντας τῷ Ταναγραίῳ κήτει ἐοικέναι; Nihil dum allatum vidi quod obscuris verbis lucem afferat. Scribendum vero ἢ ὑπερπλουτοῦντα τῷ Ταναγραίῳ Κητεῖ ἐοικέναι. Cuius emendationis fideiussorem habeo Hesychium, Ταναγραίων φυὴν κήτει ὁμοιότητα. Ἔφορος λέγει εἶναί τινα ἐν Τανάγρᾳ παχύτατον, ὃς ἐλέγετο Κητεύς. Quae ita corrigenda videntur Ταναγραίῳ φυὴν Κητεῖ ὁμοιότατος, vel si poetae comici verba sunt Τ. Κητεῖ φυὴν | ὁμοιότατος. Fuit igitur Ceteus praedives quidam Tanagraeus idemque corporis obesitate famosus. Nominis Κητεὺς exemplum, quamquam fabulosum, habes apud Apollodorum III, 8, 2. Exerc. philol. II p. 25. Probabilius tamen videtur, homini isti Κητεὺς nomen propter obesitatem inditum fuisse verumque nomen ignorari. Non recte Hesychii glossam tractavit M. Schmidt.

Ibid. b. In Aristophanis fragmento verba parum apta huic loco leguntur πάντ' ἔχεις, ac fortasse corruptela latet; suspicabar ὥσπερ Θρᾳκοφοῖται, παντελεῖς, ut legati isti cum plena agendi potestate ad inferos missi dicantur.

Ibid. c. In eodem fragmento Aristophanis ἥν ποτ' ὀξὺς ἔλθῃ ex Madvigii coniectura recepi. Libri ἣν πολλῷ ξυνέλθῃ.

Ibid. e. Scribendum erat σαφῶς αὐτὸς ὧν σημαίνεται pro αὐτός. Post ἕτερος excidit fortasse δῆλον ἐπεί.

XII, 552. b. λεπτότερος δ' ἦν καὶ Φιλητᾶς ὁ Κῷος. Scripsi λεπτότατος, nisi fuit λεπτός.

Ibid. c. ἰατρῷ μὲν οὐδενί cum Schweigh. scripsi pro οὐδέν. Ibid. Ἱππώνακτα τὸν πυκτὴν pro ποιητήν recte fortasse conicit Heckerus Phil. Gott. V p. 497. ac sane luctatori melius quae de homine isto narrantur conveniunt quam poetae.

Ibid. d. Pro λέγων fortasse λέγοντι scribendum est. In Alexidis loco cum Casaubono νεκρῶν scripsi pro θεῶν, quae plane necessaria est emendatio.

Ibid. e. In Aristophontis fragmento praeeunte Dobraeo scripsi οὕτως ἐν ὀλίγαις ἡμέραις νεκροὺς ποιεῖς. Vulgo οὕτως ἐν ἡμέραις ὀλίγαις. Sequitur Menandri locus

ὁ λιμὸς ὑμῶν τὸν καλὸν τοῦτον δακὼν
Φιλιππίδου λεπτότερον ἀποδείξει νεκρόν.

Primo versu cum Bentleio ὑμῖν scripsi pro ὑμῶν. Neque νεκρόν, quod ex praecedentibus illatum videtur, ferendum est. Alexidis quod sequitur fragmentum apud Dindorfium ita scriptum est κακῶς ἔχεις. στρουθὶς γὰρ ἀκαρὴς νὴ Δί' εἶ. Libri στουθὶς ἀκαρὴς νὴ Δί' εἰ | πεφιλιππίδωσαι. Correxi κακῶς ἔχεις. ὦ Στρούθι'. ἀκαρὴς νὴ Δία | πεφιλιππίδωσαι.

Ibid. f. ἐκτεμεῖν dedi pro ἐκτέμνειν.

XII, 553. a. Eubuli locus ita scriptus erat ex parum felice emendatione Iacobsii:

ἐν θαλάμῳ μαλακῶς κατακείμενον ἐν δὲ κύκλῳ νιν
παρθενικαὶ τρυφεραὶ χλανίσιν μαλακαῖς κατάθρυπτοι
τὸν πόδ' ἀμαρακίνοισι μύροις τρίψουσι τὸν ἀμόν.

Libri παρθενικὰ τρυφερὰ χλανίδαγα μαλακὰ κατάθρυπτοι et vs. 3. μύροισι τρίψουσι τὸν ἐμόν. Vs. 1. post κατακείμενον distinxi, accusativus ab iis pendet quae praecedebant ab Athenaeo omissa. Vs. 2. scripsi proxime ad librorum fidem

παρθενικαὶ τρυφεραὶ χλιδαναὶ μάλα καὶ κατάθρυπτοι.

Nisi forte dualis restituendus est ex libris

παρθενικὰ τρυφερὰ χλιδανὰ μάλα καὶ καταθρύπτω.

Vs. 3. pro τὸν ἐμὸν restitui τὸν ἐλλόν. pernicem pedem. Recte enim Hesychius id inter alia per ταχύ explicare videtur, quae significatio omnibus locis, in quibus hoc adiectivum servatum est, accommodari potest.

Ibid. b. In eiusdem poetae loco fortasse servari poterat librorum scriptura ὑποστορεῖτε, quod ὅπως στορεῖτε scripsi. Sequentia tamen coniecturam nostram commendant. Vs. 6. erat ἀλείψατ' (v. Com. gr. III p. 248) et μεγαλλίῳ μύρῳ.

Ibid. c. In Antiphanis fragmento τῆς θεοῦ de vitio suspectum est.

Ibid. d. Initium loci ex Antiphanis fabula allati vix integre scriptum est. V. Com. gr. III p. 56. et infra ad XV p. 589 e. f. Vs. 3. τὰ σκέλη pro τὰς χεῖρας scriptum ex XV p. 689 e. Vs. 4. Herwerdenus τὰς γνάθους τά τε τιτθία, quod verum

videtur. Post vs. 5. adieci versum parenthesi inclusum, coniectura incerta, sed non improbabili.

Ibid. e. In Cratini loco vs. 1. addidi ἢ et ῥόδον temere a Porsono et Elmsleio, quos Dindorfius secutus est, deletum revocavi. Vs. 2. indicata lacuna scripsi μετὰ χερσὶ pro παρὰ χερσὶ, excidisse videtur ἕκαστος. Pro ἠγόραζον fort. ἠγόραζεν. In sequente Clearchi loco complura emendanda erant. Lit. f. διὰ τοῦτο οὖν οἱονεὶ δεῖγμα τῆς ὄψεως τὰ ὡραῖα μετὰ χεῖρας ἔχουσι. In his ὄψεως varie tentatum a viris doctis ego, dubitanter tamen, πέψεως, maturitatis, scripsi et tum ἀρχὴ ἐντυχίας posui pro ἀρχὴ εὐτυχίας. Cf. Plutarchi Mor. p. 582 c. ἀρχὴ γάρ τις ἐντυχίας καὶ γνώσεως αὕτη συνήθης. Tum in verbis αἰτηθεῖσι μὲν τῷ προσαγορευθῆναι, δοῦσι δὲ προϋπογράφειν, scripsi δοῦσι δὲ τῷ προϋπογράφειν. Sic enim volui, non τῷ ὑπογράφειν.

XII, 554. b. In Clearchi loco Dindorfius verba ὅτι τὰς ὀπώρας καὶ delenda censet. In Sapphus fragmento ante Blomfieldum erat παῖδα τὰν ἀπαλὰν, quod fortasse revocandum est.

Ibid. c. καί ποτε παριόντος νεανίσκου. Scripsi καὶ τότε, ut iam Schweigh. voluit.

Ibid. d — f. In Cercidae loco malim Συρακόσσαις.

Finem libri facit fragmentum Heraclidis Pontici, in quo Θράσυλλος pro Θράσυλαος posui ex Aeliano. In sequentibus res ipsa postulabat ut scriberetur καὶ διῴκει καὶ ἀπέστελλε pro καὶ ἀπέστειλε καὶ διῴκει. Quae sequuntur continuo: καὶ καταπλέοντα ἀπεδέχετο μετὰ χαρᾶς τοσαύτης ὅσης περ ἂν τις εἴη τοσούτων χρημάτων κύριος ὤν, in iis manum scriptoris mihi restituisse videor certa emendatione ὅσης περ ἄν τις ἡσθείη τοσούτων χρ. κύριος ὤν. Denique post διηγεῖτο lacunam indicavi sic fere explendam τὰ γεγενημένα αὐτῷ ἐν μανίᾳ, et cum Schweighaeusero scripsi παραγενέσθαι, τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἡδονῶν ὑπερβαλεῖν pro παραγίνεσθαι et ὑπερβάλλειν, quamquam hoc etiam ὑπερβάλλον scribi potest.

XIII, 555. a. δεῖ γὰρ ὦ βασιλεῦ τὸν ταῦτα ἀποδεχόμενον ἀπὸ συμβόλων τε πολλάκις δεδειπνηκέναι. Graeci sermonis usus postulat ἀποδεξόμενον. Ad sequentia πληγὰς διδόναι καὶ λαμβάνειν conferendus est Demosthenes c. Conon. p. 1261, 19. Exercit. philol. II p. 25.

Ibid. c. Male dictum est ἐβουλεύετο περικαλλεστέραν ἀγαγέσθαι. A περικαλλής, quod suapte natura superlativi vim habet, comparativus formari non potest, ut nec a nostro wunderschön comparativus formari potest; potest vero superlativus. Sed videtur sua Hermippo ἀκυρολογία relinquenda esse.

XIII, 556. a. παρέθετο δὲ περὶ τῶν γυναικῶν ψήφισμα. Scripsi τὸ περὶ γυναικῶν. Respicit enim plebiscitum in superioribus commemoratum. Articulum τῶν rectius cum cod. B omisissem.

Ibid. d. διὰ τὰς ἐν ταῖς ἀδηφαγίαις ἀπεψίας. Quae praecedunt ostendunt διὰ τῆς scribendum esse. Ibid. στρατιὰν pro στρατείαν dedi.

Ibid. f. Malim τὰς πεντήκοντα — κόρας.

XIII, 557. a. Dixerat Istrus Theseum uxores duxisse τὰς μὲν ἐξ ἔρωτος, τὰς δ᾽ ἐξ ἁρπαγῆς, ἄλλας δ᾽ ἐκ νομίμων γάμων. Tum pergit ἐξ ἁρπαγῆς μὲν Ἑλένην Ἀριάδνην Ἱππολύτην καὶ τὰς Κερκύονος καὶ Σίνιδος θυγατέρας, νομίμως δ᾽ αὐτὸν γῆμαι Μελίβοιαν. Manifestum est scribendum esse καὶ Ἀριάδνην et ante Ἱππολύτην excidisse ἐκ δ᾽ ἔρωτος. Male edidi Ἑλένην, ἐξ ἔρωτος δ᾽ Ἀριάδνην.

Ibid. b. Φίλιππος δὲ ὁ Μακεδὼν οὐκ ἐπήγετο μὲν εἰς τοὺς πολέμους γυναῖκας. Correxi οὐ περιήγετο. Sequuntur statim haec ὅς (Δαρεῖος) περὶ τῶν ὅλων πολεμῶν τριακοσίας πεντήκοντα περιήγετο παλλακίδας, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος. Pro πεντήκοντα ex B scribendum ἑξήκοντα cll. Curtio VI, 20. pellices trecentas et sexaginta, totidem quot Darii fuerant, Alexandri regiam implebant. Numerus hic dierum anni numerum aequabat, ideoque solennis erat, cuius antiquissimum exemplum apud Homerum Od. XIV, 20. habemus. Strabo XVI p. 742. in persico quodam carmine trecentas sexaginta palmae virtutes praedicari memoriae prodit, et Polyaenus Strat. I, 3, 4. Herculem τοὺς (τῆς Ἰνδικῆς) ἀρχομένους εἰς κώμας τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε διανεῖμαι refert. Heraclides Ponticus apud Athen. XII p. 514 b. de Persarum rege φυλάσσουσι δὲ αὐτὸν (addendum ξ´ i. e. ἑξήκοντα) καὶ τριακόσιαι γυναῖκες. Idem plane canalium erat nume-

rus Gyndae fluvii apud Babylonem Herod. I, 190. liciorum in thorace apud Lindios Plin. HN. XIX, 12. lucernarum candelabri in prytaneo Tarentinorum Euphorio apud Athen. XV p. 700 d. Alia composui Hist. crit. p. 310.

Ibid. c. *Λαρισσαία* Dindorfius, revocavi ubique *Λαρισαία*.

Ibid. d. *καὶ ταύτην ἐπεισάγων τῇ Ὀλυμπιάδι ἅπαντα τὸν βίον ἑαυτοῦ συνέχεεν.* Apertum est scribendum esse *ἐπεισαγαγών*.

XIII, 558. a. In Anaxilae loco vs. 2. scripsi *οὐδὲν ἂν γένος δύναιτο*, vulgo *οὗ γένος τίς ἂν δύναιτο*. Vs. 6. *οὐδ' ἕν ἐσθ'* Herwerdeno auctore dedi pro *οὐκ ἔνεσθ'*.

Ibid. d. In eiusdem Anaxilae fragmento dedi *φησὶν ἧ 'ν προσῇ θρόνος* i. e. *ᾗ ἂν προσῇ*. Libri *φησὶ τήν προς* (vel *τὴν πρὸς*) *ἢ θρόνος*.

Ibid. e. In Alexidis loco supplevi *ἄρ' οἵ*.

XIII, 559. b. Amphis *ἣ δ' οἶδεν ὅτι ἢ τοῖς τρόποις ὀνητέος*. Sic Cobetus pro *ὠνητέος*, qui praeterea *ὅτιὴ τοῖς*. In sequente Eubuli loco *δεύτερος* scripsi pro *δεύτερον* ante Cobetum V. L. p. 205. Vid. Com. graec. III p. 359. et Add. V p. CCXXVII. Fritzschius apud Toeppel. de fragm. Com. II p. 12. scribebat *κακὸς κακῶς ἀπόλοιθ' ὁ γήμας δεύτερος | γυναῖκα*.

Ibid. c. *Πηνελόπη δέ γε* Cobetus, vulgo *Πηνελόπεια δέ*, libri fere *Πηνελόπη δέ*. Vs. 7. scribendum suspicor *ἴσως Φαίδραν ἐρεῖ κακήν τις*. Aliud *κακῶς τινα λέγειν*, aliud *κακόν τινα λέγειν*. Vs. 8. erat *χρηστή τις ἦν μέντοι . . . τίς* — recte distinxit Cobetus.

Ibid. d. Aristophon *κακὸς κακῶς ἀπόλοιθ' ὁ γήμας δεύτερος*. Sic primus omnium Iacobs. Exerc. crit. I p. 11. scripsit, postea idem Cobetus VL. p. 250. Vulgo *γένοιθ'*, cui quae ex scriptoribus infimae aetatis similia affert Lobeck. Paral. p. 151. nullius momenti sunt in poeta Attico. In Antiphanis loco *τί σὺ λέγεις* pro *σὺ τί λέγεις* restituit Dobraeus.

Ibid. e. In Menandri loco erat *γεγάμηκα γὰρ αὐτός*. Vs. 5. *σωθείης δὲ νῦν· ἀληθινὸν* Iacobsius. Vid. Iacoby Add. p. CCXLIII. Vs. 7. post *Αἰγαῖον* Grotius supplet *οὐδ' Αἰγύπτιον*, Scaliger *οὐδ' Ἰώνιον* (*Ἰωνικόν*?), Cobetus *οὐδὲ Σικελικόν*.

Ibid. f. Ingeniose Zedelius Μεταγένης.

XIII, 560. a. οὐ σύμφορον propter Theognidis locum, quem manifesto Theophilus respicit, dedi pro συμφέρον cum Valckenario. Vs. 4. τῷ πηδαλίῳ Herwerden Obs. crit. p. 82. Hoc dicere videtur, non uno enim se regi patitur gubernaculo, ut cymba. πηδάλιον ambigue dixit, cf. Aristoph. Pac. 142.

Ibid. e. ἐρεθισθείς corruptum videtur, blanditiis illius illectus interpretantur. Ibid. πείθεται pro πείθει probabiliter Schweighaeuserus.

Ibid. f. Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος καὶ πρῶτον γενέσθαι πόλεμόν φησι δύο γυναικῶν. Casaubonus Ἠπειρωτικόν. Si sana est edita scriptura, sensum esse dixerim, primum bellum, quod duae mulieres inter se gesserunt, fuisse Olympiadis et Eurydicae. Video tamen quid obstet.

XIII, 561. a. Euripides παίδευμα δ' Ἔρως σοφίας ἀρετῆς πλεῖστον ὑπάρχει. Pro ultima voce scripsi παρέχει, Amor sapientiae alumnus plurimum virtutis impertit. Cobetus Mnem. VII, 66. μετέχει pro ὑπάρχει corrigebat. Heimsöth Comm. crit. (Bonnae 1866) p. XV ἀρετῆς τ' ἐσθλὸν ὑπάρχει.

Ibid. b. De Amoris vi disserens inter alia poetarum testimonia hoc Euripidis apposuit:

σὺ δ' ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων Ἔρως,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλά,
ἢ τοῖς ἐρῶσιν, ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ
μοχθοῦσι μόχθους, εὐτυχῶς συνεκπόνει.

His versibus, quos in Andromeda positos fuisse ex Luciano constat, simillimi sunt quos non addito fabulae titulo ex Euripide attulit Stobaeus Flor. 64, 6.

σὺ δ' ὦ κάκιστε (Dobraeus κράτιστε) θεῶν τε κἀνθρώπων Ἔρως,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλά,
ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίστασο.

At hi non Euripidis sed ab alio poeta, fortasse comico, ex Euripideis leviter detorti videntur Matthiaeo. Eam sententiam amplexus est qui de Andromeda Euripidis optime disputavit Fritzschius ad Aristoph. Thesm. p. 507. a iuvene improbam meretricem deperiente illa dicta fuisse existimans. Ego vero

non video quo pacto aliquis precari possit: aut ne coge quae improba sunt videri proba, aut amantibus fave! Quae vereor ut apta sit sententiarum oppositio. Nam qua tandem in re Amoris favorem cerni dicamus, si improba amare nos Amor docuerit? an ut in mentis errore perseveremus? Rectissime igitur Arsen. et cod. B pro *κακὰ* habent *καλά*, ut legitur apud Athenaeum. Iam sublata, quam Matthiaeus sibi deprehendisse videbatur, parodia, conficitur versus a Stobaeo servatos eosdem esse quos attulit Athenaeus, qui quod eos partim integrius et plenius scriptos attulit quam leguntur apud Stobaeum, etiam in aliis Euripidis fragmentis Stobaeus miras habet lectionum ab aliis differentias. Ex multis ut unum exemplum afferam, mihi non dubitandum videtur quin primus fragmenti e Meleagro fabula a Stobaeo Flor. CXIX 9. servati versus, *τερπνὸν τὸ φῶς μοι, τὸ δ' ὑπὸ γῆν ᾅδου σκότος*, idem sit quem affert Etymol. M. p. 803, 36. *φῷ ἀντὶ τοῦ φωτὶ σὺν τῷ ῑ. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ «τὸ μὲν* (leg. *τὸ τερπνὸν*) *ἐν φῷ, τὸ δὲ κάτω σκότος κακόν»*. Sic igitur scribendum videtur: *τὸ τερπνὸν ἐν φῷ, τὸ δὲ κάτω σκότος κακόν,* | *οὐδ' εἰς ὄνειρον ἀδεὲς* (sic Musgr.) *ἀνθρώποις μολεῖν·* | *ἐγὼ μὲν οὖν γεγῶσα τηλικήδ' ὅμως* | *ἀπέπτυσ' αὐτὸ κοὔποτ' εὔχομαι θανεῖν.* Exercit. philol. II p. 26.

Ibid. c. *Ποντιανὸς δὲ Ζήνωνα ἔφη τὸν Κιτιέα ὑπολαμβάνειν τὸν Ἔρωτα θεὸν εἶναι φιλίας καὶ ἐλευθερίας, ἔτι δὲ καὶ ὁμονοίας παρασκευαστικόν, ἄλλου δ' οὐδενός.* Haec Zenonis de amore sententia fluxit e Socratico fonte. Euclides apud Hermiam ad Platonis Phaed. p. 312. *οἱ δὲ ἁπλῶς ἀστεῖον, ὡς Εὐκλείδης φιλίας εἶναι τὸν ἔρωτα καὶ οὐκ ἄλλου τινός, κατὰ συμβεβηκὸς δέ τινας ἐκπίπτειν εἰς ἀφροδίσια.* Quae ad Euclidis *Ἐρωτικὸν* referenda esse, recte, opinor, statui ad Fragm. Com. graec. IV p. 171. Nunc addo post *φιλίας* fortasse adiciendum esse *παρασκευαστικόν*. Ad Eroticum Euclidis refero etiam quae leguntur apud Stobaeum Flor. VI 65. in sermone de luxuria: *ἔστι δὲ ὁ μὲν ὕπνος νεώτερος καὶ μειρακιώδης δαίμων, εὔπειστος καὶ ῥᾴδιος ἀποφυγεῖν, ὁ δὲ ἕτερος οὗτος πολιὸς καὶ γέρων, ἐν* (*δὲ*) *τοῖς πρεσβυτέροις τῶν ἀνθρώπων μάλιστα ἐμπεφυκὼς ἄπειστος καὶ ἀπαραίτητος. τούτου δὲ* (*δὴ*?) *τοῦ δαίμονος ἐργῶδές ἐστιν ἀπαλλαγῆναι*

ὅταν ἅπαξ παρῇ. οὔτε γὰρ λόγοις προσέχει οὐδὲν οὔτε ἀκούειν τὸ σύνολον δύναται· κωφὸς γάρ ἐστιν· οὔτ' αὖ δεικνύων αὐτῷ ἐμφανίσαις τι ἄν· τυφλὸς γάρ ἐστιν. Quorum verborum etsi haud facilis est explicatio, hoc tamen certum videtur, alterum illum daemonem Amorem esse. Ad eundem Euclidem refero quae habet Stobaeus Flor. vol. IV 196. Lps. et glossam Hesychii, Ἀνύξιον: ἄβρωτον. Εὐκλείδης. Lege Ἄνυκτον: ἄτρωτον. Idem νύξεν explicat per ἔτρωσε. Ex. phil. II p. 27.

Ibid. d. Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ συνουσίας τινὸς διαλαβεῖν προεστάναι τὸν Ἔρωτα — Pro διαλαβεῖν scripsi ὑπολαβεῖν. Ibid. erat Ἀκαδημίας et Ἀλεια. quae Ἀκαδημείας et Ἁλίεια scripsi.

XII, 562. a. διὰ τοῦτον Casaubonus, vulgo διὰ τούτων.

Ibid. b. In Alexidis fragmento vs. 7. ἀλλά που συνηγμένος. Ita haec nunc correxi, libri ἀλλὰ συννενηγμένος. Casaubonus συννενημένος, Herwerdenus Obs. crit. p. 79. ἀλλὰ συμμεμιγμένος. Conicere etiam possis ἀλλ' ἐς ἓν συνηγμένος. Vs. 11. fortasse praeter necessitatem dedi παντόθεν ἐν ἑνὶ τύπῳ τε πόλλ' εἴδη φέρων. Libri πανταχόθεν ἑνὶ τύπῳ etc. Vs. 12. Amori tribuitur πόνος ἀδάμαντος. Nisi πόνος de duritie adamantis et in ferendis ictibus quasi patientia interpretari licet, suspiceris pro ἀδάμαντος scribendum esse Ἄτλαντος.

Ibid. c. In eadem Alexidis ecloga vs. 14. fortasse corrigendum διὰ ταῦτ' pro καὶ ταῦτ'. Versu ultimo scripsi cum Emperio ἐγγύς τ' εἰμὶ τοῦ νοήματος pro τοῦ ὀνόματος. Sed praestare opinor τοῦ 'ννοήματος. Dobraeus που τοῦ πράγματος.

XIII, 562. f. ὁ δ' αὐτὸς οὗτος ποιητής. Imo Alexis, ut ostendi Hist. crit. p. 520. cuius locus qui affertur, in eius vs. 1. φησι scripsi pro φήσει, et vs. 2. ex L. dedi οὓς δεῖ τὸ πρῶτον, libri ἔδει τὸ πρῶτον. Dobraeus εἰ δεῖ τὸ πρῶτον. quod nunc praefero. Vs. 5. εὖ πόρους pro εὐπόρους Iacobsio debetur. Vs. 6. αἱμυλωτάτους, erat ἀθλιωτάτους, dubitanter recepi quod coniecit Herwerdenus Observ. crit. p. 76., ἀλκιμωτάτους Dobraeus.

XIII, 563. a. Theophilus ἦ πού τίς ἐστι τοὺς λόγους ἀβέλτερος, i. e. τοὺς λογισμούς. Sic fort. recte scripsi pro

τοὺς τρόπους, quod aegre coit cum ἀβέλτερος. Vs. 8. dedi ἣν εἰσιδεῖν ἥδιον pro ἣν ἰδεῖν ἥδιόν ἐστιν. Praefero nunc quod Burneius voluit, ἥν ἐστ' ἰδεῖν ἥδιον. Denique vs. 9. αἰτοῦσιν scripsi pro ἔχουσιν cum Dalecampio.

Ibid. b. In Aristophontis vs. 2. Porsonus εἰκότως τ'.

Ibid. c. In Amphidis loco vs. 1. τί φὴς σύ: dedi cum Dobraeo, vulgo τί φής; σύ — Vs. 2. ὡραῖον φιλῶν pro ὡραίων φίλων scripsi cum Iacobsio, ὡραίαν φιλῶν voluit Nauckius Bulletin de l'Acad. de St. Pétersb. VI p. 29. Vs. 4. σώφρων τ' ἀληθῶς correxit Dobraeus, vulgo ἄφρων τ' ἀληθῶς, Iacobsius ἄφρων γ' ἀληθῶς.

Ibid. d. e. Alexis ἄπιστον αὐτὸν πᾶσι τοῖς ἄλλοις ποιῶν. Scribendum τοῖς καλοῖς ποιῶν. Ibid. in Hermiae Curiensis loco ὦ στώακες dedit Dindorfius pro ὦ στοάκες. Fortasse praestat ὦ στοίακες. Vs. 3. πρίν τι τῷ σοφῷ δοῦναι. Forsan πρίν τι τῶν σοφῶν δοῦναι, priusquam aliquid sapientiae vestrae impertiatis.

Ibid. e. θρυλεῖτε γὰρ ὅτι δεῖ μὴ τῶν σωμάτων ἀλλὰ τῆς ψυχῆς ἐρᾶν, οἵτινες μέχρι ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν δεῖν λέγοντες συνέχειν τοὺς ἐρωμένους. Participium λέγοντες unde pendeat non apparet. Itaque, nisi aliqua exciderunt, aut οἳ legendum pro οἵτινες, aut scribendum λέγετε pro λέγοντες. Sequuntur haec: καί μοι δοκεῖ Ἀρίστων ὁ Κεῖος ὁ περιπατητικὸς οὐ κακῶς εἰρηκέναι — πρός τινα Ἀττικόν, μέγαν τινὰ κατὰ τὴν ἡλικίαν, ἐπιδεικνύντα ὡς καλόν, ᾧ Δῶρος ἦν ὄνομα, τὴν πρὸς Δόλωνά μοι, φησί, δοκῶ παρ' Ὀδυσσέως ἀπάντησιν ἐπί σε μεταφέρειν Ἦ ῥα νύ τοι μεγάλων δώρων ἐπεμαίετο θυμός. Mirifice horum verborum sententiam pervertunt interpretes, qui Dorum ipsius illius Atheniensis nomen fuisse existimant et ἐπιδεικνύντα ὡς καλόν intelligunt qui formam suam ostentabat, quasi ἐπιδεικνύμενον scriptum esset. Immo Atheniensis iste Aristoni Dorum quendam, hominem aetate grandem, ostendebat eiusque venustatem laudabat. Tum ille tu, inquit, magnorum Dororum cupidus es. Delendum igitur quod sententiam obscurat post ἡλικίαν comma. Iam apparet etiam quo sensu Aristo μεγάλα δῶρα intelligi voluerit. Exercit. philol. II p. 27.

XIII, 564. a. *καὶ γὰρ τὸ παλαιὸν παίδων ἥρων, ὥς καὶ Ἀριστοφῶν ἔφη, ὅθεν καὶ καλεῖσθαι τοὺς ἐρωμένους συνέβη παιδικά.* Nescio quem hic dicat Aristophontem, certe neque orator neque comicus poeta intelligi potest. Quam ob rem *Ἀρίστων* scribendum suspicor, cuius *Ὅμοια ἐρωτικά* paulo ante (563 f.) laudavit scriptor. Exercit. phil. II p. 28.

Ibid. *πρὸς ἀλήθειαν γάρ, καθάπερ φησὶ Κλέαρχος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἐρωτικῶν Λυκοφρονίδην εἰρηκέναι φησί.* In his alterum *φησί* delendum videtur. Lycophronidis versus hi sunt:

> *οὔτε παιδὸς ἄρσενος οὔτε παρθένων*
> *τῶν χρυσοφόρων οὔτε γυναικῶν βαθυκόλπων*
> *καλὸν τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ κόσμιον πεφύκει·*
> *ἡ γὰρ αἰδὼς ἄνθος ἐπισπείρει.*

In hoc carmine, cuius de metro rectius Hermanno D. M. p. 445. statuit Bergkius Lyr. poet. p. 867. mirum est neminem haesisse in tertio versu, qui intelligi non potest nisi ita correctus

> *καλὸν τὸ πρόσωπον, ἂν (ἐὰν) μὴ κόσμιον πεφύκῃ.*

Hoc enim dici debuit, nullam esse pulcram faciem, nisi pudoris et modestiae commendatio accedat. Ceterum non ausim cum Bergkio Lycophronidem in poetis ante Alexandrum florentibus numerare. Exerc. phil. II p. 28. Recepi hanc emendationem, nisi quod fortasse sine causa pro *ἂν* vel *ἐὰν* posui *ἤν*. Vs. 1. libri *ἄρρενος* habent, et vs. 2. *τῶν*, quod sententiam pervertit, delendum est; sed fortasse *παρθενικῶν χρυσοφόρων* scribendum.

Ibid. c. *Σοφοκλῆς περὶ τοῦ κάλλους τοῦ Πέλοπος διαλεγομένην ποιήσας τὴν Ἱπποδάμειάν φησι*

> *τοιάνδ᾽ ἐν ὄψει λύγγα θηρατηρίαν*
> *ἔρωτος ἀστραπήν τιν᾽ ὀμμάτων ἔχει.*

Ita haec in libris scripta sunt, nuper autem certatim viri docti corrigere voluerunt *τοίαν Πέλοψ ἴυγγα*, non memores illi eam iam Valckenarii ad Hippol. 468. fuisse coniecturam. Atqui Pelopis nomen si Athenaeus in Sophoclis loco scriptum repperisset, nihil sane causae habuisset cur ista de Pelope intelligenda esse disertim lectorem admoneret. *Λύγξ* Hesychius interpretatur verbis *τὸ πάθος ὁ λυγμός, καὶ τόξον.* Quorum

alterum aptissimum est ad Sophoclis locum, nisi quod hoc significatu illud nomen rectius scripseris λίγξ, utpote a verbo λίζειν vel λίγγειν, quo nervi stridor indicatur, formatum. Cf. Lobeck. Paral. p. 110. Itaque Pelops in oculis amoris quasi arcum gestare dicitur. Cf. Aeschylus Suppl. 983. πᾶς τις παρελθὼν ὄμματος θελκτήριον τόξευμ᾽ ἔπεμψεν ἱμέρου νικώμενος. Exercit. philol. I p. 40. Fugerat me hanc iam Erfurdti coniecturam fuisse. Vs. 3. ἐκθάλπεται pro ἐνθάλπεται recte dedit Ellendt.

Ibid. c. In Licymnii loco pro ὅσσοις ἐκοίμιζε scripsi ὅσσοισιν ἐκοίμισε, ut numerorum ratio postulat. De Sapphus fragmento proxime illato v. Bergkium. In Anacreontis fragmento servavi elegantissimam Erfurdti emendationem σὺ δ᾽ οὐ κλύεις pro σὺ δ᾽ οὐκ ἀίεις.

Ibid. e. In Pindari loco recte quidem καρδίαν addidi ex p. 601 d, neque vero ψυχρὰν delere debebam, sed ψυχρᾷ [φλογί] scribendum erat, ut recte legitur l. l.

Ibid. f. In Ibyci fragmento

*Εὐρύαλε, γλαυκέων Χαρίτων θάλος*
*καλλικόμων μελέδημα —*

post θάλος unius versus lacunam indicavit Bergkius, in quo oculorum splendorem laudatum fuisse suspicatur. Ac sane tale quid indicare videntur Athenaei verba; sed ea ad γλαυκέων, quod malis coniecturis tentatum est, et ad ἀγανοβλέφαρος referenda sunt; γλαυκαὶ enim Χάριτες sunt Gratiae γλαυκοβλέφαροι sive γλαυκώπιδες. Vs. 2. post καλλικόμων adieci Μουσῶν sive potius Μουσέων. Idem coniecit Hecker Philol. V p. 505. sed male idem tentat versum primum.

XII, 565. a. τῶν προτέρων exhibui pro τῶν πρώτων. Possis etiam τῶν πρὸ τοῦ.

Ibid. b. In Alexidis loco vs. 1. ἂν addidi, nisi cum Iacobsio mavis εἰ. Vs. 2. δυοῖν supplevi cum Erfurdto. Tum pro ἔχει τι Cobetus Mnem. IV, 132. ἔχειν δεῖ coniecit, quod recepi. Alia vide in Com. gr. vol. III p. 509. Vs. 3. ἢ γὰρ στρατεύειν. Sententia tale quid flagitat quale placuit Herwerdeno Nov. Add. crit. p. 34. ἤτοι γὰρ ἑταιρεῖν. Vs. 5. τούτῳ τι scripsi, recte vero Dindorfius τοιοῦτο, vulgo τοῦτον, L τούτῳ. Vs. 8. ἐπινοεῖς pro ὑπονοεῖς Iacobsius.

Ibid. e. καὶ τῶν ἥλων ἐμπιμπλάντες τὰ καττύματα Libri ἐμπίμπλανται. Porsonus ἐμπιπλάντες. De clavorum usu in calceamentis rusticitatis signo v. Casaubonum ad Theophrasti Char. IV p. 58 Lps. Praeterea malim ἥλων sine articulo.

Ibid. f. συκίνων scripsi pro σκυτίνων. V. Com. graec. III p. 64. Mox αὐτὸς τὸ κάλλος dedi pro αὐτὸ τὸ κάλλος. Tum post καὶ γὰρ excidisse videtur Ἀθήνησι. In sequentibus ἐν ταῖς εὐανδρίαις τοὺς καλλίστους ἐγκρίνουσι καὶ τούτους πρωτοφορεῖν ἐπιτρέπουσι. Verbo πρωτοφορεῖν Valesius πτορθοφορεῖν, Lobeckius Aglaoph. p. 1025. ῥοδοφορεῖν, Struvius ib. p. 1358. κροκωτοφορεῖν subsitui voluerunt. Praestare opinor κρωσσοφορεῖν. Pulcerrimos quosque deligebant eosque in solenni pompa hydrias sacris faciendis necessarias portare iusserunt. Compara sequentia καὶ ἐν Ἤλιδι κρίσις γίνεται κάλλους τὸ εἶδος κάλλιστος τὰ τῆς θεοῦ φέρειν τεύχη δίδοται. Cui mori consimilis fuit Tanagraeorum de quo Pausanias IX 22 in. ὃς δ' ἂν εἶναι τῶν ἐφήβων προκριθῇ τὸ εἶδος κάλλιστος, οὗτος ἐν τοῦ Ἑρμοῦ τῇ ἑορτῇ περίεισιν ἐν κύκλῳ ἔχων ἄρνα ἐπὶ τῶν ὤμων. Ad κρωσσὸς cf. Theognostum Bekkeri Anecd. p. 1392. κρῶπος ἡ ὑδρία. Scribendum κρωσσός. Exercit. phil. II p. 28. Casu et me invito κροκωτοφορεῖν impressum est.

XIII. 566. a. Heraclides Lembus κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεται μᾶλλον ὁ κάλλιστος καὶ γυνὴ ἡ καλλίστη. Scribendum ὁ κάλλιστος ⌐ἀνὴρ¬ καὶ γυνὴ ἡ καλλίστη.

Ibid. b. ὅτι βασιλίσκους ἀντὶ βασιλέων τοῖς Σπαρτιάταις γεννᾶν προαιρεῖται. Optimi libri ταῖς σπάρταις, quod male in τοῖς Σπαρτιάταις mutatum est. Scribendum erat τᾷ Σπάρτᾳ. quod τᾶι Σπάρται scriptum facile in ταῖς σπάρταις corrumpi potuit.

Ibid. In Cratini loco pro ταυτὶ erat ταύτῃ. correctum a Dobraeo.

Ibid. f. ἐκείνου τοῦ ὁμωνύμου σοι ποιητοῦ τὴν κνήμην φορῶν. ὃς ἐν τοῖς καπηλείοις καὶ πανδοκείοις ἀεὶ διαιτᾶται. Sunt Cynulci ad Myrtilum verba, in quibus quum Myrtilus cognominis poetae τὴν κνήμην gestare dicatur, Schweighaeuserus Myrtilum antiquae comoediae poetam intelligi voluit. Incertus haeret Casaubonus. Mihi non dubitandum videtur, quin

alium quendam poetam Myrtilum Athenaeus intellexerit, qui si comicum dicere voluisset, non videtur dubitandum esse quin in tanta huius poetae obsuritate id aliquo modo indicaturus fuisset; accedit quod nunquam scriptor Myrtilum poetam ad partes vocavit. Pro *διαιτᾶται* autem recte Schweigh. *διαιτᾷ* coniecit, quod sequentia confirmant. Exercit. phil. II p. 29. Tota quae h. l. inesse putatur difficultas concidit, si *πολίτου* pro *ποιητοῦ* scripseris. Tum in Isocratis loco *οὐδ' ἂν οἰκέτης ἐτόλμησε.* Pro *οἰκέτης* libri Isocratis habent *ἐπιεικής*. Scripsi utroque coniuncto *οὐδ' ἂν οἰκέτης ἐπιεικὴς ἐτόλμησε.*

XIII, 567. a. Edebatur *οὐ μεθ' ἑταίρων ἀλλὰ μετὰ ἑταιρῶν.*

Ibid. *ὢ τῆς καλῆς σου πολυμαθίας, ὡς κατ' οὐδὲν ἐμιμήσω.* Malim *ὅς*, ut est lit. b. *ὢ τῆς καλῆς πολυμαθίας — ὃς οὐδ' ἐγκαλύπτεται.*

Ibid. d. *ἐπειδὴ πρὸς κλεψύδραν συνουσίαζεν, ἕως κενωθῇ.* Malim *ἐκενώθη* vel *κενωθείη.*

Ibid. e. *αὑτός* scripsi pro *ὁ αὐτός*, articulum libri omittunt.

Ibid. f. In Timoclis loco pro *Κοναλλὶς* cod. A *κοναλίς*. Nescio quid hoc nominis sit, ac fort. *Κοβαλίς* poeta scripsit.

XIII, 568. b — d. Alexidis ecloga *στηθί' ἔστ' αὐταῖσι τούτων ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοί.* Scripsi cum Iacobsio partim e Clemente *τιτθί' ἔστ' αὐταῖσι.* Sequentia correxi praeeunte Dobraeo et ex parte Sylburgio. Libri *προσθεῖσαι τοιαῦτα γοῦν αὐτῶν τῆς κοιλίας*, Clemens *προσθεῖσα ουτοντύνδυτον* (Sylb. *τοὔνδυτον*) *τῆς κοιλίας*. Vs. 15. *ἀπήγαγεν* Clemens, *ἀπήγαγον* Athenaeus. Vs. 27. *ὄψεις διὰ τούτων σκευοποιοῦσι τῶν τεχνῶν*, qui incerti comici versus est, ab Alexidis fragmento separavi.

Ibid. e. *σου* Dobraeus pro *οὐ*. Tum *οἶσθα* Cobetus N. L. p. 138. pro *οἶδας*. Statim *φιλῳδοὺς* pro *φειδωλοὺς* Dobraeus reposuit.

XIII, 569. a. Versus ultimos *Ἑλλάδος ἔγωγε* etc. aliunde hic illatos esse credo, nisi aliquammulta exciderunt.

Ibid. b — d. In Xenarchi loco scripsi *ὅπου παρουσῶν* pro *ὅπου γὰρ οὐσῶν.* Dobraeus *ὡς οὐ παρουσῶν*. Vs. 10. *μὴ κλίμακα στησάμενον εἰσβῆναι λάθρᾳ.* Sic correxi, libri *μὴ*

*κλίμακ᾽ αἰτησάμενον.* Vs. 11. *εἰσδῦναι* Dobraeus pro *ἐκδῦναι.* Vs. 13. *αὑταὶ* dedi cum eodem pro *αὗται.* Vs. 18. *τὰς δ᾽* Iacobsius; locus non integer est. Nauckius *ὁρῶντ᾽ ἀθρεῖν σαφῶς.* Alia tentavit Dobraeus, quem vide. De vs. 20. confer quae dixi Com. graec. III p. 619.

Ibid. d. *προϊστορῶν* scripsi pro *προσιστορῶν.*

Ibid. e. In Philemonis loco vs. 4. legebatur *καί μοι.* Vs. 8. *ποιάμενον τότε* dedi pro *ποιάμενόν τοι.*

XIII, 570. a. Verba *τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον* (non etiam *λέγων*) seclusi ut spuria; adscripta fuere ad *τὸ δεινόν*, quod a Schweigh. et Dindorfio deletum ex ABP revocavi.

Ibid. b. In Epicratis loco verba parenthesi inclusa feliciter supplevit Cobetus Mnem. IV 129.

Ibid. c — e. In eiusdem Epicratis fragmento vs. 6. Porsonus conicit *ὑπὸ τῆς ἰσχύος*, quod verum videtur. Vs. 7. supplevi *θεῶν* et vs. 10. edidi *καὶ Λαῒς ὀρθῶς νῦν νομίζοιτ᾽ ἂν τέρας.* Libri pro *νῦν* habent *γοῦν*, om. B. Vs. 11. *αὕτη γὰρ οὖν ὁπότ᾽ ἦν νέοττος καὶ νέα.* Ita scripsi ex B. Vulgo *αὕτη γὰρ ὁππότ᾽ ἦν νέοττος καὶ νέα.* Dindorfius *αὕτη γὰρ ὁπότ᾽ ἦν μὲν νέοττος* ex emendatione Porsoni. Tum pro *νέα* Herwerdenus Nov. Add. crit. p. 29. corrigit *καλή*, frustra, ut opinor, vide Lobeckium Paral. p. 61. et Ephippum in Com. graec. III p. 320. *ἐποίησέ θ᾽ ἱλαρὸν κἀπέδειξεν ἵλεων.* Vs. 13. fort. *ῥᾷον* pro *θᾶττον* scribendum est. Vs. 14. erat *δολιχόν.* Vs. 15. *ἰδεῖν μὲν αὐτὴν ῥᾴόν ἐστιν ἢ πτύσαι* recte ut videtur Herwerdenus Observ. crit. p. 66. Pro *ἐστιν ἢ πτύσαι* vulgo est *ἐστι καὶ κύσαι.* Ipse suspicabar *καὶ βλίσαι*, lasciviter attrectare, *βλιμάσαι.* Vs. 17. *ἐξέρχεταί τε πανταχόσ᾽ ἤδη πιομένη.* Fortasse *πετομένη* scribendum est. Vs. 2. *ὦ φίλταται* A.

Ibid. e. In Anaxandridis loco malim *ἤνθει καὶ Λαγίσκιον τότε.* Libri *ἤνθει τότε Λαγίσκη ἦν δὲ τότε κτἑ.* quae ita scripseram *ἤνθει τότε Λαγίσκιον. τότ᾽ ἦν | καὶ Θεολύτη μάλ᾽ εὐπρόσωπος καὶ καλὴ | ὑπέφαιν᾽ ἐσομένη. κὤκιμον λαμπρὸν πάνυ.* Cf. Dobraeum. Ceterum *εὐπρόσωπος καὶ καλή* coniunxit poeta exemplo Aristophanis Plut. 976. frustra a me ipso nuper tentati.

Ibid. f. Timocles *ἡ στιφρότης τὸ χρῶμα πνεῦμα, δαίμονες.*

Rectius fuerit τὸ χρῶμα τὸ πνεῦμα. Sequ. versu erat τὸ μὴ σφόδρ' εἶναι πάνθ' ἕτοιμα. Scripsi τό τε μὴ σφόδρ' εἶναι πάνθ' ἕτοιμα.

XIII, 571. a. ῥαπισθῆναί γε καὶ πληγὰς λαβεῖν. Sic Iacobsius pro τε.

Ibid. c. ἃς οὐ Κύνουλκος τολμᾷ λοιδορεῖν. Malim οὐδέ.

Ibid. d. In loco Sapphonis erat ταῖς ἐμαῖς. Facilius tamen Seidlerus scripsit ταῖς ἐμαῖσι. Pro ἀείσω fort. ἀείδω scribendum est. Sed conf. ad Stobaei Ecl. phys. p. XI. Tum καθὸ δή dedi ex B, abest vulgo δή.

Ibid. e. Menander π. ἑ. οὐχ ἑταίρων, Παρ[μένων, μὰ Δί' ἀλλ' ἑταιρῶν]. ταὐτὰ δ' ὄντα γράμματα — Ita supplevi et correxi quae in libris sic scripta feruntur πεποιήκατ' ἔργον γὰρ ταῦτα δ' ὄντα γράμματα. Praeivit quodammodo Casaubonus οὐχ ἑταίρων [νὴ Δία· μᾶλλον δ' ἑταιρῶν.] ταὐτὰ δ' ὄντα γράμματα — in quibus νὴ Δία soloecum est.

Ibid. f. In Ephippi loco malim ἔπειτα δ' εἰσιόντ'. Vs. 5. scripsi χανοῦσ' ὁμοίως pro χαυνοῦσ' ὁμοίως. At pro πολέμιον vel πολέμιος quid scribendum sit non dispicio.

Ibid. In Eubuli fragmento ἔσαττεν et ἀπέβρυκεν, fort. etiam ποιουμένη corrigi voluit Herwerdenus Obs. crit. p. 59.

XIII, 572. a. Antiphanes ἐκ γειτόνων αὐτῷ κατοικούσης τινός. Corrigendum ἐν γειτόνων.

Ibid. b. Anaxilae locum ita constituit Herwerdenus Observ. crit. p. 63., ut post λέγουσα adderet τῶν φίλων. Pro λέγουσα idem φρονοῦσα et vs. 6. ἐστιν οὖν. Possis etiam μετρίως ἔχουσα χρημάτων, vel ὅταν δὲ δή τις μέτρι' ἔχουσα χρήματα.

Ibid. c. Alexis non ἐπιδειπνεῖ sed ἐπεδείπνει scripsit; monuit Cobetus N. L. p. 121. In Ephippi fragmento Dobraeus dedit ὅταν τις ὢν νέος | ἀλλότριον ἐλθὼν ὄψον ἐσθίειν μάθῃ. Libri ὅταν γὰρ ὢν et εἰσελθὼν habent. Suspicabar ὅταν γὰρ ὢν νέος | ἀλλότριον εἰσελθών τις ὀψοφαγεῖν μάθῃ. Vs. 3. ἀσύμβολος scribendum coniecit, ni fallit memoria, Nauckius.

Ibid. d. ἑορτὴν τὴν ἑταιρίδεια. Si verum est quod narrat Hegesander hoc festum a Iove ἑταιρείῳ (B ἑταιρίῳ) nominatum esse, corrigam ἑταιρείδια.

XIII, 573. a. Clearchus συναγαγὼν τοὺς ἐκ τῆς χώρας

*Λυδοὺς πάντας ἔχωσε μὲν Λυδίας τὸ νῦν ἔτι καλούμενον τῆς ἑταίρας μνῆμα εἰς ὕψος ἄρας.* Absurdum est Gygen omnium quotquot Lydiae agros inhabitabant incolarum ministerio usum monumentum illud struxisse. Itaque pro *Λυδοὺς* correxi *δούλους*. Vitium item alunt verba *μὲν Λυδίας*, quibus in verbis, cum *μὲν* nihil significet, nomen illus mulieris latere suspicor; nec male, opinor, scripseris *Μενεμυδίας*, quod Lydiacum nomen fuisse conicere licet ex epigrammate apud Welckerum Spicil. p. 246. quamvis corrupto. Denique post *ὕψος* excidisse videtur *ἐξαίσιον* cll. Posidonio apud Athen. VIII p. 333 e. *κῦμα ἐξαρθὲν εἰς ὕψος ἐξαίσιον.*

Ibid. b. *καταλέξω δέ σοι — Ἰωνικήν τινα ῥῆσιν. ἐκτείνας κατὰ τὸν Αἰσχύλον. περὶ ἑταιρῶν. ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς καλῆς Κορίνθου.* His verbis praefatur scriptor longo sermoni de meretricibus. Excidit autem fabulae nomen, in qua Aeschylus verbo *ἐκτείνειν* de longo sermone dixerat; quod enim cuivis in mentem veniat *Αἰσχύλον*, merito reicit Dindorfius. Suspicor fuisse *ἐκτείνας κατὰ τὸν Αἰσχύλου [Ἀγαμέμνονα]* cll. eius fabulae vs. 808. *θεοῖς μὲν ἐξέτεινα φροίμιον τόδε.* et 809 *μακρὰν ἐξέτεινα.* Exercit. phil. II p. 29.

Ibid. d. Erat *τὸ ἐπίγραμμα.* In ipso Simonidis epigrammate pro *εὐθυμάχων* e Plutarcho *ἰθυμάχων* posui. Dobraeus praeterea *ἰθυμαχᾶν.*

Ibid. e. *ἀπάξειν αὐτῇ τακτὰς ἑταίρας.* Ita in VL. correctum est quod ABP habent *καὶ τὰς ἑταίρας.* Praestat fortasse *καινὰς ἑταίρας.*

XIII, 574. a. *κορᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον τελέαις* (sic Boeckh pro *τελείαις*) *ἐπήγαγ' εὐχωλαῖς ἰανθείς.* Pro *ἐπήγαγ'* scripsi *ἀπήγαγ'*. Cfr. p. 573 e. Ad *ἑκατόγγυιον ἀγέλαν* i. e. quinquaginta puellarum gregem, iam olim comparavi Sophoclem Oed. Col. 722. *τῶν ἑκατομπόδων Νηρῄδων ἀκόλουθος.*

In sequ. Pindari loco vs. 5. *ὑμῖν ἄνευθ' ἀπαγορίας ἔπορεν — ὥρας ἀπὸ κάρπον δρέπεσθαι*, edidi *ἐπαγορίας*, absque vituperio, cll. Hesychio *Ἐπαγορίαν ἔχει· ἐπίμωμός ἐστι**). De ceteris v. Bergkium PL. p. 261.

*) Idem nunc repperit Bergkius in tertia editione lyricorum graecorum.

Ibid. b. *ἐδιδάξαμεν χρυσὸν καθαρὸν βασάνῳ.* Scripsi cum Heckero *ἐδείξαμεν.* Pro *καθαρόν* vulgo *καθαρᾷ* legitur. Cfr. ad Theocritum XV 36.

Ibid. c. In Alexidis loco *μεθύειν* adieci cum Porsono, coniectura incerta, sed probabili. Aliter statuit Herwerden Nov. Add. cr. p. 33.

Ibid. d. Incerti comici fragmentum restitui addita particula *ἀλλ'* ante *'Αλκιβιάδης.*

Ibid. e. *δύο ἑταίρας ἐπήγετο.* Scripsi *περιήγετο.*

Ibid. f. *Συννάδων* reposui pro *Συνάδων.*

XIII, 575. b. *Μαραθῶν.* Holstenius *Μαιωτῶν* aut *Σαρματῶν.* Aliud nomen latere videtur.

Ibid. e. *κιρνῶσαν.* Imo *κιρνᾶσαν*, ut habent BP.

Ibid. f. *ὅπου πεπόρευται.* Malim *ὅποι.*

XIII, 576. b. In epigrammate incerti auctoris *φημὶ* e Plutarcho scripsi pro *φασί.* Fortasse *φαμί.*

Ibid. e. *ἐγέννησεν αὐτῷ τέκνον Λεοντίσκον καὶ Λᾶγον.* Erat *Λάγον.* Pro *τέκνον* malim *τέκνα.*

XIII, 577. d. Machonis hic versus leguntur, quorum postremi ita corrigendi sunt: *φασὶ καὶ τὴν Μανίαν | τὸν βασιλέ' εὐμελῶς κελητίσ' ὑπεράγαν | ἐπαινεθῆναί θ'· ἣ δὲ τοιοῦτ' ἀπεκρίθη.* Vulgo *Λάμιαν* legitur, quod ut Athenaeus scripsit, Macho tamen scribere non potuit. Reliqua in libris ita scripta sunt *τὸν βασιλέα εὐμελῶς κελητίσαι ὑπερεπαινεθῆναί θ' ἣ δὲ τοῦτ' ἀπεκρίθη.* Nusquam Macho brevem syllabam ante mutam cum liquida produxit. Exercit. phil. II p. 29. Nescio quomodo factum sit ut ediderim *κελητίσαι ποτὲ | ἐπαινεθῆναί θ', ἣ δὲ τοῦτ' ἀπεκρίθη.* Malim nunc locum ita scribi *φασὶ καὶ τὴν Μανίαν | τὸν βασιλέα μάλ' εὐμελῶς κελητίσαι | ἐπαινεθῆναί θ' ὑπεράγαν· ἣ δ' ἀπεκρίθη.*

Ibid. e. *σχεῖν φασὶ* Schweighaeuserus, vulgo *ἔχειν φασί.*

Ibid. f. Editur vulgo *νάρδον τινὰ διένευσ' ἐνεγκεῖν εὐχερῆ*, ubi pro *εὐχερῆ*, nisi id, quod non puto, de vili et facile parabili unguento dixit poeta, scribendum *δυσχερῆ*, quemadmodum Pausanias V, 5, 5. dixit *δυσχερὴς ὀδμή* et Nicostratus Athenaei XI p. 499 c. *δυσχερὴς λάγυνος ὄξους.* Exercit. phil. II p. 29. Dobraeus *εὐτελῆ* coniecit.

XIII, 578. b. τῶν νῦν ἀκροατῶν. Fortasse τῶν συνακροατῶν scribendum est.

Ibid. c. Macho fortasse mirum videri posse dicit Atticam mulierem Phrygio nomine Maniam appellari: ἢ τὴν Ἀθηναίων τί κωλύσαι πόλιν, ὑφ' ἧς ἅπαντές εἰσιν ἐπηνωρθωμένοι. Scribendum suspicor:

πλὴν τὴν Ἀθηναίων τί κωλύσει πόλιν,
ὑφ' ἧς ἅπαντές εἰσ' ἐπηνωρθωμένοι;

Quamquam, inquit, quid Athenienses impediet, qui ceteris Graecis omnium rerum norma extiterunt? Exercit. phil. II p. 30. Recepi κωλύσει. Sequuntur πάνυ δ' εὐπρόσωπος οὖσα καὶ καταπληκτική. Nonne κἀπιληπτική, dicax? — —

Ibid. d. ὅπουπερ περὶ γυναικός. Desidero articulum, fort. ὅπου περὶ τῆς γυναικός. Ibid. αὐτῇ τὸ πλεῖον. Secutus sum Schweighaeuserum αὐτὴ conicientem.

Ibid. εὐθὺς scripsi pro εὐθύ. quod non impedio quominus servetur. Tum libri habent

διὸ τῆς μανίας ἐπίρρημ' ἐκτείνας δοκεῖ
καλέσαι τις αὐτὴν τῶν ἐραστῶν Μανίαν.

Pro ἐπίρρημα scribendum videtur ῥημάτιον cll. vs. 18. ῥημάτιον εὐθὺς τοῦτο μανίαν ἀνεβόα. nisi praeferas τὸ ῥῆμ' ἐπεκτείνας. Vs. 26. ἐνουθετήθη Lobeckius pro ἐνομοθετήθη.

In sequentibus Maniam lapide, Gnathaenam autem κοιλίᾳ προπετεστέρᾳ laborasse dicit. Tum sic pergit:

μετὰ ταῦτα δ' ἡ Γνάθαινα πρὸς τὴν Μανίαν
ἐλοιδορεῖτο καὶ λέγει «τί τοῦτο; παῖ·
εἰ δὲ λίθον εἶχες — ὑπολαβοῦσ' ἡ Μανία,
ἔδωκ' ἄν. ἵν' ἔχῃς. φήσ'. ἀποψᾶσθαι. τάλαν.

Gnathaenae verba male vulgo intellecta non recte ita distinguuntur: τί τοῦτο. παῖ. εἰ δὲ λίθον εἶχες; Nimirum proverbialis dicendi forma erat εἰ λίθον εἶχες, in eos iaci solita qui ad conviciandum propensi essent. Vid. Paroem. Append. Gott. p. 396. εἰ καὶ (δέ?) λίθον εἶχες: λείπει τὸ ἔβαλες. ἐπὶ τῶν προχείρως ὀνειδιζόντων. Ad eandem formam refingendus est XIII p. 584 c. ubi eadem de Phryne et Gnathaena narrantur. Postremo illorum versuum notatu dignum est τάλαν feminine dictum, comparandum cum οὗτος, ὦ τᾶν et similibus apud

Lobeckium Techn. p. 332. et Lehrsium Herod. p. 336. In eiusdem Machonis loco lit. f. recte libri habent *καὶ συνεῖχ' αὐτὴν μόνος γαμετῆς τρόπον γυναικός*, ubi Dobraeus scribebat *καὶ συνῆν αὐτῇ*. Cf. Athenaeus XIII p. 563 f. Exercit. phil. II p. 30.

XIII, 579. a. *παρὰ πληγήν* adieci Dobraeum secutus.

Ibid. b. *τῆς Μανίας ἄριστα παιζούσης σφόδρα | ἀνισταμένης τε πολλάκις εἰς δασύποδα.* Invertit verborum ordinem Epit. unde scribendum videtur *τῆς Μανίας ἀνισταμένης τε πολλάκις | κἄριστα παιζούσης σφόδρ' ὡς εἰς δασύποδα* —

Ibid. Malim *αὐτὴν ἐπικροῦσαι βουλόμενος πρὸς θεῶν, ἔφη, μειράκια.* Neque enim omitti posse videtur *ἔφη*.

Ibid. c. Corruptissimi leguntur versus:

*ὁ δὲ στρατιώτης ὑπό τι σκυθρωπάσας*
*ἀπέπεμψε ταύτην, διαλιποῦσα δ' ἡ ἑταίρα,*
*μηδὲν παρὰ τοῦτο, φησί, λυποῦ φίλτατε* —

Quorum primo legendum esse *ὑπό τι δὴ σκυθρωπάσας* vidit iam Casaubonus. Sequentia ex pluribus contracta videntur Dindorfio, in quo non assentior viro doctissimo, sed pro *ἡ ἑταίρα* scribendum arbitror *ἠρέμα*, quod cum *φησί* coniungendum. Exercit. phil. II p. 30. Pro *ἀπέπεμψε ταύτην* praeeunte Iacobsio scripsi *ἐμέμψατ' αὐτήν*. Malim vero *ἐπεμέμψατ' αὐτήν*. Tum pro *ἡ ἑταίρα* dedi quamvis dubitanter *ἡτέρα* sc. Mania. Sed totus locus corruptior est quam ut certo emendari possit. Pro *διαλιποῦσα* expectaveris *ὑπολαβοῦσα*.

Ibid. d. Quae hic leguntur *πότερ' ἄνω θέλεις | ἐλθοῦσ' ἅμα βαλεῖν ἢ κάτω*, intelligi non possunt. Pro *ἅμα βαλεῖν* correxi *ἀναπεσεῖν*, quod proprium de accumbentibus verbum est. V. Lobeck. Phryn. p. 216. Ac confirmant hanc emendationem quamvis paulo audaciorem sequentia *ὑπό τι γὰρ δέδοικά σε | μή μου προπεσούσης τοὐμπλόκιον ὑπεκτράγῃς.* Exercit. phil. II p. 31. Vitium haeret etiam in *ἐλθοῦσα*, quod fortasse *ἐμοῦ γ'* scribendum. Pro *ὑπεκτράγῃς* nescio an scribendum sit *ὑπεκτράπῃς*.

Ibid. e — f. Quattuor versus ut spurios et ab imperito homine e sequentibus effictos seclusi. Ibid. *λήθῃ* corruptum est.

Mox leguntur haec:

*καὶ τῶν ἐραστῶν Συριακοῦ τινὸς ξένου*
*πέμψαντος αὐτῇ χιόνα σαπέρδην θ' ἕνα.*

Ineptus vero amator unum saperdam amicae dono mittens. Scribendum *σαπέρδην θ' ἅμα*, in quo *σαπέρδης* collectivo sensu accipiendum, ut *ἐψητός* et alia. Exerc. phil. II p. 31. Possis etiam et fortasse melius conicere *χιόνα σαπέρδην κτένα*.

XIII, 580. b. *ποτ' ὤν* vulgo pro *ἔτ' ὤν*. quod meo suasu posuit Dindorfius, nec tamen ita locus sanatus est; vitium latet in *ἐνήλατο*. quod ineptum est per se et sequente *ἐνέπεσεν* prorsus absurdum.

Ibid. Exhibui scripturam cod. B *δικαίως τοι γάρ*. vulgo *δικαίως τε γάρ*. Dindorfius *δικαίως τοιγαροῦν*. Fortasse scribendum *διακαῶς σὺ γάρ*, qua coniectura etiam numeris consulitur. *διακαῶς* autem dicit meretricula in ambiguo ludens. quoniam homo in pyram se decidisse simulaverat.

Ibid. c. Scripsi *ὁμολογουμένη* propter *τελέως*, vulgo *ὁμολογουμένως*.

Ibid. Pro *ἑστῶτα* dedi *ἱστῶντα* carnes appendentem. Confirmant sequentia *πῶς ἵστης*: quanti appendis?

Ibid. d. *Στρατοκλῆς δ' ἐρίφους* vulgo. Non sequi debebam *Στρατοκλῆς ποτ' ἐρίφους* corrigentem Dindorfium; scribendum *Στρατοκλῆς δύ' ἐρίφους*. Vs. squ. *ἐνάλμους* pro *συνάλμους* scripsi cum Dobraeo. Quae sequuntur *καὶ δίψαν ὑπολειπόμενοι* insanabiliter corrupta sunt. Vs. 64. *καὶ ῥυπαρὸν* scripsi Curis crit. p. 66. pro *καὶ λιπαρόν*. Post vs. 69. indicavi lacunam cum Dindorfio et vs. 72. *πρὸς ἕω* scripsi pro *πρωί* cum Dobraeo; praestat fortasse *ἐς πρῴ*. Sequentia *ὅτε τὰς ὗς ἐπὶ νομὴν καιρός ἐστιν ἐξάγειν* nihil acrimoniae habent, nisi *ὗς*, ut alias *χοῖρος*, turpiculo sensu dictum statuas. Cf. Aristophanes Lys. 684.

XIII, 581. b. *ἔταξεν* scripsi pro *ἔταξ'*. In seqq. addidi *τόσον*. Nisi potius post *ὅσον* adiiciendum est *φησίν*, quod saepe hic scriptor post *εἶπεν* infert, ut p. 582 e. *ὁ κναφεὺς δ'* (sic scrib.) *εἶπεν. ἄν γ' ἐλαδίον* (*ταρτημόριά**) *μοι. φησί, προσενέγκῃς τρία.*

---

*) Ita Porsonus pro *τεταρτημόρια*. Pollux IX 65. *τεταρτημόριον καὶ κατὰ ἀποκοπὴν ταρτημόριον*. Cfr. Photius

Ibid. d. *συγγενέσθαι.* Scribendum *συγγεγενῆσθαι* ex B. XIII, 582. a. *εἰ θέλεις.* Sic Dindorfius e melioribus libris pro *εἰ θέλει;* sed repugnant reliqua.

Ibid. *τὸν μηδὲν ὠφέλημα τὸν ὑπὸ τὰς στέγας.* Hoc posui ex A, vulgo *τῶν* pro *τόν*, quod fortasse probandum, si *αἱ ὑπὸ στέγας* de prostibulis interpreteris; sed vereor ne locus corruptus sit. Sequente versu vulgo legitur *τὸ κοινὸν Ἄργος δωρεὰν θέλοντ' ἔχειν.* At si meretricula suum illud *Ἄργος* publici iuris esse et omnibus patere dicit, non intelligitur cur id Andronico negaverit. Scripsi igitur *τὸ κοῖλον Ἄργος*, quod usitatum Argorum cognomen est, inprimis apud Sophoclem.

Ibid. b. *ἡ Γναθαίνιον εἰς Πειραιᾶ κατέβαινε πρὸς ξένον τινὰ — εὐτελῶς ἐπ' ἀστράβης.* In his *εὐτελῶς* corruptum est. Quo pacto enim Gnathaenium cum tribus asellis totidemque ancillarum uniusque praeterea agasonis nutricisque comitatu stipata *εὐτελῶς* i. e. tenuiter iter fecisse dici possit vix intelligas. Non dubitandum igitur quin Macho scripserit *κατέβαινεν εὐμελῶς ἐπ' ἀστράβης*, ut Gnathaena scite et concinne mulo vecta esse dicatur, quo sensu idem dixit apud Athen. XIII p. 577 b. *εὐμελῶς κελητίσαι.* Exerc. phil. I p. 40. Praetuli nunc *εὐσταλῶς.*

Ibid. *ὃς οὐ δυνάμενος τότε παρελθεῖν ῥαδίως ἀλλὰ στενοχωρῶν.* Scripsi *ἅμα στενοχωρῶν*, fortasse sine iusta causa.

Ibid. d. *Λαΐδα λέγουσι — Εὐριπίδην ἰδοῦσαν — γραφεῖον ἐξηρτημένον ἔχοντ' ἀπόκριναι — ὦ ποιητά μοι».* Pro *ἔχονθ'* desiderabam verbum finitum quod pendeat a *λέγουσι.* Scripsi *εἰπεῖν.*

Ibid. f. Machon: *ὠνησόμενος χελιδονείας ἰσχάδας.* Hirundineae ficus unde nomen traxerint, satis constare videbatur ex iis quae interpretes Athenaei III p. 75 c. Schneiderus Ind. script. rei rust. p. 137. et in Lexico v. *χελιδόνιος* collegerunt,

---

Lex. p. 570, 7. *Ταρτημόριον δίχαλκον.* Apud Plinium HN. VII, 49, 160. tetartemorium editum est e coniectura Budaei. Libri artemorium, itaque scribendum tartemorium. Similem apocopen passum est *μέδιμνος* in *ἡμίδιμνος* pro *ἡμιμέδιμνος*, de quo v. Didymus apud Priscianum de Ponder. p. 1350. Adde Reiskium ad Constant. Porph. p. 567. Exercit. phil. II p. 31.

cum nuper Sauppius in doctissima ad Hermannum epistola p. 99, 15. eas a Chelidonia, Atticae demo, denominatas esse docere conatus est. Atqui is commenticius demus est, recteque Lobeckius apud Arcadium p. 99, 15. *χελιδονιὰ νῆσος* scripsit pro *χελιδονιὰ δῆμος*. Quod enim singulari nomine Arcadius usus est, cum alias constanter *χελιδονιαὶ νῆσοι* commemorentur, id neque per se mirum videri potest, praesertim si compares Suidae glossam *Ἐχινάς. νήσου ὄνομα.* neque hoc loco cur fecerit grammaticus obscurum est. Itaque chelidonias uvas, etiam a Clemente Alex. Paed. II 1. memoratas, non magis ac lepores chelidonios (Fragm. Com. graec. IV p. 375) vel piscem chelidonium (schol. Arati 224) vel gemmas chelidonias (Plin. HN. 37. 154) a loco nomen traxisse arbitror. Exercit. phil. I p. 40.

XIII. 583. a. *Καλλιστόος δὲ τῆς ὑὸς καλουμένης.* Sic Casaubonus sequente Dindorfio. Libri *Καλλιστοῦς.* Praetuli *Καλλιστίου.*

Ibid. b. *ἀλλ᾿ ἐγχεέτω μοι τέτταρας κοτύλας ἔπειτ᾿ | εἰς τὴν μεγάλην.* AP *ἔπειτα.* Recte forsan Iacobsius *κοτύλας ὁ παῖς εἰς τὴν μεγάλην.* Possis etiam *λέγει* vel *ἔφη* conicere. Pro *μεγάλην* scribendum opinor *λεκάνην*, et in sqq. *μεγάλην* pro *λεκάνην.* Causa quaerentem non latebit.

Ibid. d. *Πύθων. φησί· | ἐπειδὴ τῶν ὑῶν ἐγένετο διάμεστος.* Correxi *Πύθων, φησί, ἐπεὶ ἤδη τι τῶν ὑῶν διάμεστος ἐγένετο.* In quibus *ἤδη τι* dictum est ut *σχεδόν τι. ὁμοῦ τι* etc. atque ipsum illud *ἤδη τι* habet Antiphanes Athenaei I p. 8 e.

Ibid. *Ἀπολλόδωρος δὲ τούτων πλείους, Γοργίας δὲ πλέονας.* Praecedentia docent scribendum fuisse *Γοργίας δ᾿ ἔτι πλείους*, quamquam ne sic quidem locus integer est. Excidisse videtur numeri notatio ante *πλείους*, e. c. *δέκα.*

Ibid. e. *Ληναιτόκυστος* permirum meretricis nomen est, intelligerem *Ληναιόκυσθος:* at *Θαυμάριον* quod sequitur (om. in Stephani thes.) incorruptum videtur, quamquam suspicari possis *Θευμάριον.*

Ibid. f. *τί γάρ; οὐκ ἠρμένος ἥκεις;* iocus Gnathaenae non intellectus est ab interpretibus, nec intelligi potest, nisi *ἠρμένος* interpreteris irrigatus, ab *ἄρδω.* quamquam exemplum huius participii habeo nullum.

XIII, 584. a. ὑποτυχοῦσα ἡ Γλυκέρα — σέ τε λέγουσι διαφθείρειν τοὺς ἐντυγχάνοντάς σοι. Contra usum dictum est ὑποτυχοῦσα, pro quo quilibet graeci sermonis peritus expectet ὑπολαβοῦσα. Neque ἐντυγχάνοντας recte dictum est de philosophi discipulis, scripsi igitur συντυγχάνοντας. In Agathonis loco cum Porsono edidi γυνή τοι σώματος δι' ἀργίαν. Libri γυνὴ τὸ σῶμα δι' ἀργίαν. Rectius iam olim correxi

γυνὴ τὸ σῶμ' [ἀνειμένη] δι' ἀργίαν
ψυχῆς φρόνησιν ἔντος οὐκ ἀργὸν φορεῖ.

ἀνειμένος et ἀργός coniunxit etiam Plutarchus Fort. Alex. p. 332 e.

Ibid. e. εἰ δὲ λίθον εἶχες; sustuli interrogationis signum. Vide quae annotavi ad XIII p. 578 d.

Ibid. d. ἐν ᾧ (ἀγῶνι) τοὺς Ἐπιγόνους εὐημερήκει. Excidisse videtur διδάσκων vel ὑποκρινόμενος. Dobraeus τοῖς Ἐπιγόνοις.

XIII, 585 b. ἐμμελὴς δὲ ἦν πάνυ ἡ Γνάθαινα καὶ οὐκ ἀνάστειος φθέγξασθαι. Pro φθέγξασθαι expectabam ἀποφθέγξασθαι idque rescripsi. In sequentibus καθ' ὃν ἔδει posui pro καθ' ὃν δεῖ.

Ibid. e. ποῖ πορεύεται scripsi pro ποῦ πορεύεται.

Ibid. λαβὲ — καὶ κατάτραγε. Apparebit iocus si scripseris καὶ ταῦτα τράγε. Ad hircosum haec dicebat Lais, ludens in τράγε, quod et hirce et vescere significat.

Ibid. Pro κρήμνανται B habet κρήμανται i. e. κρέμανται.

XIII, 586. f. Erat Ἀντίκυραν et paulo post Νικόστρατος καὶ ἀποθνήσκων.

XIII, 587. a. Ὑπερίδης. Correxi ubique Ὑπερείδης. Tum edebatur διόπερ οὐδ' εἰς ἀκρόπολιν ἄνεισι τὸ ζῷον. Ipsa sententia postulabat ut scriberetur ἀνιεῖσι, sc. Athenienses. In Sophoclis loco αὐλιτῶν scripsi cum Bekkero pro αὐλητῶν. Vs. 2. erat χιμαίρᾳ et vs. 3. παραλίαν dedi ex B pro παρ' ἁλίαν.

Ibid. b. προσκήνιον ἐπεκαλεῖτο ἡ Νάννιον. Causam nominis explicui Comment. miscell. I p. 40. sive ad Fragm. Comicorum graec. IV p. 722.

Ibid. c. Vulgo κεκώλυτο et lit. d. Μετάνειραν, quod correxit Schweighaeuser.

Ibid. d. Nicostrati fragmentum diu ante Cobetum N. L. p. 140. correxit Dobraeus, libri στρῶματ' αὐτὴν κέλευ' ἔφη καὶ παρ' Ὤκιμον. Sed recte praeterea Cobetus Ὠκίμου.

Ibid. e. In Menandri loco dedi Ἀντίκιρραν pro Ἀντίκυραν. Vs. 2. erat ὡραίαν. quod fortasse revocandum est. Philetaerus vs. 2. pro ἀειδὴς scripserat ἀηδής, ut recte monuit Herwerdenus Observ. crit. p. 61. Idem vs. 5. Ἰσθμιὰς δὲ κατασέσηπε καὶ Νέαιρα.

Ibid. f. In Theophili loco seclusi verba ἢ Νάννιον ἢ Μαλθάκην, nisi Ναννάριον scribere et haec cum lacunae indicio post vs. 3. transponere mavis.

XIII, 588. a. καθαρὸς πάσης παιδείας fort. recte Schweigh. et Wachsmuth ad Timonis fragm. p. 70. In Timonis loco ex Diogene dedi γραμμοδιδασκαλίδην pro γραμμαδιδασκαλίδην.

Ibid. b. ἡ δὲ οὐδ' ὅτε φιλοσοφεῖν ἤρξατο ἐπαύσατο. Ita scripsi pro οὐχ ὅτε. Ibid. erat Ὑκκάρων. V. ad VII 327 b.

Ibid. d. ἐγὼ γὰρ αὐτὴν εἰς μέλλουσαν ἀπόλαυσιν μετ' οὐδ' ὅλην τριετίαν καλὴν ἀποδείξω. Haec respondit Apelles mirantibus amicis, quod Laidem annis immaturam apud se receperit. Apertum est pro καλὴν scribendum esse ἱκανήν.

Ibid. e. Ἀρίστιππος — ὀνειδιζόμενος ὑπὸ οἰκέτου. Non credo talia famulum Aristippo exprobrare ausum esse. Scripsi igitur οἰκείου, a familiari. Atque ita, ut nunc video, iam Dobraeus correxit.

Ibid. f. πόρνη fortasse delendum est.

XIII, 589. a. In Strattidis loco dedi ἠδὲ Μεγακλέους cum Porsono. V. Com. gr. II p. 774.

Ibid. b. In epigrammate incerti auctoris erat θετταλικοῖς. elegantius tamen poeta scripsisset Θεσσαλίης.

Ibid. c. Legebatur ἐπαιδοποίησε.

Ibid. e. Ἀντισθένης ὁ σωκρατικός. Imo Αἰσχίνης. ut vidit Iacobsius.

XIII, 590. a. b. ἐπείπερ ἡμῖν ἐμποδὼν ἐγένου κατάλογον γυναικῶν ποιουμένοις, οὐ κατὰ τοὺς Σωσικράτους τοῦ Φαναγορίτου Ἠοίους, ἢ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαμίου. In hoc scriptorum recensu Hesiodi Eoeas

ne verbo quidem commemoratas esse prorsus incredibile est, ut non dubitem, quin earum memoria exciderit scribendumque sit *οὐ κατὰ [τὰς Ἡσιόδου Ἠοίας, ἢ] τοὺς Σ. τ. Φ. Ἠοίους*. Pro *Σωσικράτους* e Stephano Byz. v. *Μυκάλη* Heckerus Philol. V p. 421 *Σωστράτου*.

Ibid. b. *ἐπισχὼν* scripsi pro *ἀποσχὼν* praeeunte Corae.

Ibid. c. *τὸν περὶ τῶν καλῶν γυναικῶν κατάλογον*. Apparet aut *περὶ* delendum esse aut pro *κατάλογον*, quod e praecedentibus illatum videri potest, scribendum *λόγον*.

Ibid. e. *χρησαμένοις* ex L posui pro *χαρισαμένους*.

Ibid. f. Phryne *ἐχέσαρκον χιτώνιον ἠμπίσχετο καὶ τοῖς δημοσίοις οὐκ ἐχρῆτο βαλανείοις*. Pro *ἐχέσαρκον*, quod sensui repugnare Iacobsius intellexit, fortasse *στεγέσαρκον* scribendum est. In verbis *τῶν Πανελλήνων πάντων* postremo vocabulo impune carebimus. Mox pro *ἀποτιθεμένη* scripsi, quod res postulat, *ἀποθεμένη*.

XIII, 591. d. *ἐπλούτει δὲ σφόδρα ἡ Φρύνη καὶ ὑπισχνεῖτο τειχιεῖν τὰς Θήβας, ἐὰν ἐπιγράψωσι Θηβαῖοι «Ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη ἡ ἑταίρα»*. Scribendum *ἀνατειχιεῖν* et *ἐπιγράφωσι*. Post *Θηβαῖοι* ex B adieci *ὅτι*.

Ibid. f. Posidippus *τὴν ἡλιαίαν εἶχε*. Sic Schweigh. Rectius fortasse Cobetus *εἶδε*, libri *εἶλε*.

XIII, 592. b. *ὥσπερ αἱ γλαῦκες ἐπὶ τάφῳ κάθηται*. Legebatur *ἐπὶ τάφων*. Ibid. de Isocrate *Μετάνειραν εἶχεν ἐρωμένην καὶ καλήν*. Scripsi *ἐρωμένην παγκάλην*. Dobraeus *παλλάκην*.

XIII, 593. a. *υἱὸς ὢν τοῦ Φιλαδέλφου*. Valckenarius *νόθος* post *ὢν* addebat.

Ibid. b. Nicolaus Damascenus: *ἔρραινε τοῦ αἵματος τοῖς βωμοῖς*. Dobraeum secutus *ἐνέρραινε* scripsi. Mox lit. c. *ὡς γράφει Φύλαρχος διὰ τῆς δωδεκάτης τάδε*, post *τάδε* addidi *λέγων*, rectius fortasse facturus, si *τάδε* cum B delevissem.

Ibid. d. Phylarchus: *ἡ Λαοδίκη — κατεκρήμνισε τὴν ἄνθρωπον, οὐδὲν τῶν γεγενημένων φιλανθρώπων ἐπισυμβαλλομένη*. Correxi *ἐπὶ νοῦν βαλλομένη*. Ibid. *τοιαύτην χάριτα παρὰ τοῦ δαιμονίου λαμβάνω*. Scribendum *χάριν*.

Ibid. e. Phylarchus: *συλληφθεῖσα ἀνήχθη μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτως*. Scripsi *ἀπήχθη*.

Ibid. f. *ἡ δὲ Νέαιρα ἦν Στρατοκλείδου ἐρωμένη καὶ Ξενοκλείδου τοῦ ποιητοῦ καὶ Ἱππάρχου τοῦ ὑποκριτοῦ καὶ Φρυνίωνος τοῦ Παιανιέως.* Non iniuria aliquis haereat in eo quod cum reliqui Neaerae amatores ab artis quam factitabant professione vel a demo accuratius designentur, unius Stratoclidae nudum nomen positum sit. Adde quod apud Demosthenem, cuius ex oratione c. Neaeram haec omnia derivata sunt, Stratoclides ne verbo quidem commemoratur. Quo modo expediendus sit locus, ostendit cod. B in quo *καὶ* ante *Ξενοκλείδου* non comparet, neque aliter ut suspicor Venetus. Vix igitur dubitari potest quin *Στρατοκλείδου* ex *Στρατόλας*, quod praecedit, et ex sequente *Ξενοκλείδου* per errorem illatum sit.

XIII, 594. c. *Πλαγγὼν τε τὸ ἄζηλον συνιδοῦσα τῆς Βακχίδος τὸν μὲν ἀπέπεμψεν ἐκείνῃ, τῷ δὲ ὡμίλησε.* Post *τὸν μὲν* excidisse suspicor quod omitti vix potuit *ὅρμον*.

Ibid. d. De Plangone Milesia et Bacchide Samia cum exposuisset Athenaeus haec addit: *ἐφ' οἷς Ἴωνες ἀγασθέντες, ὥς φησι Μενέστωρ ἐν τῷ περὶ ἀναθημάτων, Πασιφίλαν ἐκάλεσαν τὴν Πλαγγόνα. μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἀρχίλοχος περὶ αὐτῆς ἐν τούτοις·*

*Συκῆ πετραίη πολλὰς βόσκουσα κορώνας,*
*εὐήθης ξείνων δέκτρια Πασιφίλη.*

Plangonem memorat in Neottide et Timocles in Orestautoclide, vixit igitur mediae Comoediae temporibus. Nec minus de Bacchidis aetate constat, quae cum Pythionicam, Harpali concubinam, servam habuerit (Theopompus Athenaei XII p. 595 a) et Glyceae aemula fuisse dicatur ab Alciphrone Ep. I, 29 Corinthi eam habitasse fingente, de aetate eius nulla potest esse dubitatio. Samiam appellat Menestor apud Athen. l. l., Milesiam Plutarchus Erot. IX, 5. nisi ea, quod non puto, diversa fuit a Samia. Eandem duabus fabulis celebravit poeta Alexandri M. temporibus clarus Sopater Paphius, quarum altera *Βακχίδος μνηστῆρες* inscripta fuit, altera *Βακχίδος γάμος*. V. Athenaeum et inc. comici fragm. in Comicis graec. IV 671. Haec ideo afferenda putavi, ut Archilochum Plangonem sive Pasiphilam commemorare non potuisse intelligeretur; quocirca aut corruptum est nomen Archilochi aut Athenaeus Parii poetae car-

men perperam de eadem illa Pasiphila interpretatus est. Cui quidem coniecturae ipsa poetae verba fidem faciunt, quae Archilochi Pasiphilen lenam fuisse haud obscure indicant. Cf. Comicos graec. IV p. 642. Exercit. philolog. I p. 41.

Ibid. e. *συμφωνίαις* restitui ex L. Libri *εὐφωνίαις*.

Ibid. f. *κατὰ τὴν ἀπ' Ἐλευσῖνος τὴν ἱερὰν ὁδὸν καλουμένην*. Alterum *τὴν* fortasse delendum est. Sequuntur statim haec: *καὶ γὰρ ἐνταῦθα καταστάς, οὗ ἂν ᾖ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορώμενος νεὼς καὶ τὸ πόλισμα, ὄψεται παρὰ τὴν ὁδὸν αὐτὴν ᾠκοδομημένον μνῆμα.* In his, quae Dicaearchi verba sunt locum describentis, ubi sumptuosum Pythionicae monumentum conditum fuit, unde pendeant verba *εἰς Ἀθήνας* non intelligitur. Scribendum videtur *οὗ ἂν ᾖ τὸ πρῶτον ὁ τῆς Ἀθηνᾶς ἀφορώμενος νεὼς καὶ τὸ πόλισμα*, in quibus *τῆς Ἀθηνᾶς νεώς* de Parthenone, *τὸ πόλισμα* autem de acropoli intelligendum est. Accuratissime igitur Dicaearchus situm monumenti illius indicavit, cuius cum tam ingens magnitudo fuerit, ut nullum eius vestigium superesse hodie vix credi possit, videant quibus Atticam peragrare concessum est, an Dicaearchei loci ductu et indicio aliquid reliquiarum indagare queant. Exerc. phil. II p. 32. Mox *φήσει* scripsi pro *φήσειε*.

XIII, 595. a. *πάλιν δ' ὅταν ἐξετάσῃ Πυθιονίκης τῆς ἑταίρας ἥντινα χρὴ προσδοκίαν λαβεῖν αὐτόν.* In libris nil auxilii est. Scribendum vero *ὅταν ἐξετάσῃ Πυθιονίκης τῆς ἑταίρας εἶναι, τίνα χρὴ προσδοκίαν λαβεῖν αὐτόν;*

Ibid. c. Theopompus de Pythionica Harpali concubina: *ἣν γὰρ πάντες ᾔδεσαν κοινῆς δαπάνης κοινὴν τοῖς βουλομένοις γιγνομένην, ταύτης ἐτόλμησεν ὁ φίλος εἶναί σου φάσκων ἱερὸν καὶ τέμενος ἱδρύσασθαι.* Verba *κοινῆς δαπάνης* Casaubonus deleri volebat, non docuit tamen unde illata fuerint. Scribendum potius *ὀλίγης δαπάνης*. Nimirum aberravit librarius ad sequens *κοινήν*, qui frequens depravationum fons est. Exercitt. philol. I p. 42. Recepi *ὀλίγης*. Potest vero etiam *ἱκανῆς δαπάνης* conici.

Ibid. d. Erat *καὶ σὲ καὶ αὐτόν*.

Ibid. f. *καὶ τῆς μὲν Πυθιονίκης ὡς τεθνηκυίας μέμνηται* (Agenis auctor), *τῆς δὲ Γλυκέρας ὡς οὔσης παρ' αὐτῷ*

*καὶ τοῖς Ἀθηναίοις αἰτίας γενομένης τοῦ δωρεὰς λαμβάνει παρ' Ἁρπάλου, λέγων ὡδί·*

*ἔστιν δ' ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυχ' ὅδε*
*φέτωμ' ἄορνον· οὑξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε*
*πόρνης ὁ κλεινὸς ναός. ὃν δὴ Παλλίδης*
*τεύξας κατέγνω διὰ τὸ πρᾶγμ' αὑτοῦ φυγήν, κτλ*

Scenam igitur dramatis, cuius e prologo hi versus petiti sunt Babylonem poeta transtulit, id quod e tertio versu efficitur ubi qui commemoratur *ναὸς πόρνης* de Babylonio Pythionicae monumento intelligendus est. Theopompus: *ἐτόλμησεν* (Harpalus) *ἱερὸν καὶ τέμενος ἱδρύσασθαι καὶ προσαγορεῦσαι τὸ ναὸν καὶ τὸν βωμὸν Πυθιονίκης Ἀφροδίτης*. In dextra scenae parte quid repraesentatum fuerit incertum est propter corruptum illud *ἐφέτωμα* vel *φέτωμα*. Arundinis tamen in versu primo commemoratio indicare videtur, lacum quendam aornum hic commemoratum fuisse. Postremam partem prologi Agenis consideranti, *ἐνταῦθα . . . μάγοι τινὲς ἔπεισαν ὡς ἄξουσι τὴν ψυχὴν ἄνω τῆς Πυθιονίκης*, haud inepta videbitur coniectura verbis illis utcunque vitiatis indicari locum in vicinia Babylonis eum, quem his verbis describit Lucianus Necyom. 9. *εἶτα* (superato Euphrate) *εἰσεπλεύσαμεν εἰς τὸ ἕλος καὶ τὴν λίμνην εἰς ἣν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται. περαιωθέντες δὲ καὶ ταύτην ἀφικνούμεθα εἴς τι χωρίον ἔρημον καὶ ὑλῶδες καὶ ἀνήλιον*. Eo autem loco *νεκυομαντεῖον* fuisse e sequentibus intelligitur, quo magis mihi persuasi in verbis *φέτωμ' ἄορνον* lacus illius latere memoriam; aornos enim lacus cum necyomantiis fere coniunctos reperio, velut in Thesprotia, apud Cumas Italicas aliisque locis. Exercit. philol. I p. 42. et II p. 44. Non male conicias scripsisse poetam *ἕλωμ' ἄορνον*. cuius nominis nullum quidem exemplum habeo, at recte formatum est; compara *πέτρωμα. χρύσωμα. θύμωμα. ἀργύρωμα* alia. *ἕλη καὶ καλαμῶνες* circa Babylonem commemorantur a Strabone XVI p. 740. *λίμναι δονακώδεις* ab Appiano Syr. 56. et Diodoro Sic. XVII, 116.

Nomen *Παλλίδης*. quo Harpalum significari diserto Athenaei indicio constat, ad quodnam etymon revocandum sit vel quo acumine Harpalo imposuerit poeta, nondum quaesitum video. Suspicabar ex *Φαλλίδης* detortum esse, quo libidines homi-

s non male indicarentur. V. de hoc nominum genere Lo-ckium ad Sophoclis Aiac. 880. et quae ipse attuli Comic. gr. ol. II p. 22.

XIII, 596. c. ἡ τοὺς περιβοήτους ὀβελίσκους ἀναθεῖσα ' Δελφοῖς, ὧν μέμνηται Κρατῖνος διὰ τούτων. Post τού-των aliis praeeuntibus lacunam indicavi, fortasse recte, probabilius tamen mihi nunc videtur scribendum esse διὰ Πλού-των, in fabula Πλοῦτοι inscripta. De praepositione διὰ sic surpata vide ne longe abeam XIII p. 594 d.

Ibid. d. Posidippi epigramma:

Δωρίχα, ὀστέα μὲν σὰ πάλαι κοιμήσατο, δεσμῶν
χαίτης, ἥ τε μύρων ἔκπνοος ἀμπεχόνη,
ᾗ ποτε τὸν χαρίεντα περιστέλλουσα Χάραξον
σύγχρους ὀρθρινῶν ἥψαο κισσυβίων.

Vs. 1. satis apte ad sententiam Iacobsius coniecit ὀστέα μὲν σὰ πάλαι κόνις, οἵ τ' ἀπόδεσμοι χαίτης. Sed ἀπόδεσμος nisi de fascia pectorali non dicitur. Fortasse igitur praestat ὀστέα μὲν σὰ πάλαι κεκόνισθ' ὅ τε δεσμὸς χαίτης, vel κόνις ἔσθ' ὅ τε δεσμός. Vs. 2. ἔμπνοος recepi ex VL. ἔκπνοος AB. Vs. 3. scripsi ᾗ ποτε, ut Doricha Charaxum sua veste texisse dicatur. Vs. 4. σύγχροος scripsi pro σύγχρους. De productione penultimae in ὀρθρινὸς immerito dubitat Dobraeus Adv. II 346. Cf. poetam incertum cuius locum tractavi Anal. Alex. p. 402. Altera pars carminis Posidippi haec est:

σαπφῷαι δὲ μένουσι φίλης ἔτι καὶ μενέουσιν
ᾠδῆς αἱ λευκαὶ φθεγγόμεναι σελίδες.
οὔνομα σὸν μακαριστόν, ὃ Ναύκρατις ὧδε φυλάξει,
ἔστ' ἂν ἴῃ Νείλου ναῦς ἔφαλος γεγάνῃ.

In his Iacobsius ad Brunckii Anal. II, 1 p. 157 λευκὰς σελίδας chartas illustres interpretatur. Malim αἱ λευκὰ φθεγγόμεναι, clara et perspicua voce loquentes chartae. V. Casaubonus ad Athen. IX p. 383 a. Pro μακαριστόν e cod. A. enotatur μακάριστον. Ibid. ἥδε φυλάξει scripsi pro ὧδε φ. Ultimum versum adscripsi ut legitur in libris. Dobraeus ἔστ' ἂν ἔῃ Νείλου ναῦς ἔφαλος στεγανή. Melius Iacobsius ναῦς ἔφαλος τενάγῃ. Sed verum est haud dubie quod ipse dedi:

ἔστ' ἂν ἴῃ Νείλου ναῦς ἐφ' ἁλὸς πελάγη.

Ibid. c. ὁμώνυμος addidi suasu Casauboni. Quae statim

sequuntur *Νικαρέτη δὲ ἡ Μεγαρὶς οὐκ ἀγεννὴς ἦν ἑταίρ[α] ἀλλὰ καὶ γονέων καὶ κατὰ παιδείαν ἐπέραστος ην*. Ma[le] *καὶ Νικαρέτη — οὐ ἀγεννὴς ἦν ἑταίρα*. Post *γονέων* Schwei[gh.] supplevit *εὐγενέων*. Coraes *ἕνεκα*. Utroque praestat opin[or] *καὶ γονέων [εὖ ἧκε] καὶ κατὰ παιδείαν*. qua dictione praete[r] alios usus est Aelianus VII. IV, 15. *εὖ γὰρ γένους ἥκων* [ε...] *δὲ καὶ πλούτου*.

Ibid. *ὡς οἱ τὰ Ἀργολικὰ γράψαντες ἱστοροῦσιν*. Con[f. si]mili modo Schol. Ven. Homeri Il. ψ, 142. *ἡ ἱστορία παρὰ τ[οῖς] Ἀργολικοῖς συγγραφεῦσιν* et schol. Sophoclis Elect. * * R[es] Argolicas plures explicuerunt, Socrates, Agias, Deicylus, Ist[er,] Anaxicrates aliique, quibus adde quem nunc primus in luce[m] produco incertae aetatis scriptorem Damenem. Herodiani Dict. sol. p. 32, 9. *μόνον τὸ δαμὴν ἐφύλαξε τὸ η. δαμῆνο[ς] γὰρ ἐπιγράφεται ἀργολικαῖς*. Scribendum *Δαμῆνος γὰ[ρ] ἐπιγράφεται Ἀργολικά*. Cf. Choeroboscus Bekkeri Anecd. p. 1360. *αντίκειται τῷ κανόνι — τὸ Δαμὴν ἔχον τὸ η καὶ φυλάττει ἐν τῇ γενικῇ. Δαμῆνος γάρ. ἔστι δὲ ὄνομα κυ[ρ]ιον*. Exerc. phil. I p. 43. Monuit nunc etiam Lehrsius.

Ibid. f. *Στρατοκλῆς ὁ ῥήτωρ ἐρωμένην εἶχε τὴν ἐπικληθεῖσαν Λήμην ἑταίραν. τὴν καλουμένην Παρόραμα. διὰ τὸ καὶ δύο δραχμῶν φοιτᾶν πρὸς τὸν βουλόμενον*. Haec postrema ut cum superioribus conciliarent viri docti variis coniecturis ipsum illud *Παρόραμα* tentaverunt, velut Valckenarius ad Adoniaz. p. 315, qui *δίδραχμον* coniecit. Atqui *Παρόραμα* non sollicitandum erat; qui enim *λήμη* dicitur, idem recte dicitur *παρόραμα*. Cf. Photius Lex. p. 220, 5. *Λημᾶν χύτραις — ἐπὶ τῶν λίαν παρορώντων καὶ ἀμβλυωττόντων*. Itaque ante *διὰ τὸ* aliquid excidisse suspicor. Exercit. phil. II p. 32. Indicavi lacunam.

XIII, 597. b. Sequitur nobilissima omniumque laudibus celebrata Hermesianactis elegia. Vs. 3. vulgo *ἀπειθέα*, Hermannus *ἀπευθέα*, *ἀπεχθέα* scripsi cum Hauptio, et vs. 4. dedi quod ad Theocritum p. 317 proposui *κνανὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον*, libri *ἀκοήν*. Lennepius *κοινήν*. Vs. 5. *συρομένη* Hermannus pro *ῥυομένη*.

Ibid. c. Vs. 9. Hermannus *ἀνέθιστον ἐπ᾽ ὀφρύσιν οἰδήσαντα*, vulgo *ἀθέμιστον ἐπ᾽ ὀφρύσι μειδήσαντα*. Quae si

..n vera, tamen admodum probabilis est emendatio. Idem ... 9. εἶδε pro ἠδέ. Vs. 11. ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθρωμένου, ..ν πυρὶ δ' ὄμμα. Fortasse εὖ πυρὶ μὲν — εὖ πυρὶ δ' ὄμμα.

Ibid. d. Vs 17. πολὺν μύστησιν Blomfieldus Diar. Cl. VII 33. Libri fere πολυμνηστησιν. Vs. 19. vulgo ῥάδιον. Tum ..ργειῶνι νόμῳ Hermannus pro ὀργίων ἀνέμῳ. Vs. 20. lege..atur Δήμητρα, Hermannus Δημήτρα, pro quo scripsi Δή..ητρι. Vs. 21. φημὶ δὲ καὶ Βοιωτὸν ἀποπρολιπόντα μέλα..ρον. Pro Βοιωτὸν, quae imperiti librarii interpolatio est, ..cripsi πατρῷον. μέλαθρον exhibent P aliique, AB μέλαθραν. .. 23. ἐκόνθ' Dalecampius, libri meliores ἔχων, L ἔχονθ'. ..hubartus ἐρῶνθ', quod recepi.

Ibid. e. Vs 25. πόλλ' ἔπαθεν, πάσας δὲ λόγων ἀνεγρά..ατο βίβλους. Suspicor πλήσας δὲ γόων ἀνεγράψατο βίβλους. .. his γόων etiam Schneidewin coniecit. Sed sequentia quo..ue non integre tradita sunt. ἐναρχόμενος posui pro ἀνερχό..ενος cum Emperio. Vs. 28. ᾔδει τὸν Cobetus repperit, libri ..ιστον. Vs. 29. λεπτὴν δ' εἰς Ἰθάκην ἀνετείνετο libri, correxit ..ergkius. Vs. 33. ἔκλεε δ' Ἰκαρίου Bergkius, vulgo ἔκλαιεν δ' ..κάρου, Hermannus κλαῖεν δ' Ἰκαρίου. Vs. 32. λειπόμενος non ..orruptum videtur. v. Nicander XVp.683b. ubi λείπων pro λιπών.

XIV, 598. a. Vs. 37. πολλίῳ (πολλῷ) δ' ἐπὶ πολλάκι λωτῷ ..ημωθεὶς κώμους σίχε συνεξαμύῃ. Sic fere libri; Hermannus ..d Orph. 1293 κημωθείς et Dindorfius σὺν Ἐξαμύῃ. pro ..ίχε alii στεῖχε, alii alia coniecerunt. Scripsi εἶχε. Sed priora ..ondum emendata sunt. Suspicabar πλαγίῳ δ' ὑπὸ πολλάκι ..ωτῷ. i. e. ὑπὸ πλαγιαύλῳ, ex quibus ὑπὸ recepi. Vs. 39. ..χθετο Bergkius, libri ἤχθεε (ἠδ' ἤχθεε A), Hermannus δήχθη. ..bid. Φερεκλῆν pro Φερέκλην Hermannus. Vs. 40. οἷ' ἀνέ..εμψεν Hermannus, τ' οιαν ἔπεμψεν A. Vs. 41. Ανδηίδος ..uhnkenius, libri Ανσηίδος. Ib. ἔρωτι scripsi pro ἔρωτος, ..uod revocandum.

Ibid. b. Vs. 43. Σαρδιανὴν Lennepius, libri fere δαρ..άνη. malim vero Σαρδιακήν. Cfr. ad II p. 48 b. Ibid. Vs. 44. ..αλλιωναΐξαον A. κλαίων. αἰάζων Ilgenius, Τμώλιον αἴξαον ..ermannus, κλαίων Αἰζάνιον Bergkius, Aezanium Phrygiae ..ppidum intelligens. Vs. 45. ἄκρον ἔσω ego, ἄκρον ἐς ..ibri meliores, ἄκραν ἐς deteriores, ἄκρην ἐς Hermannus,

*ἄκρον* ad *Αἰξάνιον* traho. Vs. 46. *γῆρας* scripsi, nescio meam an alienam coniecturam secutus, *ἱεράς* AP, *ἱράς* VL. Ibid. *παυσόμενος* Schubart. Vs. 47. *ἀνεδείξατο* Mitscherlich, vulgo *ἀνεδέξατο.*

Ibid. c. Vs. 51. *ἐφωμίλησεν Ἀνακρέων* dubitanter Hermannus, *ἐφωμίλησ᾽ Ἀνακρείων* vulgo. *ἐφωμίλησ᾽ Ἀνακρέων* A. *ἐφημιλλήσατ᾽ Ἀνακρέων* Bergkius. Vs. 53. 54. *ἄλλοτε δ᾽ αὐτὴν οἰνηρὴν δοῦριν κεκλιμένην* vulgo. Scripsi *ὄρεσιν* cum Schneidewino. Fortasse *ἄλλοτε δ᾽ ἀκτὴν οἰνηρὴν ὄρεσιν.* Vs. 55. *Λέσβον ἐς εὔοινον.* Suspicor *εὔοικον.* Cf. Anacreon Athenaei XIII p. 599 c. *ἀπ᾽ εὐκτίτου Λέσβου.* Homerus Od. 4, 342. *ἐυκτιμένῃ ἐνὶ Λέσβῳ.* Ib. *Μύσιον* G. F. Wensch Progr. schol. Wittenb. 1829. Libri *μυρίον.* Pro *Λεκτόν* libri *λέκτρον*. Casaubonus *Λέκτον.* Vs. 57. *Κολωνόν* Lennepius pro *κολώνην.* Libri *κοδώνην*, Ruhnkenius *κολώνην.*

Ibid. d. Vs. 59. *ἐγέραιρε Θεωρίδος* Lennepio, qui Theoridis nomen latere vidit, praeeunte dedit Bergkius, A *αγειραιθειαρειδος*, *ἀνέγειρε Θεωρίδος* Hermannus, qui tum *οἶσθα* addidit. Vs. 62. *σπανίων — συνόδων* Hermannus pro *πάντων — συνόχων.* Vs. 66. *Αἰγειῷ* scripsi dubitanter, *Αἰγείων* libri. Possis etiam *Αἰγειρῷ* vel *Ἀργειῷ.*

Ibid. e. Vs. 67. *σοί* Bergkius. *τοι* VL. *Εὐριπίδῃ* pro *Εὐριπίδῃ* Porsonus. Vs. 68. *Ἀμφιβίου* Hermannus pro *ἀμφὶ βίου.* Vs. 69. *ἄνδρα δὲ τὸν Κυθέρηθεν. ὃν ἐθρέψαντο τιθῆναι Βάκχου. τὸν λωτοῦ.* Sic haec correxi Com. graec. III p. 645. Vulgo *ἄνδρα δέ. τὸν Κυθέρηθεν ἀνετρέψαντο τιθῆναι. Βάκχου καὶ λωτοῦ.* Partem veri vidit Hermannus, qui *ὃν ἐθρέψαντο* correxit. Vs. 71. *Μούσαις* scripsi cum Schneidew. pro *Μοῦσαι.* Vs. 72. *Ὀρτυγίην* Bergkius dedit pro *ὠρυγῇ.*

Ibid. f. Vs. 76. *στῆσαν* Heckerus, vulgo *θῆκαν.* Ad statuam hanc Philetae positam fortasse referendum est fragm. poetae apud Athen. V p. 192 e. *θρήσασθαι πλατάνῳ λασίῃ ὕπο.* Vs. 76. *Βαττίδα* Scaliger, libri *Βιττίδα.* Vs. 78. *τρυόμενον* Hermannus, vulgo *ῥυόμενον.* Vs. 79. *ἐκτήσαντο* Porsonus. Vs. 80. *σκοτίην* Heinrichius. Vs. 81. *λιτή* pro *αὐτή* dedi, tenuis et subtilis. Praeferrem tamen *λεπτή.* Tum ante Riglerum erat *περὶ πικρά.* Vs. 82. *κῦρος* pro *κῦδος*

scripsi cum Heckero, κῆδος cod. A. Vs. 83. οὐδ' οἳ δεινὸν recipiendum erat ex V. Libri οὐδ' οἶδεν ὅν, οὐδ' οἶδ' αἰνόν Westonus. Tum ἀπετρέψαντο scripsi ex PVL, ἀπεστρέψαντο AB.

XIII, 599. a. Vs. 85. ἑλίκων κομψὰ γεωμετρίης. Forsan cum Heinrichio καμψά. Vs. 88. ἀπομασσόμενον Hemsterhusius, vulgo ἀποτασσόμενον.

Ibid. b. Vs. 94. λόγῳ codd. Id prae λόγων probat Hermannus. Vs. 95. ἄνδρα δὲ Κυρηναῖον ἔσω Hermannus, vulgo ἄνδρα Κυρηναῖον δ' εἴσω vulgo, at δ' om. ABP. Vs. 95. δειλὸς pro δεινὸν Ruhnkenius. Vs. 96. ὅτ' ἀπιθάνης Hermannus, quod dubitanter secutus sum, εὐπιθάνης Ruhnkenius, ὅ τ' Ἀπιδανῆς libri. Vs. 98. οὐδ' ἀνέμων ἐξεφόβησε βίη Schneidewinus, libri οὐδαμένον ἐξεφόρησε βίω. Hermannus εὐλιμένων ἐξ Ἐφύρης (sic Porsonus) ὁρίων, quod fortasse praestat. Pro βίη male impressum est βία.

XIII, 600. b. Aeschylus in Danaidibus

ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα.

Scripsi πλῆσαι et vs. 3. εὐνάοντος dedi pro εὐνάεντος. C εὐνάεοντος. Cf. ad Bionem p. 425 et ad Moschum p. 452. Vs. 6. γάνους Hermannus, vulgo γάμου.

Ibid. d. De Euripidis fragmento alio loco a me dictum est. Ibid. Critiae vs. 1. edere debebam:

τὸν σὲ γυναικείων μελέων πλέξαντά ποτ' ᾠδάς.

Vulgo τὸν δὲ, quod ferri non posse sequentia docent. Delenda igitur quam post vs. 4. lacunam Bergkii suasu indicavi. Vs. 4. corrige (operarum vitium) φιλοβάρβιτον.

Ibid. f. Post πρῶτον fortasse excidit ἐρωτικόν vel τοιοῦτο. In sequente Alcmanis fragmento pro δ' αὖτε Buttmannus δεῦτε, Bergkius δαὖτε. Tum edebatur συμμέτρως ἐρασθείς, quorum illud Schweigh. alterum Cobetus correxit.

XIII, 601. a. In Alcmanis loco pro ἁδεῖαν μοῦσαν H. Stephanus emendavit ἁδειᾶν μουσᾶν. Dialectum restituere Bergkius et Schneidewinus. Pro μωσᾶν malim μωᾶν. Sequuntur haec τῶν ᾀσμάτων, ἃ δὴ καὶ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο παιδιὰ καὶ παιδικά. Malim παιδεῖα, ut coniecit etiam Hecker Philol. V p. 505. Statim σεμνὸς aptius dixisset quam μέγας.

Ibid. b. *παιδεράστριαν* Schweigh. restituit pro *παιδερα-στάν*. Statim *κἀπεδέχοντο* scripsi pro *καὶ ἐδέχοντο*.

Ibid. De Ibyci loco v. Bergkium, qui retinuit *μηλίδες, κῆ-πος, ὑφ᾽ ἔρνεσιν*, quibus alios secutus substitui *μαλίδες, κᾶ-πος, ὑπ᾽ ἔρνεσιν*. Vs. 9. *ἀθαμβὴς ἐγκρατέως* Hermannus. A *ἀθάμβησε κραταιῶς*.

Ibid. e. De Pindari fragmento v. Bergkium.

Ibid. *παρὰ γὰρ ταῖς ἄλλαις ταῖς εὐνομουμέναις πόλεσ[ι] σπουδασθῆναι τόδε τὸ ἔθος*. Pro *ταῖς ἄλλαις ταῖς* scrip[si] *ταῖς μάλιστα*.

Ibid. f. *Ζηνὶς ἢ Ζηνεύς*. Scripsi *Ζῆνις*. Ibid. Echeme-nis nomen male suspectavit Hecker Philol. Gott. V p. 427.

XIII, 603. c. Carystius de Alexandro *ὥσπερ γὰρ ἦν ἐρω-τικὸς ὁ βασιλεὺς οὗτος, οὕτως καὶ πρὸς τὸ καθῆκον ἐγκρα-τὴς καὶ πρὸς τὸ πρεπωδέστατον*. Postrema aperte vitiosa sunt. Scribendum *καὶ πρὸς τὸ πρέπον* (vel *πρεπῶδες*) *αἰδοι-έστατος* i. e. *αἰδοιότατος*. V. Eustathium ad Hom. p. 1441, 11. Exerc. phil. I p. 43.

Ibid. e. — 604. d. In Ionis Chii loco restitui ubi oblitera-tae erant formas ionicas. Erat *Σοφοκλεῖ — ἔπλει εἰς — παιδιώδει — ξένου — προξένου — ἑστιῶντος — ἐρυθριά-σαντο — Σοφόκλεις — ποιήσει — τουδί — Ἐρετριεῖ Σο-φοκλῆς — ξένε — Σιμωνίδειον — τοῖς Ἕλλησιν — εἰς ῥόδεον — χεῖρας — ἐπιγαπίζει — ἀφαιρετέοντα — καθορᾷ — καθορᾶν — ἑαυτοῦ — ἦγεν — ἀσσοτέρα — χειρὶ ἐφί-λησεν — σὺν — στρατηγεῖν — Περικλῆς ποιεῖν — στρα-τηγεῖν — οὖν*. De ceteris sic habeto:

603. f. *ἑστεὼς ὁ τὸν οἶνον ἐγχέων παῖς . . ἐὼν δῆλος ἦν*. Res ipsa docet post *παῖς* excidisse aliquid in hanc fere sententiam dictum *παῖς* [*ἠρυθρίησε. ἥσσων τοῦ κάλλεος ὁ Σοφοκλέης*] *ἐὼν δῆλος ἦν*. Ibid. *ἔτι πολὺ μᾶλλον*. Fort. *ἔπειτε πολὺ* (vel *πουλὺ*) *μᾶλλον*.

XIII, 604. a. Verba *ἢ Ἐρυθραῖος* om. P. vide ad XII 516 c. Tum *εἰκάζειν ἂν γελάσας*. Coraes *εἰκάζειν· ἀναγελάσας*, recepitque Dindorfius. Praetuli *εἰκάζειν· καὶ γελάσας*. Ver-bum *ἀναγελᾶν* ab h. l. alienum est.

Ibid. b. In Simonidis versu *ἀπὸ* seclusi exemplo aliorum.

Paullo post vulgatur ποιήσειε· γελασάντων δέ, quae ita correxi ποιήσει· ἐκγελασάντων δέ.

Ibid. c. ὁ δὲ πάλιν τοῦ παιδὸς τῶν λόγων εἴχετο. Ita scripsi pro τῷ λόγῳ. Cf. Herod. VII, 5. VIII, 60. In sequentibus pro ἀσσοτέρα scripsi ἀσσοτέρω. Pro γένηται malim γένοιτο.

Ibid. d. μελετῶ. A μελέτω. Scrib. μελετέω. Tum pro ποιέειν με ἔφη malim ποιέειν μὲν ἔφη με, et sic Schweigh. Ibid. πίνοι ἢ παίζοι. Sic Toupio auctore dedi pro πίνοι ἢ πράσσοι.

Ibid. e. τὸν δὲ Σοφοκλέα διὰ τὴν ἀκολασίαν καταφρονηθῆναι. Pro ultima voce sententia requirere videtur κατασοφισθῆναι vel simile quid.

Ibid. f. In Sophoclei epigrammatis vs. 2. σοὶ δὲ φιλοῦνθ' ἑτέραν. non credo incorruptum esse φιλοῦνθ' ἑτέραν. Revocavi igitur scripturam cod. BC φιλοῦντι ἑτέραν, vitiumque latere opinor in ἑτέραν. Vs. 4. πειρῶν Heckerus Comm. crit. de Anthol. p. 20.

XIII, 605. a. Βρομιάδι pro Βρομιαδίᾳ Dindorfius (corr. operarum vitium). Tum ἔμελλε καὶ scripsi pro καὶ ἔμελλε. Ibid. Τριχολέου nomen de vitio suspectum est. Ad verba στέφανον δάφνης desidero χρυσοῦν et inter verba ὁ παῖς et πρὸς Φίλιππον excidit fort. ὕστερον.

Ibid. c. τῷ Ἐπιλύκου τοῦ Ἀμφιπολίτου υἱῷ ὄντι καλῷ Δαμίππῳ Πλεισθένους ἀνάθημα Ὀνόμαρχος ἔδωκε. Apertum est post Δαμίππῳ intercidisse aliquid, quo donarium illud quodnam fuerit accuratius indicatum erat; vidit hoc etiam Schweighaeuserus. Praeterea pro Πλεισθένους non dubitavi rescribere Κλεισθένους, sive Sicyonium illum sive Atheniensem, Megaclis filium, intelligere velis.

Ibid. d. ἐοίκασι γυναικί. Imo γυναιξί.

Ibid. f. διὰ τὴν ψυχρότητα καὶ τὸ ἀντίτυπον τοῦ λίθου. Pro ψυχρότητα scripsi ἰσχυρότητα. Sequuntur statim haec προβαλλόμενος τὸ σαρκίον ἐπλησίασε. Scribendum erat τι σαρκίον. Foedo libidinis explendae homo utebatur artificio.

XIII, 606. b. Polemo: ἐν Δελφοῖς ἐν τῷ πινάκων θησαυρῷ παῖδές εἰσι λίθινοι δύο. Pro πινάκων θησαυρῷ, quod perinepte dictum est, reposui Σπινατῶν θησαυρῷ.

Spinatarum thesaurum in templo Delphico commemorat Strabo V p. 214. et IX p. 421. Cfr. Dionysius Halic. A. R. I, 18. et Plinius H. N. II, 120. Dixi de hac re in Gerhardi Ephem. Archaeol. 1857 p. 102. ubi quem attuli Stephanum Byz. p. 584, 12. *Σπῖνα, πόλις Ἰταλίας, ὡς Εὔδοξος καὶ Ἀρτεμίδωρος, τὸ ἐθνικὸν Σπινάτης*, in eo cum optimi libri *καὶ* omittant, scribendum *πόλις Ἰταλίας ἔνδοξος, ὡς Ἀρτεμίδωρος*, cll. Strabone V 214. *Σπῖνα, νῦν μὲν κωμίον, πάλαι δὲ ἑλληνὶς πόλις ἔνδοξος.* Post *ὁμιλίας* excidit fortasse *μνημόσυνον* vel simile quid.

Ibid. e. *παραστησάμενος.* Dobraeus *παραιτησάμενος.* Quae h. l. de Coerano Milesio narrantur, mirifice consentiunt cum iis quae Plutarchus de solert. an. 36. de Coerano Pario memoriae prodidit. Cfr. Archilochi fragm. 113.

Ibid. f. Phylarchus: *δεινή τις φιλοστοργία γέγονε τοῦ θηρίου πρὸς τὸ παιδίον. οὔτε γὰρ ἀπ᾽ αὐτοῦ χωριζόμενον τὸ βρέφος ὑπέμενεν, ὃ δὲ εἰ μὴ βλέποι τὸ παιδίον ἤσχαλλεν.* Locus haud dubie corruptus et lacunosus sic videtur redintegrandus esse: *δεινή τις φιλοστοργία γέγονε τοῦ θηρίου πρὸς τὸ παιδίον [τοῦ τε παιδίου πρὸς τὸ θηρίον]. οὔτε γὰρ ἀπ᾽ αὐτοῦ χωριζόμενον τὸ βρέφος ὑπέμενεν, ὃ δὲ εἰ μὴ βλέποι τὸ παιδίον ἤσχαλλεν.* Ita demum dicuntur quae dicenda erant, mutuum fuisse bestiae et infantis amorem: neque infans sustinuit elephantis absentiam, et elephas nisi parvulum praesentem videret, tristitia afficiebatur. Quod post *οὔτε γὰρ — τὸ βρέφος* infertur *ὃ δὲ* (i. e. *ὅ τε ἐλέφας*), ea pervulgata est structurae anomalia.

XIII, 607. a. Pergit Phylarchus: *τοὺς καλάμους λαμβάνων καὶ τῶν παρατιθεμένων χορτασμάτων καθεύδοντος τοῦ βρέφους τὰς μυίας ἀπεσόβει.* Sua loco ratio constabit deleta particula *καί.* Elephas de apposito pabulo arundines sumebat iisque muscas a dormiente infante abigebat.

Ibid. c. *εἶθ᾽ ὕστερον πωλουμένης τῆς αὐλητρίδος — ἐν τῷ ἀγοράζειν πάνυ νεανίσκος ἦν.* Correxi *νεανικός*, ut recte vidit Schweighaeuserus.

Ibid. e. Antigonus: *συναισθόμενος συνείλκυσε τὴν παιδίσκην καὶ συγκατέκλεισε τῷ Περσαίῳ.* Pro *συνείλκυσε* scri-

endum εἵλκυσε, aberravit scriba ad praecedens συναισθόμενος, vel quod sequitur συνέκλεισε.

XIII, 608. a — d. Οἰνεὺς περὶ παρθένων τινῶν διηγούμενος ὧν ἐθεᾶτο. Posui quod scripsisse auctorem certum est ἐτεθέατο. De Chaeremonis fragmentis unus omnium optime meruit Hermannus in Bergkii Annal. 1843 p. 637. quo auctore versuum ordinem ita immutavi ut factum vides. Vulgo vs. 1—5 leguntur post 16. De ceteris vide infra.

Ibid. d. ἐπικατάφορος δὲ ὢν ὁ ποιητὴς οὗτος καὶ ἐπὶ τὰ ἄνθη ἐν Ἀλφεσιβοίᾳ φησί. Atqui cum in Alphesiboeae fragmento nulla reperiatur florum memoria, sed aperte virginum descriptio in Oenei loco inchoata continuetur, haud improbabilis videri potest coniectura, quod nunc Alphesiboeae fragmentum habetur cum fragmento Oenei esse coniungendum, excidisse autem locum Alphesiboeae eum, in quo flores commemorati erant, i. e. eum versum, qui nunc Oenei quintus est: ἕρσῃ *) δὲ θαλερὸς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος, qui eo quo nunc legitur loco a poeta poni nullo pacto potuit.

Sic igitur totum Athenaei locum constituendum arbitror:

ὑπνωμέναι δ᾽ ἔπιπτον ἑλενίων ἔπι,
ἴων τε μελανόφυλλα συγκλῶσαι πτερὰ
κρόκον θ᾽, ὃς ἡλιῶδες εἰς ὑφάσματα
πέπλων σκιᾶς εἴδωλον ἐξωμόργνυτο,
λειμῶσι μαλακοῖς ἐξέτεινον αὐχένας.
ἔκειτο δ᾽ ἡ μὲν λευκὸν εἰς σεληνόφως
φαίνουσα μαστὸν λελυμένης ἐπωμίδος,
τῆς δ᾽ αὖ χορεία λαγόνα τὴν ἀριστερὰν
ἔλυσε· γυμνῆς δ᾽ αἰθέρος θεάμασιν
ζῶσαν γραφὴν ἔφαινε, χρῶμα δ᾽ ὄμμασιν
λευκὸν μελαίνης ἔργον ἀντηύγει σκιᾶς.
ἄλλη δ᾽ ἐγύμνου καλλίχειρας ὠλένας,
ἄλλης προσαμπέχουσα θῆλυν αὐχένα.
ἡ δὲ ῥαγέντων χλανιδίων ὑπὸ πτύχας
ἔφαινε μηρόν, κἀξεπεσφραγίζετο

*) Libri πέρσης, praeclare Lobeckius ἕρσαις, sed poterat lenius ἕρσῃ, ut Bergkius scripsit.

ὥρας γελώσης χωρὶς ἐλπίδων ἔρως.
καὶ σώματος μὴν ὄψις ἀντηυγάζετο
στίλβουσα λευκῷ χρωτὶ καὶ διεκπρεπής·
αἰδὼς δ' ἐπερρύθμιζεν ἠπιώτατον
ἐρύθημα λαμπρῷ προστιθεῖσα χρώματι·
κόμαι δὲ κηροχρῶτες, ὡς ἀγάλματος
αὐτοῖσι βοστρύχοισιν ἐκπεπλασμένου,
ξουθοῖσιν ἀνέμοις ἐνετρύφων φορούμεναι.

ἐπικατάφορος δὲ ὢν ὁ ποιητὴς οὗτος καὶ ἐπὶ τὰ ἄνθη ἐν Ἀλφεσιβοίᾳ φησίν

ἔρσῃ δὲ θαλερὸς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος.

ἐν δὲ τῇ Ἰοῖ ἔαρος τέκνα προσαγορεύει τὰ ἄνθη

ἀνθηροῦ τέκνα
ἔαρος πέριξ στρώσαντες.

Dicam nunc de singulis. Vs. 1. ὑπνωμέναι Lobeckii est emendatio, libri ὑπτωμέναι. Vs. 4. σκιᾶς pro οἰκίας Casaubonus. ἐξωμόργνυντο ego pro εἰσομόργνυνται. v. Ruhnk. ad Tim. p. 113. Vs. 5. ἐξέτεινον, quae librorum scriptura est, revocavi, male omnes Scaligerum ἐξέτεινεν scribentem secuti sunt, non facturi si versum praecedentem huc non pertinere vidissent. Virgines dicit poeta mollibus in pratis cervices flectentes sive deponentes. Vs. 6. ἔκειτο δ' ἣ μέν Iacobsius, libri ἔκειτο γὰρ ἡ μέν. Vs. 9. λαγόνα τὴν ἀριστερὰν ἔλυσε recte explicat Boissonadus ad Theophyl. Simoc. p. 299. laevum latus nudaverat saltatio, ut iam Grotius locum explicaverat. Vs. 11. revocavi nunc librorum scripturam temere a me ipso sollicitatam Dobraeo praeeunte. Vs. 14. ἣ δὲ ῥαγέντων scripsi, libri fere ἣ δὲ κλαγέντων, Casaubonus ἡ δ' ἐκραγέντων. Vs. 15. revocavi quod libri habent κἀξεπεσφραγίζετο, pro quo Hermanno auctore edidi κἀξαπεσφραγίζετο. Si quid mutandum, vs. 16. scripserim γελώσης. χωρὶς ἐλπίδων δ', ἔρως. Vs. 17. libri habent καὶ σώματος μὲν ὄψεις κατειργάζετο, quae partim ex Hermanni coniectura, qui ἀντηυγάζετο restituit, exhibui. Scripsi igitur καὶ σώματος μὴν ὄψις ἀντηυγάζετο, et vero etiam corporis species lucebat. Nihil enim adhuc de eximia venustate puellarum poeta dixerat. Sequentia in libris ita scripta sunt: στίλβοντα λευκῷ χρώματι διαπρεπῆ. Emendavi στίλβουσα λευκῷ χρωτὶ καὶ διεκπρεπής. Potest tamen

fortasse etiam στίλβοντα λευκῷ χρωτὶ καὶ διεκπρεπῆ (vel διεκπρεπεῖ) scribi, si praecedente versu σωμάτων reponas. Notum est non raro participia ad illa vocabula referri, quae periphrasi circumscribuntur, ut σωμάτων ὄψις — στίλβοντα recte dictum sit pro στιλβόντων. Vs. 22. αὐτοῖσι βοστρύχοισι. Non recte Emperius λυτοῖσι coniecit. Ibid. ἐκπεπλασμένου scripsi pro ἐκπεπλασμένοι, praeterea praestat fortasse εὖ πεπλασμένου. Vs. 23. ξουθοῖσιν ἀνέμοις. Herwerdenus O. C. p. 132. inutili coniectura scripsit κούφοισιν. Vide quae supra annotavi 235. Ibid. erat φορούμενοι, quod correxit Nauckius.

XIII, 608. e. In Chaeremonis loco ἔνθ' αἳ μὲν scripsi pro ἔνθ-ν μὲν et vs. 2. ἄλογχον pro ἀλόγων, quod Hermannus scribebat ἀλόγχων. V. Commet. misc. I p. 29. Vs. 3. θηρώμεναι scripsi pro θηρωμένων iam olim, postea idem Hermannus, qui totum versum ad Aristotelis A. P. p. 98. sic scripserat θηρωμένων πάμμικτα λειμώνων τέκνα, postea θηρωμένων κομῶντα λειμώνων τέκνα. Nauckius θηρώμεναι θάλλοντα λ. τ. In eiusdem poetae loco ex Ulixe secutus sum Iacobsium, vulgo σώματ' εὐειδῆ, quod qui ζώματ' εὐειδῆ scribi voluerunt, non reputarunt ζῶμα de capillorum redimiculo nullo pacto dici posse.

Ibid. f. Locus ex Chaeremonis Minyis ita vulgo scribitur:

πολλὴν ὀπώραν Κύπριδος εἰσορᾶν παρῆν
ἄκραισι περκάζουσαν οἰνάνθαις χρόνου.

Quae cum alio tempore aliter tentassem, nunc ita constitui, ut feci apud Nauckium Fragm. Tr. p. XVI. ἁβραῖσι περκάζουσιν οἰνάνθαις ὁμοῦ. Sic enim volui, non περκάζουσαν. De sensu vide me apud Nauck. l. l. Similiter ὄμφακας ἡλικίας de immaturis pueris dixit poeta Anthol. Pal. II p. 791 no. 98.

XIII, 609. a. Δείνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Περσικῶν τῆς πρώτης συντάξεως. Dinonem Schweighaeuserus historias suas rerum Persicarum in duas partes distribuisse conicit, ut altera vetustiorem altera recentiorem historiam complecteretur. Non recte haec disputata esse docet schol. Nicandri Ther. 613. qui laudat Dinonem ἐν τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης συντάξεως. Itaque Dino historias suas in complures libros (συντάξεις), libros in capita distinxerat. Exerc. phil. II p. 33. Pro πρώτης Müllerus Fragm. Hist. II p. 93. corrigit τρίτης.

Ibid. c. Ἀθηνᾶς σωτείρας scripsi Valckenario auctore p Ἀθηνᾶς πεῖραν.

Ibid. d. Erat Ἀκαδημίᾳ et lit. e. Μελαμποδίας.

Ibid. e. περὶ ου (ἀγῶνος τοῦ κάλλους γυναικῶν) Νικί ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς διαθεῖναί φησιν αὐτὸν Κύψελον πόλ κτίσαντα ἐν τῷ πεδίῳ περὶ τὸν Ἀλφειόν, εἰς ἣν κατοικ σαντα Παρρασίων τινὰς τέμενος καὶ βωμὸν ἀναστῆσαι Δ μητρὶ Ἐλευσινίᾳ. Schweighaeuserus Telpusam urbem inte ligit; atqui haec non ad Alpheum sita erat, sed ad Ladoner Tu Basilida intellige, ubi Cereris Eleusiniae templum a Cypsel conditum fuisse discitur e Pausania VIII, 29, 5. At nome urbis omitti non potuit a Nicia, quare ante πόλιν inseri Βασιλίδα.

Ibid. f. Θεόφραστος δὲ ἀγῶνα κάλλους φησὶ γενέσθα παρὰ Ἠλείοις. Sequentia docent scribendum esse γίνεσθα

XIII, 610. b. πουλυμαθημοσύνης τῆς οὐ κενεώτερο οὐδέν, Ἵππων ἔφη ὁ ἄθεος. ἀλλὰ καὶ Ἡράκλειτος ο θεῖο φησι »πουλυμαθίη νόον ἔχειν οὐ διδάσκει«. καὶ ὁ Τίμω δὲ ἔφη »ἐν δὲ πλατυσμὸς πουλυμαθημοσύνης τῆς οὐ κενεώ τερον οὐδέν«. Neque Hipponem versibus scripsisse cred neque Timonem Hipponis versu pro suo usum esse mihi per suadeo. Itaque nescio an aliud quid Hippo in eandem senten tiam dixerit, quod cum excidisset in lacunam ipse ille Timo nis versus suffectus est. Exerc. philol. II p. 33.

Ibid. b. πάντας ἐπιτρῖψαι μᾶλλον. Non aptum ad loc sententiam πάντας, pro quo cum ex B πάντων enotatum sit id πάντως scripsi.

Ibid. e. In Alexidis loco vs. 1. doleo librorum scripturan me intactam reliquisse; verissime enim Dobraeus coniecit ἐ κόρακας ἐρρίφασιν ἐκ τῆς Ἀττικῆς, merito probatum Herwerdeno.

Ibid. f. ἔπειτ' οὐκ οἶδ' ὅπως κατεδέξαντο. Sententia postulat ὅπως [αὖθις] κατεδέξαντο.

XIII, 611. b. Διότιμος scripsi pro Θεότιμος, ut voluere Ionsius et Menagius.

Ibid. d. οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν φιλοσόφων φιλοσοφώτερον. Corrigunt ἀφιλοσοφώτερον. Argutius fuerit φιλασοφώτερον. Exercit. phil. II p. 33.

Ibid. e. νομίζω δ' Sauppius, libri νομίζων.

XIII, 612. a. In Pherecratis loco erat τί μαθόντ', praeterea Dobraeus coniecit κατα μυροπωλεῖν· τί παθόντ'; ἂν δὲ χρῇ καθήμενον — et vs. 3. ξυνέδριον τοῖς μειρακίοις ἐλλαλεῖν.

Ibid. b. γεγονότα Sauppius, libri γεγονέναι.

Ibid. c. προδόσεις scripsi cum Cobeto Mnem. IV p. 500. Vulgo προπόσεις.

Ibid. d. In Lysiae loco post διαφθείροντα lacunam indicavit Sauppius.

Ibid. e. αὐτὸν δ' ἀντὶ Bekkerus pro αὐτὸν δὲ ἀντί.

Ibid. f. Verba ὅσου ἐλάττους ἦσαν seclusit Casaubonus.

XIV, 613. f. Εὐριπίδης ἐν τῇ δεσμώτιδι Μελανίππῃ ἔφη

> μισῶ γελοίους, οἵτινες μὲν ἐπὶ σοφῶν
> ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα· κεἰς ἀνδρῶν μὲν οὐ
> τελοῦσιν ἀριθμόν, ἐν γέλωτι δ' εὐπρεπεῖς·
> οἰκοῦσι δ' οἴκους —

Primo versu male correctum est quod codd. habent οἵτινές τι εἴ τι σοφῶν. Melius Musgravius οἵτινες σοφῶν ἔπι, quod recepit Nauckius. Scribendum vero erat οἵτινες τήτει σοφῶν ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα, quod recipere non dubitavi. Ac coniecit hoc ipsum etiam L. Dindorfius ad Stephani Thesaurum v. τῆτος. Pro ἀνδρῶν suspicabar ἀστῶν et sequentia ita scribenda putavi: ἐν γέλωτι δ' ἐκπρεπεῖς οἰκοῦσιν οἴκους — nisi forte σὺν γέλωτι δ' εὐτρεπεῖς οἰκοῦσιν scribendum est i. e. εὐτράπελοι, quod proprie de scurris dicitur.

XIV, 614. a. In Pythiae oraculo

> δώσει σοι μήτηρ οἴκῳ, τὴν ἔξοχα τῖε.

pro οἴκῳ scripsi οἴκοι.

Ibid. b. Semus Delius: πάντα κατὰ τὴν νῆσον θαυμάζων ἦλθε καὶ εἰς τὸ λητῷον. In cod. B νῆσον ξ̄ θαυμάζων, quae si etiam Ven. scriptura est, non dubitandum est quin recte πάντα ἀποθαυμάζων scripserim. Nimirum compendium quo ἀπὸ scribebatur, fere formam literae ξ̄ referebat, unde passim ξ' et ἀπὸ confusa esse reperias. V. Cobeti V. L. p. 275. Sequuntur continuo haec: νομίζων τῆς Ἀπόλλωνος μητρὸς ἄγαλμά τι θεωρήσειν ἀξιόλογον, ἰδὼν δ' αὐτὸ ξύλινον ἄμορφον παραδόξως ἐγέλασεν. Suspicabar scripsisse

Semum ἰδὼν δ' αὐτόξυλον ἄμορφον, sed verum est haud dubie ἰδὼν δ' αὐτὸ ξύλον ὂν ἄμορφον.

Ibid. c. Anaxandrides καί τοι πολύ γε πονοῦμεν. Et metrum et quodammodo etiam sensum restituere licebit scribendo καί τοι πολλοὶ πολλοῦ γε πονοῦμεν. Cf. Dindorfius ad Aristophanis Nub. 915.

Ibid. f. Βῖθυν scripsi pro Βίθυν. V. ad VI 246 d.

XIV, 615. b — c. In Polybii descriptione triumphalium spectaculorum a Lucio Anicio Romanis exhibitorum cum alia obscura et corrupta sunt tum ea quae leguntur litt. c. συνεπιστρέψαντες δὲ τοὺς μέσους χοροὺς πρὸς τοὺς ἄκρους οἱ μὲν αὐληταὶ φυσῶντες ἀδιανόητα καὶ διαφέροντες τοὺς αὐλοὺς ἀπῆγον ἀνὰ μέρος ἐπ' ἀλλήλους. Quibus in verbis mirum profecto videri debet pro uno choro, quem initio memoraverat, subito commemorari plures. Quae difficultas vide an ita tolli possit ut pro μέσους χοροὺς scribatur μεσοχόρους. Nec minus corruptum videtur quod continuo sequitur ἅμα δὲ τούτοις ἐπικτυποῦντες οἱ χοροὶ καὶ συνεπεισιόντες τὴν σκηνήν, ubi fortasse χορευταὶ scribendum est. In sequentibus quod simul cum pugilibus in scenam prodeunt tubicines et buccinatores, id Tyrrhenorum more factum est, qui ad tibiae cantum pugilatu contendebant, Athen. IV 153 f. Pollux IV 56. Neque initium loci Polybiani vitiorum immune videtur. Verba ἅμα πάντας e sequentibus temere repetita esse suspicor, cetera fortasse ita scribenda sunt: πρώτους εἰσῆγεν αὐλητάς, οἵτινες ἐπιφανέστατοι ἦσαν· οὗτοι δ' ἦσαν Θεόδωρος ὁ Βοιωτός, Θεόπομπος (excidit fortasse ὁ Ἑρμιονεύς), Ἕρμιππος ὁ Λυσιμαχεύς. Exercitt. phil. I p. 33. Λυσιμαχεὺς correxerat iam Schweighaeuserus, qui etiam illud recte monuisse videtur lit. c. pro ἀπαγαγεῖν scribendum esse ἐπαγαγεῖν. Pro συνεπεισιόντες τὴν σκηνὴν Hermannus Jenaische A. L. Z. 1843 n. 147 p. 600 a. corrigit συνεπισείοντες τὴν σκευήν, quae acuta est et vera emendatio.

Ibid. f. In Dionysii Sinopensis fragm. Herwerden O. C. p. 81. vs. 3. pro τὴν σχολὴν corrigit τῇ σχολῇ. Vs. 4. Dobraeus, quem secutus sum, ἐντυγχάνοντα scripsit pro τοῦτον τυχόντα. Vs. 5. ἥσυχα καθεῖναι Iacobsius, libri ἢ συγκαθεῖναι, quo recepto versus fort. ita scribendus est: ἥσυχα καθιέναι δ' ἐπὶ

τῇ βακτηρίᾳ. Emperius ἥσυχα κατιέναι δ' ἐπί τε τῇ βακτηρίᾳ.

XIV, 616. a. In Theognetі loco dedi praeeunte Bergkio αὐτὸς ἀστὸς τοὺς ξένους, quo adiutus Herwerdenus refinxit αὐτὸς ἀστὸς ὢν ξένους. Libri αὐτὸς αὐτοὺς τοὺς ξένους.

Ibid. e. Melanippides: Ἀθάνα C, ἀθάνατα ABPV, recte ut videtur L Ἀθαναία. Vs. 3. σωματόλυμα scripsi pro σώματι λύμα. Vs. 4. ἐμὲ πᾶδ' libri, η με τᾶδ' Hermannus, οὔ με τᾶδ' Bergkius.

Ibid. f. Ad Telestis versus de Minerva tibiam aspernante, quos tractavi Com. graec. vol. III p. 637. comparari meretur Plutarchus de Ira p. 456 d. καὶ γὰρ τὴν Ἀθηνᾶν λέγουσιν οἱ παίζοντες αὐλοῦσαν ὑπὸ τοῦ σατύρου (Marsyam dicit) νουθετεῖσθαι καὶ μὴ προσέχειν,

> οὔτοι πρέπει τὸ σχῆμα. τοὺς αυλοὺς μέθες,
> κᾆθ' ὅπλα (καὶ θὦπλα) λάζου καὶ γνάθους εὐσχημόνει.

θεασαμένην δὲ τοῦ προσώπου τὴν ὄψιν ἐν ποταμῷ τινι δυσχερᾶναι καὶ προέσθαι τοὺς αὐλούς. Quae cum aperte e satyrico dramate derivata sint, fortasse ad Euripidis fabulam eam referenda sunt, ex qua haec de Marsya dicta attulit Strabo XIII p. 616. τὰς διωνομασμένας | ναίει Κελαινὰς ἐσχάτοις Ἴδης τόποις. Exerc. phil. II p. 34. In Telestis loco fortasse ἂν σοφὸν scribendum pro ὃν σοφόν. Vs. 2. malim δίαν Ἀθάναν. Vs. 3. ἐκπλαγεῖσαν non recte scripsi pro ἐκφοβηθεῖσαν. Metro satis facit Bergkii transpositio ἐκφοβηθεῖσαν αἶσχος. Vs. 5. χοροκτύπῳ φηρί posui, libri χειροκτύπῳ φηρί.

XIV, 617. a. ἃ παρθενίαν Dobraeus, αι γὰρ παρθενίαν A, ᾳ γὰρ παρθενίαν Schweighaeuser. Fort. praestat τᾷ γὰρ παρθενίαν. De sequentibus τὴν αὐλητικὴν λέγει τὰν ου μεριθοτάταν v. Bergkium, qui criticorum coniecturas apposuit de loco insanabiliter corrupto.

Ibid. b. In Telestis loco erat ἥρμοσε et μούσης νομοαίολον, quod correxit Dobraeus.

Ibid. c — f. De Pratinae hyporchemate dixit Bergkius, quem in omnibus fere secutus sum, nisi quod vs. 12. ubi Iacobsii vestigiis insistens παῖε τὸν Φρύγ' ἀοιδοῦ ποικίλου προαχέοντα edidit, librorum scripturam retinui.

XIV, 618. a. In Ephippi loco scripsi *μειράκιον. εὖ | ἢ 'ν τοῖσιν.* Abest vulgo *εὖ.* Dindorfius *μειράκιον ἢ | ἐν τοῖσιν.* Dobraeus *μειρακίδιον | ἢ 'ν τοῖσιν.* Vs. 4. fortasse scribendum *συναρμόσωσι τοῖς συνοῦσιν οἱ τρόποι.* In sequentibus suspicabar *ἀγνοουμένης δὲ παρὰ πολλοῖς τῆς συναυλίας λεκτέον [τί ἦν]. ἦν τις ἀγών* etc. nisi sufficit *λεκτέον [ὅτι] ἦν τις ἀγών.*

Ibid. b. Antiphanis fragmentum. Vs. 3 et 4. *ὥστε τοὺς αὐλοὺς σύ τε | αὐτή τε λήψεσθ', εἶθ' ἃ μὲν σὺ τυγχάνεις αὐλῶν πέραινε.* Sic correxi quod in libris est *αὐτὴ τελετὴ ψεθείθαμεν συντυγχάνει.* Postrema *εἶθ' ἃ μὲν σὺ τυγχάνεις* Dindorfius repperit. Vs. 6. Dobraeus *ἤδη τι κοινόν ἐστιν, οὐ χωρίς* —

Ibid. c. *πρῶτος εὑρεῖν* pro *πρῶτον εὑρεῖν* praebuit C. Mox *καὶ ηὔλησε* malim quam *καὶ κατηύλησε.* Quae ibid. commemoratur *σικιννοτύρβη* fuit saltatio lasciva cum petulante tibiae cantu coniuncta. Scribebatur *σικυννοτύρβη.*

Ibid. e. Semus Delius in libro de paeanibus: *καὶ τοὺς ὕμνους εἰς τὴν θεὸν* (Cererem) *οὔλους καλοῦσι καὶ ἰούλους. δημητρίουλοι καὶ καλλίουλοι. καὶ πλεῖστον οὖλον οὖλον ἵει. ἴουλον ἵει».* Scribendum videtur:

*πλεῖστον οὖλον ἵει, ἴουλον ἵει.*

ut sit versus hendecasyllabus Phalaecius. De *οὖλος* et *ἴουλος* cfr. Lobeck. ad Aiac. p. 313. Idem metri genus reddendum suspicor incerto poetae apud Plutarchum de Rep. ger. p. 823 a.

*Κροισείων ἐλετώτεροι στατήρων.*

Ubi vulgo legitur *αἱρετώτεροι.* Exercit. philol. II p. 34. In versu apud Semum fortasse nihil novandum est; neque enim in tali epiphonemate hendecasyllabus necessario requiritur.

XIV, 619. a. *καὶ τῶν μισθωτῶν δέ τις ἦν ᾠδὴ — καὶ βαλανείων ἄλλαι.* Scribendum erat *βαλανέων.*

Ibid. d. Aristoxenus *ᾖδον αἱ ἀρχαῖαι γυναῖκες καλύκην τινὰ ᾠδήν.* Non *ἀρχαῖαι* scripserat Aristoxenus, sed *Ἀργεῖαι* vel *Ἀχαιαί.* Cui non repugnat quod statim addit *ἐγένετο δὲ τὸ πάθος περὶ Λευκάδα.*

Ibid. b. *ᾔδοντο δὲ Ἀθήνησι καὶ οἱ Χαρώνδου νόμοι παρ' οἶνον.* Heckerus Philol. Gott. V p. 421. *Κατάνησι* corrigit, fortasse recte.

XIV, 620. d. Ἰάσων δ' — ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φησὶν ἐν τῷ μεγάλῳ θεάτρῳ ὑποκρίνασθαι Ἡγησίαν τὸν κωμῳδὸν τὰ Ἡροδότου, Ἑρμόφαντον δὲ τὰ Ὁμήρου. Parum mihi credibile videtur Herodoti historias in theatro actas esse, quae res tam mihi mira visa est, ut Herodoto Hesiodi nomen substituere non dubitaverim.

Ibid. e. ὁ δὲ ἰωνικὸς λόγος τὰ Σωτάδου καὶ τὰ πρὸ τούτου ἰωνικὰ καλούμενα ποιήματα. Recepi verissimam Dobraei emendationem ὁ δὲ ἰωνικολόγος. De Pyrete Milesio, qui continuo commemoratur, vide quae dixi Anal. Alex. p. 245.

XIV. 621. c. παραγινόμενον scripsi pro παραγενόμενον.

Ibid. e. In Alexidis loco vs. 4. Herwerdenus Obs. crit. p. 71 coniecit τρουβλίον. Vs. 5. pro σευτλίον scripsi τευτλίον, vs. 6. σεῦτλον pro τευτλίον; sed ἡδέως pro ἀσμένως per errorem illatum est.

Ibid. f. In Strattidis fragmento vs. 4. ὀρτάλιχα, τὸν ἰατρὸν δὲ δή. Ita correxi librorum scripturam ὀρτάλιχον, τὸν ἰατρὸν δέ, quam veram esse credo emendationem, quamvis formae ὀρτάλιξ nullum exemplum habeam. Vs. 5. erat βλέφυραν δὲ τὴν γέφυραν.

Ibid. f. — 622. c. Σικυώνιοι μὲν γὰρ φαλλοφόρους αὐτοὺς (mimos) καλοῦσιν, ἄλλοι δ' αὐτοκαβδάλους, οἱ δὲ φλύακας, ὡς Ἰταλοί· σοφιστὰς δὲ οἱ πολλοί. Θηβαῖοι δὲ τὰ πολλὰ ἰδίως ὀνομάζειν εἰωθότες, ἐθελοντάς. In his quod mimos istos vulgo σοφιστὰς appellatos esse dicit, novum est neque aliunde cognitum; videntur autem ideo sic appellati esse, quoniam non delectare tantum, sed etiam prodesse volebant. Ac constat sophistas et philosophos omnis generis poetas subinde dici. Rhintonem phlyacographum Hesychius s. v. ἄσεκτος Tarentinum philosophum appellat. Quod addit Athenaeus, Thebanos multa singulariter et figurate dixisse, id in sequentibus insigni Strattidis loco comprobavit, ex quo eos ὀπιτθοτίλα de s e p i a, σάκτας de m e d i c o, κωτιλάς de h i r u n d i n e et alia huius generis dixisse intelligitur. His addi potest ἀνωδόρκας, de quo Hesychius: Ἀνωδόρκας, βρίγχος ὁ ἰχθὺς ὑπὸ Θηβαίων. In sequentibus Athenaeus Semo auctore de Ithyphallis disputat: σιγῇ δὲ διὰ τοῦ πυλῶνος

*εἰσελθόντες, ὅταν κατὰ μέσην τὴν ὀρχήστραν γένωνται, ἐπιστρέφουσιν εἰς τὸ θέατρον λέγοντες·*

> *Ἀνάγετ' ἀνάγετε πάντες· εὐρυχωρίαν*
> *τῷ θεῷ ποιεῖτε.*
> *ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐσφυδωμένος*
> *διὰ μέσου βαδίζειν.*

In his *πυλῶνα* dicit haud dubie conclave ex quo in orchestram aditus patebat, cuius in mediam partem cum venissent histriones, ad spectatores conversi ithyphallicum illud canebant, cuius primus versus in libris ita scriptus est: *ἀνάγετε εὐρυχωρίαν.* Quibus quam Tyrwhittus medelam attulit *ἀνάγετ' ἀνάγετε κῶμον, εὐρυχωρίαν* — ea inmerito criticorum plausu excepta est: *κῶμον* enim, si quid video, nullus hic locus est. Hoc tamen recte monuit *ἀνάγετε* bis scribendum esse. Cfr. Eurip. Phoen. 1369. *ἀνάγετ' ἀνάγετε κωκυτόν.* Scripsi igitur *ἀνάγετ' ἀνάγετε πάντες*, recedite, recedite omnes. Consimili modo apud Aristophanem Acharn. 239. appropinquante pompa chorus dicit: *ἀλλὰ δεῦρο πᾶς ἐκποδών.* Versu tertio vulgo legitur sine sensu *ἐσφυρωμένος*. quod *ἐσφυδωμένος* scribendum esse monui Fragm. Com. graec. III p. 610. Cfr. Athenaeus X p. 428. e. *οὐ καλῶς — οἱ ἄγοντες τὸν Διόνυσον ἐπὶ τῆς ἁμάξης διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς οἰνωμένον.* De phallophororum habitu Semus l. l. haec scripsit: *οἱ δὲ φαλλοφόροι προσωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνουσι. προπόλιον δὲ ἐξ ἑρπύλλου περιθέμενοι καὶ παιδέρωτας (—έρωτος) ἐπάνω τούτου ἐπιτίθενται στέφανον (τε) δασὺν ἴων καὶ κιττοῦ.* In his haud immerito interpretibus offensioni fuit vocabulum *προπόλιον.* quod qui *προβόλιον* scribi voluere Coraes (non Casaubonus, ut Dindorfius dicit) et Welcker ad Theogn. XC. venabulum pro capillitio intulisse censendi sunt. Rectius scribendum censuissent *προκόμιον.* de quo Pollux II, 30. *ἐκαλεῖτο δὲ καὶ πηνίκη, καὶ προκόμιον πρόσθετον οὐ γυναιξὶ μόνον ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν οἳ ἐνδεῶς τριχῶν ἔχοντες εἰς κόμης λόγον πράττουσι.* Ubi *πράττουσι* ex *περιάπτουσι* corruptum videtur. Confer praeterea Strab. III, 4, 17. Athen. XII p. 523 a. Suidam s. v. *πηνίκη.* Forsan tamen servari potest *προπόλιον*, quod nomen cum proprie de capillitio canis obtegendis destinato dictum esse videatur,

postea ut fit de quovis capillitio usurpari potuit. Exercit. phil. I p. 41.

XIV, 622. c. καυνάκας pro αὔνακας scripsi cum Casaubono.

Ibid. c. ἐβουλεύοντο τί χρὴ ποιεῖν, ἕως παρελθὼν ὁ Σόφων αὐτῷ μάγειρος γεγωνότερον ἐφθέγγετο, ὡς πάντας ἀκούειν, τὰ ἐξ Αὔγης ἔπη Εὐβούλου. Pro ἔπη, quod de iambicis versibus Athenaeus vix dixerit, cod. B habet εἶπεν. Idem cum reliquis libris post γεγωνότερον addit δέ, quod Schweighaeusero praeeunte delevit Dindorfius. Scribendum potius: ἕως παρελθὼν ὁ Σόφων αὐτῷ μάγειρος (γεγωνότερον δὲ ἐφθέγγετο ὡς πάντας ἀκούειν) τὰ ἐξ Αὔγης εἶπεν Εὐβούλου. Exercit. phil. I p. 45.

In ipso Eubuli loco vs. 5. vulgo legitur κατηλόηται γαστρὸς ἐν μέσῳ κύκλος, ubi cum κατηλόηται vix recte dictum sit et codd. fere habeant κατήλοισται, id κατηλόκισται scribendum putavi collata Hesychii glossa Κατηλόκισται· ἀνηλόκισται, ἀνέσχισται. Videtur hunc ipsum Eubuli locum respexisse. Vs. 5. προσκάεθ᾽ de vitio suspectum est. Vs. 7. νενωγάλισται scripsi pro ἐνωγάλισται. Vs. 9. παρεγκέκαπται σταμνί᾽ ἐννέ᾽ ἢ δέκα. Ita Valckenarius dedit pro στέρανι᾽ vel στάρνι᾽. Dindorfius τ᾽ ἀρνί᾽, quod neque propter particulam τε neque aliam ob causam, quam indicavi Fragm. Com. III 213, probari potest. Herwerdenus Observ. crit. p. 58 κρανί᾽ coniecit. Vs. 10. λαβεῖν scripsi pro φαγεῖν.

XIV, 623. a—c. In Antiphanis loco Βοιωτίας scripsi pro Βοιωτία. Nomen puellae fortasse fuit Κωπαΐς. Vs. 8. λέγεις μάγειρον ζῶντα. Haec per interrogationem efferenda erant, id quod sententia loci postulat. Hoc enim dicit, coquum qui talia apparet in tota rerum natura non reperiri. Vs. 10. λοπισθείς C, probante Cobeto, quo auctore ἁλσὶ addidi et πασθείς ex C posui pro σπασθείς. Ib. ἐκστραφεὶς pro στραφεὶς Cobetus. Vs. 11. μέρος quod vulgo post τέλος legitur delevi. V. Com. gr. III p. 127. et Iacoby Suppl. p. CLXXI. Vs. 15. ἐπῳδὰς Cobetus. Vs. 17. σύννομον Herwerden. Vs. 21. σαρκὸς πυρωτοῖς ἀνθράκων ῥαπίσμασιν corrigunt πυρωθεῖσ᾽. Si quid mutandum est, malim omnino πυρωποῖς. Tum ῥιπίσμασιν Abreschius. Vs. 22. ξανθαῖσιν αὔραις.

Piersonus malebat αὐγαῖς. Sed v. Com. graec. l. l. et Quaest. Menandr. I p. 6.

Ibid. c. In Clearchi fragmento γόγγρων τε λευκῶν κρέασι refinxi pro γόγγρῳ τε λευκῷ πᾶσι, et vs. 4. περίσαρκον pro περίσαργον posui, ut Schweighaeuserus suaserat.

Ibid. e. Eupolis ἡ μουσικὴ πρᾶγμ᾽ ἐστὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον. Grotius βαθὺ καὶ καμπύλον. Fortasse βαθύ τι κἄγκυλον.

Ibid. f. In Anaxilae vs. 2. Dobraeus scribebat ἀεί τι τίκτει κατ᾽ ἐνιαυτὸν θηρίον. Libri ἀεί τι καινὸν κατ᾽ ἐνιαυτὸν τίκτει θηρίον. correxit Morellus. In sequente Theophili loco erat βέβαιος ἡ μουσική.

XIV, 624. f. Pratinas μήτε σύντονον δίωκε μήτε τὰν ἀνειμέναν ἰαστὶ μοῦσαν. Cf. Eunapius p. 80 Bonn. de tragoedo dicens σφοδρότερον ἦχησε. καὶ ὑφῆκεν αὖθις. εἶτα ἐπήγαγεν ἁρμονίαν σύντονον. Vs. 2. μέσαν pro μέσσαν scripsi ex PVL, μέσ^σ^αν B, propter numeros totius loci, qui puris trochaeis constant. In sequente eiusdem poetae fragmento πρέπει τοι πᾶσιν ἀοιδὰ λαβράκταις αἰολὶς ἁρμονία. recte ut videtur Bergkius coniecit ἀοιδολαβράκταις. nisi praeferas ἀοιδοῖς λαβράκταις. Cod. A ἀοιδ^η^ὰ i. e. ἀοιδός.

XIV, 625. c. σκολιὰ scripsi pro σκαιὰ cum Casaubono, qui σκόλια. Statim malim [τὴν] ἰαστί.

XIV, 627. a. De Alcaei fragmento v. Bergkium, quo auctore praeter minutiora quaedam vs. 5. scripsi κοίλαι et vs. 6. κυπάττιδες. Vulgo κοῖλαι et κυππατίδες.

XIV, 628. a. Archilochus apud Philochorum ὡς Διωνύσου ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος. Sic Hermannus, libri ὡς Διωνύσοιο ἄνακτος. Vs. 2. οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας. Respicit Callimachus Fragm. 223. τοῦ τε μεθυπλῆγος φροίμιον Ἀντιλόχου. ubi Ἀρχιλόχου scribendum et ego monui apud Bergkium P. L. p. 553. et Heckerus Comm. Callim. p. 146. sed utroque nostrum prior Ruhnkenius Ep. a Tittmanno ed. p. * * quamvis versus Archilochei immemor. Ceterum ex Philochori verbis apud Athenaeum conicias in Archilochi carmine aliquid de Apolline secutum esse. Itaque nescio an cum versibus illis coniungendus sit hic ab Athenaeo IV p. 180 e. servatus αὐτὸς ἐξάρχων πρὸς αὐλὸν Λέσβιον παιήονα, ubi fort.

*καῦτις ἐξάρχων* scribendum, participium pendebat a sequentibus. Praeterea in Philochori verbis Hermannus pro *μέλποντες* corrigit *μέλπουσι*.

Ibid. e. *μηδὲν λέγοι*. V. Hermannum ad Aeschyli Agam. 158. cf. p. 628 b.

Ibid. f. In Platonis loco libri *ὀρχοῖθ' εὖ*, nescio quis *ὠρχεῖτ'*, recte opinor. Vs. 2. fortasse *τάδην ἑστῶτες ὠρύονται* pro *στάδην*; notum est quid sit *τείνειν φωνήν*, quamquam *στάδην ἑστάναι* per se recte dictum est, v. Lobeck Paral. p. 533.

XIV, 629. a. Epigramma poetae anonymi:

*ἀμφότερ', ὠρχεύμαν τε καὶ ἐμμώσως ἐδίδαξα*
*ἄνδρας. ο δ' αὐλητὰς ἦν Ἄνακος Φιαλεύς.*

Pro *ἐν μώσαις*, quod non intelligo, scripsi *ἐμμώσως* i. e. *ἐμμούσους*. Alii fortasse praeferent *εὐμώσως*. Vs. 3. *εἰμὶ δὲ Βακχείδας*. BP *βακχίδα*, unde scripsi *Βακχιάδας*. Continuo Dindorfius *Καφισίας* pro *Καφησίας* in notis.

Ibid. c. Multa *τῶν καλουμένων πυρριχῶν* genera esse dicit, *ὡς παρὰ Κρησὶν ὀρσίτης καὶ ἐπικρήδιος*. Hoc postremum nomen si ad Cretam spectat, *ἐπικρήσιος* potius quam *ἐπικρήδιος* scribendum videtur.

Ibid. d. *μακτροτυπίας* pro *μαρκτυπίας* scripsi cum Schweighaeusero. Coraes *μακτριστρίας*. Mox pro *ποικιλώτερα* Coraes *ἀποικιλώτερα*. Aliud latere videtur.

In sequentibus memoratur saltatio *Τελεσιάς* dicta: *μακεδονικὴ δ' ἐστὶν αὕτη ὄρχησις, ᾗ χρησάμενοι οἱ περὶ Πτολεμαῖον Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου ἀδελφὸν ἀνεῖλον*. Attigit haec Wesselingius ad Diodorum Sic. XV 71, qui quod telesiadem ab armatis saltatam esse suspicatur, id non in coniectura positum est, sed disertim testatur Hippagoras Athenaei XIV p. 630 a. Ptolemaeum autem dicit Aloritam, de quo cf. schol. Aeschinis de parapresb. § 22, ubi interfecto Alexandro quinque per annos Macedoniae imperium tenuisse dicitur, qua in re notandus est dissensus ab Athenaeo. Exerc. phil. II p. 34.

Ibid. e. *παρὰ δὲ Συρακοσίοις καὶ Χιτωνέας Ἀρτέμιδος ὄρχησίς τίς ἐστιν ἴδιος καὶ αὔλησις*. Haec verba Schweigh. ita intellexit, ut *Χιτωνέας* ipsum saltationis nomen fuisse id-

que masculino genere ὁ *Χιτωνέας* efferendum existimaret. Non credo id fieri posse, sed corrigendum potius arbitror *χιτωνέα*. De Diana Chitonea dixit Stephanus Byz. v. *Χιτώνη*· *οὕτως ἡ Ἄρτεμις λέγεται· καὶ Χιτωνία, ὡς παρὰ Μενίππῳ ὁ Βυζάντιος**) *καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Σφιγγί*

*καὶ τὸ τῆς Χιτωνόης αὐλησάτω τίς μοι μέλος.*

Ita haec in cod. Vratisl. scripta sunt. Corrigendum *τὸ τᾶς Χιτωνέας*, quam formam praeter Athenaeum tuetur Hesychius *Κιθωνέα· ἐπίθετον Ἀρτέμιδος*, ubi fallitur Alberti Cithonem Dianam Hesychii errore pro Itonia memoratam existimans. Imo ut *κιθὼν* dicitur pro *χιτών*, ita etiam *Κιθωνέα* recte dictum est pro *Χιτωνέα*. Haud raro enim diis cognomina a vestimentis, quibus eorum imagines indutae erant, imponebantur. Ceterum his exemplis formae *Χιτώνεος* uti poterat Lobeck. ad Aiac. p. 119. Pro *ἴδιος* sine causa requirunt *ἰδία*, ut praeter Herodianum Dict. solit. p. 7, 6. docet Athen. XI p. 489 c. *περὶ τὴν ἴδιον τροφήν*. Ita enim corrigendum pro *ἀίδιον*, non ut Schweigh. voluit *ἰδίαν*. Exercit. philol. I p. 45. II p. 35.

Ibid. f. *ἦν δὲ ὁ σκὼψ τῶν ἀποσκοπούντων τὸ σχῆμα, ἄκραν τὴν χεῖρα ὑπὲρ τοῦ μετώπου κεκυρτωκότων. Αἰσχύλος ἐν Θεωροῖς «καὶ μὴν παλαιῶν τῶνδέ σοι σκωπευμάτων»*. Diversa confundit scriptor saltationis genera, quorum quod verbis hisce describit, non *σκὼψ* dicebatur sed *σκοπός*, quod ipse in sqq. memorat Athenaeus. Cf. Hesychius *ὑπόσκοπον χέρα· Αἰσχύλος· ὥσπερ οἱ ἀποσκοποῦντες οὕτω κελεύει σχηματίσαι τὴν χεῖρα, καθάπερ τοὺς Πᾶνας ποιοῦσι. σχῆμα δέ ἐστιν ὀρχηστικὸν ὁ σκοπός*. Tale Thesei schema est apud Sophoclem Oed. Col. 1650. Longe aliud est *σκὼψ* et *σκώπευμα* a scope avi imitatrice dictum, de qua v. Aelianum H.

*) Menippus illam Chitoneae Dianae saltationem in Symposio commemorare potuit, in quo ille de aliis quoque saltationum generibus egerat. Athenaeus l. l. *καλεῖται δὲ καὶ ἄλλη ὄρχησις κόσμου ἐκπύρωσις, ἧς μνημονεύει Μένιππος ὁ κυνικὸς ἐν τῷ Συμποσίῳ*. Ex quo corrige Hesychium *Κόσμου ἐμπύρωσις· ὄρχησις*, quod *ἐκπύρωσις* scribendum est. Sed in Stephani loco, qui aperte corruptus est, egregie placet quod Salmasius legendum esse coniecit *ὡς Παρμένων ὁ Βυζάντιος*. Exerc. phil. I p. 45.

A. XV, 28. et Polluc. IV, 103. In Aeschyli versu *καὶ μὴν παλαιῶν τῶνδέ σοι σκωπευμάτων* fortasse *τῶνδέ σου* scribendum est.

XIV, 630. b. *πρώτη δὲ εὕρηται ἡ περὶ τοὺς πόδας κίνησις τῆς διὰ τῶν χειρῶν.* Pro *πρώτη* scripsi *προτέρα.* In iis quae continuo sequuntur *εἰσὶ δέ τινες οἵ καί φασι ποιητικῶς τὴν σίκιννιν ὠνομάσθαι ἀπὸ τῆς κινήσεως*, aperte corruptum est *ποιητικῶς*, quod vide an *πολιτικῶς* scribendum sit. Vitium item haeret in sequentibus *οὐ γὰρ ἔχει πάθος αὕτη ἡ ὄρχησις* (*ἡ σίκιννις*), *διὸ οὐδὲ βραδύνει.* Quid enim magis convenit concitato illi saltationis generi quam *πάθος*? Itaque *ἦθος* scribendum videtur, de quo v. egregiam Valckenarii notam ad Theocriti Adon. p. 329.

XIV, 631. b. *ἐρρύθμους φορὰς τινας ἀποτέμνοντες καὶ σχήματά τινα τῶν χειρῶν κατὰ τὸ ἁπαλόν.* Scribendum ex C *ἀποτελοῦντες* et e Schweighaeuseri coniectura *κατὰ τὸ ἅπαλον.*

Ibid. d. *ἡ δ' ἐμμέλεια σπουδαία, καθάπερ καὶ ἡ παρ' Ἀρκάσι κίδαρις.* Hoc saltationis genus, a nemine praeterea commemoratum, Cereri sacrum fuisse suspicor, quam *Κιδαρίας* nomine a Pheneatis cultam fuisse e Pausania VIII, 15. intelligitur. Nominis haec opinor causa fuit, quod Ceres apud Pheneatas capitis tegumento Persicae tiarae adsimilato ornata erat. Paulo post lit. e. Casauboni admonitione adiutus corrigo *ηὔλησεν ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐλῶν πάσας τὰς ἁρμονίας.*

Ibid. f. *διατρίβων αὐτὸς ἔτι ἐν τῷ ὑποσκηνίῳ.* Nisi scriptor *τὸ ὑποσκήνιον* novo significatu de loco scenae vicino h. e. pone scenam sito dixit, memor frequentissimae praepositionum *ὑπὸ* et *παρὰ* permutationis pro *ὑποσκηνίῳ* correxerim *παρασκηνίῳ.* Cf. Philol. Gotting. XXIII p. 314. In sequentibus erat *Ἀντιγενίδου.*

XIV, 632. b. *εἰς μεγάλην διαφθορὰν προελήλυθεν ἡ πάνδημος μουσική.* Sunt Aristoxeni verba, in quibus *περιελήλυθεν* requiro.

Ibid. c. *ἔοικεν ἡ παλαια τῶν Ἑλλήνων σοφία τῇ μουσικῇ μάλιστα εἶναι δεδομένη.* Recte Casaubonus et Schweigh. *ἐνδεδεμένη.* Aeschyli versum, qui ibidem affertur, restituit Butlerus, erat *καλὰ* pro *κάρτα.*

Ibid. d. *τοὺς πολλούς*. Delendus articulus.

In sequentibus scriptor de versibus *ἀκεφάλοις*. *λαγαροῖς* et *μειούροις* disserit. Ad postremum hoc quod attinet, magna ubique deprehenditur librorum inconstantia, quorum alii id *μείουρος* alii *μύουρος* scribunt. Ac mihi unice analogiae convenire videtur altera forma, quam etiam metri lex sustentat apud Nicandrum Ther. 225. *νηδύος· ἡ δὲ μύουρος ὑφ᾽ ὁλκαίῃ τετάνυσται* et apud Dionysium Perieg. 404. *εἰδομένη πλατάνοιο μυουρίζοντι πετήλῳ*. Eandem requiro apud Terentium Maurum vs. 1929. ubi editur quemque miouron Achaica gens vocitare solita est. Nec respuit lex metrica apud Nicandrum Ther. 287. *τέτριπται μύουρος* (vulgo *μείουρος*) *ἀπὸ φλογέοιο καρήνου*. Cui consimile est quod legitur Ther. 417. *σπέρχεται ἐκ μύωπος ἀηθέα δέγμενος ὁρμήν*. Contrariam sententiam tuetur Bernhardy ad Dionysii l. l. qui quod non dubitari posse dicit, quin falsum vocabulum *μύουρος* sensim in libros et vulgarem scripturam irrepserit, id ego de altera potius forma dixerim, quam tuentur optimi libri Pausaniae X, 16. omnes apud Aristotelem A. P. XXVI, 6. aliisque locis. Quem paulo post Athenaeus affert in *λαγαρῶν* exemplis versum Homericum, *αἶψα δ᾽ ἄρ᾽ Αἰνείαν υἱὸν φίλον Ἀγχίσαο*. is neque in nostris Homeri exemplis comparet *), neque lagari versus numeros habet, nisi aut *Αἰνέαν* scribatur aut *φίλον υἱόν*. quorum etsi neutrum satis probabile est, tamen alterum secutus sum. Exerc. phil. II p. 35.

Ibid. *μηδεὶς ἀκέφαλος ἔσται μήτε λαγαρὸς μήτε μύουρος*. Corrige *μηδεὶς [μήτε] ἀκέφαλος*.

XIV, 633. a. Pratinae versum qui sic vulgo legitur *λάκων ὁ τέττιξ*. correxit Dobraeus. qui quod acute restituit *λακωνοτέττιξ*. apte comparari potest cum *ἀττικοπέρδιξ*. In lyrico versu *μέλεα μελιπτέρωτα Μοισᾶν*. vulgo *Μουσᾶν* scribitur.

Ibid. c. *εἰς τὸ συμφανές*. Intelligerem *εἰς τὸ συμπαθές*.

Ibid. d. *ἡγήσατο* et alia quaedam h. l. corrupta videntur.

Ibid. e. *τῶν καθ᾽ αὐτό* scripsi pro *τῶν καθ᾽ αὐτόν*.

---

*) Non magis in nostris Homeri exemplaribus comparent quae leguntur apud Athenaeum IV p. 137 f. *καὶ γὰρ ἐκεῖνος* (Homerus) *τοὺς ἀριστεῖς συνάγων πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα φύρετο δ᾽ ἄλφιτα φησίν*.

Ibid. f. Philetaerus εἰς τὸν πίθον φέρουσι τὸν τετρημένον. Qui post hunc sequebatur versus, in eius initio fuit fortasse ὕδωρ.

XIV, 634. e. De Anaxandridis versu,

μάγαδιν λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγαν,

v. ad IV p. 182 c.

Ibid. f. ἐλλείπειν οὖν δεῖ παρὰ τῷ Ἴωνι τὸν τὲ σύνδεσμον. Pro δεῖ requiro λέγει. In Ionis fragmento ex Omphala servato:

ἀλλ᾽ εἶα Λυδαὶ ψάλτριαι παλαιθετῶν
ὕμνων ἀοιδοὶ τὸν ξένον κοσμήσατε,

pro κοσμήσατε scripsi κοιμήσατε. Herculem dicit bene potum et coenatum Lydiarum puellarum cantu consopiendum esse.

XIV, 635. a. Si recte Theophili locum intelligo, vs. 3. οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ταὐτὸν ᾄσεται μέλος nescio an ἡμῖν poeta scripserit.

XIV, 636. a. Διογένης ὁ τραγικὸς διαφέρειν πηκτίδα μαγάδιδος λέγων οὕτως ἐν Σεμέλῃ. Diogeni Sinopensi, cynico philosopho nobilissimo, Diogenes Laert. VI, 80. septem tragoedias tributas fuisse memoriae prodidit, easque hoc ordine recensuit: Ἑλένη, Θυέστης, Ἡρακλῆς, Ἀχιλλεύς, Μήδεια, Χρύσιππος, Οἰδίπους. Has tragoedias nunquam, ut mihi quidem videtur, in scena exhibitas atque ei tragoediarum generi, de quo Lobeckius Aglaoph. p. 977 exposuit, adnumerandas, Satyrus Philisco Aeginetae, Diogenis discipulo*), Phavorinus autem Pasiphonti nescio cuius Luciani filio assignabat. Diog. Laert. l. l. εἴγε αὐτοῦ αἱ τραγῳδίαι καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου ἐκείνου γνωρίμου ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ, ὅν φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ συγγράψαι. Idem § 80: τὰ τραγῳδάρι᾽ φησιν ὁ Σάτυρος Φιλίσκου εἶναι τοῦ Αἰγινήτου, γνωρίμου τοῦ Διογένους. Eundem dissensum commemorat Iulianus Orat. VI p. 210 c. τὰς ἀναφερομένας δὲ εἰς τὸν Διογένη τραγῳδίας, οὔσας μὲν καὶ ὁμολογουμένας κυνικοῦ τινος συγγράμματα, ἀμφισβητουμένας δὲ κατὰ τοῦτο μόνον,

---

*) De Philisco Aegineta cfr. Naekii sched. crit. p. 25 sq. et Goellerum de Philisto hist. p. 114.

*εἴτε τοῦ διδασκάλου τοῦ Διογένους εἰσίν, εἴτε τοῦ μαθητοῦ Φιλίσκου. τίς ἐπελθὼν* (adde *οὐκ ἂν*) *βδελύξαιτο καὶ νομίσαιτο* (f. *νομίσαι*) *ὑπερβολὴν ἀρρητουργίας οὐδὲ ταῖς ἑταίραις* *) *ἀπολελεῖφθαι;* Idem VI p. 186 c. *αἵτε γὰρ θρυλούμεναι Διογένους τραγῳδίαι Φιλίσκου τινὸς Αἰγινήτου λέγονται εἶναι· καὶ εἰ Διογένους δὲ* (add. *δὴ*) *εἶεν, οὐδὲν ἄτοπόν ἐστι τὸν σοφὸν παίζειν.* Quibus adde quae idem dicit Orat. VII p. 212 in. *οὗτος οὖν ὁ Διογένης ὁποῖός τις ἦν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, μὴ διὰ τῶν Οἰνομάου λόγων μηδὲ τῶν Φιλίστου τραγῳδιῶν. αἷς ἐπιγράψας τὸ Διογένους ὄνομα τῆς θείας πολλά ποτε κατεψεύσατο κεφαλῆς. ἀλλὰ δι᾽ ὧν ἔδρασεν ἔργων ὁποῖός τις ἦν γνωριζέσθω.* Quae omnia si quis animo comprehendat, nihil his sive Diogenis sive Philisci tragoediis immundius, nihil cothurni sanctitate indignius fuisse intelliget. Atque idem etiam Clemens indicat Strom. II p. 177, 31 Sylb. *τί γὰρ ἕτερον ἡ τρυφὴ ἢ φιλήδονος λιχνεία καὶ πλεονασμὸς περίεργος πρὸς ἡδυπάθειαν ἀνειμένων; ἐμφατικῶς Διογένης ἔν τινι τραγῳδίᾳ γράφει·*

*Οἳ τῆς ἀνάνδρου καὶ διεσκατωμένης*
*τρυφῆς ὑφ᾽ ἡδοναῖσιν ἀχθέντες κέαρ*
*πονεῖν θέλοντες οὐδὲ βαιά —*

*καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. ὅσα αἰσχρῶς μὲν εἴρηται, ἐπαξίως δὲ τῶν φιληδόνων.* Quorum versuum secundus ita scribendus est: *τρυφῆς ὑφ᾽ ἡδοναῖσι σαχθέντες κέαρ*, cll. Cercida apud Stobaeum Flor. IV, 43. *ἀνέρες ὧν τὸ κέαρ | παλῷ σέσακται καὶ δυσεκνίπτῳ τρυγί.* Quam alienae autem hae tragoediunculae a scenae dignitate fuerint vel ea docent quae e Thyesta commemoravit Diog. Laert. l. l. § 73. *μηδ᾽ ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων κρεῶν ἅψασθαι, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐθῶν· καὶ τῷδε* (fort. *τῷ ὀρθῷ λόγῳ*) *πάντα ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων εἶναι λέγων. καὶ γὰρ ἐν τῷ ἄρτῳ κρέας εἶναι καὶ ἐν τῷ λαχάνῳ ἄρτον· καὶ τῶν σωμάτων τῶν λοιπῶν ἐν πᾶσι διά τινων ἀδήλων πόρων καὶ ὄγκων εἰσκρινομένων καὶ συνατμιζομένων. ὡς δῆλον ἐν τῷ Θυέστῃ ποιεῖ.* Ex quibus intelligitur Diogenem Thyestae fabula

---

*) Ita pro *ἑτέραις* correxit Menagius ad Diogenem Laert. l. l.

ita usum esse, ut humanarum carnium esum defenderet. Cf. Chrysippus apud Diog. Laert. VII, 188. et Sext. Emp. p. 170 Bekk. Eodem spectat Theoph. ad Autol. III, 4. *πρὸς τούτοις ἀθεωτέρα τις φωνὴ εὑρίσκεται ἡ τοῦ Διογένους διδάσκοντος τὰ τέκνα τους ἑαυτῶν γονεῖς θυσίαν ἄγειν καὶ τούτους κατεσθίειν.* His expositis Suidae locum expendamus, apud quem haec habes: *Διογένης ἢ Οἰνόμαος, Ἀθηναῖος, τραγικός· γέγονεν ἐπὶ τῆς τῶν λ καταλύσεως. δράματα αὐτοῦ Ἀχιλλεύς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέστης, Μήδεια, Οἰδίπους, Χρύσιππος, Σεμέλη.* Ubi aetatis notationem ab Eudocia omissam qui ineptissimum additamentum appellat Bernhardius, etiam de patria quae adduntur in dubium vocare debebat. At verissime sine dubio Suidas, nisi quod diversos Diogenes temere confudit, alterum cynicum, cuius septem fabulas etiam a Laertio commemoratas recenset, alterum Atheniensem poetam tragicum, post solutam triginta dominationem clarum, cuius ex Semele quod Athenaeus affert fragm. XIV p.636 a. id ipsum est quod nobis haec commentandi ansam praebuit. Horum enim versuum ea est indoles, ut a foeda Diogenis cynici dictione longissime recedant. Neque omittendum apud Suidam Semeles nomen ceteris fabulis, quas litterarum ordine recensuit *), postponi. Nimirum tribus auctoribus, ex quibus sua de Diogene tragico derivavit, Suidas usus est, primum anonymo, cui priora debet *Διογένης — καταλύσεως*, tum Diogene Laertio, ex quo fabularum titulos immutato ordine apposuit, denique Athenaeo, cui Semeles fabulae notitiam debet. Unum restat de quo aliquid dubitationis mihi subnatum est, dico Diogenis Atheniensis cognomen *Οἰνόμαος*, cuius dum quis probabilem rationem reddiderit, suspicari licet hac etiam in re Suidam a recta ratione aberrasse. Nimirum Oenomaus Gadarenus et vitae genere et philosophiae professione et scriptorum indole et instituto Diogeni cynico extitit simillimus: uterque fuit cynicus, uterque scripsit *Πολιτείαν*, uterque denique cynicarum tragoediarum auctor habitus est. Iulianus l. l. p. 210. commemoratis Diogenis tragoediis ita pergit: *ταῖς Οἰνομάου*

*) Idem fecit in recensu fabul. Aristoph. Cratet. Platon. Stratt. aliorumque plurium.

δὲ ἐντυχὼν (ἔγραψε γὰρ καὶ τραγῳδίας τοῖς λόγοις τοῖς ἑαυτοῦ παραπλησίας) ἀρρήτων ἀρρητότερα καὶ κακῶν πέρα. καὶ οὔτε (leg. οὐδὲ) ὅ τι φῶ περὶ αὐτῶν ἀξίως ἔχω. κἂν τὰ Μαγνήτων κακά. κἂν τὸ Τερμέριον, κἂν πᾶσαν ἁπλῶς αὐτοῖς ἐπιφθέγξωμαι τὴν τραγῳδίαν μετὰ τοῦ σατύρου καὶ τῆς κωμῳδίας καὶ τοῦ μίμου· οὕτω πᾶσα μὲν αἰσχρότης. πᾶσα δὲ ἀπόνοια πρὸς ὑπερβολὴν ἐν ἐκείνοις πεφιλοτέχνηται. Tam germano Diogenis simio non mirum est sive ab ipso sive ab aliis Diogenis cognomen fuisse impositum. Hoc Suidas arripuit, sed ita arripuit, ut solita ἀκρισίᾳ rem inverteret atque Diogenem et Oenomaum eiusdem hominis nomen fuisse arbitraretur. De fabulis Diogenis cynici praeter ea quae ex Clemente attuli nil superest. Ad Herculem monente Fabric. B. G. II p. 294. spectat Tertull. Apol. 14. Sed et Diogenes nescio quid in Herculem ludit, et Romanus cynicus Varro trecentos Ioves sive Iupiteres sine capitibus introducit. Suspicari quidem possis quae apud Aelianum V. H. III, 29. leguntur: Διογένης ὁ Σινωπεὺς συνεχῶς ἐπέλεγεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὅτι τὰ ἐκ τῆς τραγῳδίας ἀρὰς αὐτὸς ἐκπληροῖ καὶ ὑπομένει· εἶναι γὰρ

πλάνης ἄοικος πατρίδος ἐστερημένος,
πτωχὸς δυσείμων βίον ἔχων ἐφήμερον.

ex ipsius Diogenis Oedipo petita esse, praesertim si compares Iulianum Orat. ad Themist. p. 256 d. ἢ τὸν Διογένους ἐκεῖνον (ἄπολιν ἄοικον πατρίδος ἐστερημένον). quo versu iterum ille utitur Orat. VI p. 195 b. ἆρά σοι μικρὰ φαίνεται ἀνὴρ (ἄπολις ἄοικος πατρίδος ἐστερημένος). οὐκ ὀβολόν. οὐ δραχμήν, οὐκ οἰκέτην ἔχων. Sed tamen incerta ea coniectura est, possuntque illa Iuliani verba, τὸν Διογένους ἐκεῖνον, satis commode in eam sententiam accipi, ut ille a Diogene multum celebratus intelligatur; nisi forte Διογένη scribendum est. Itaque Euripidi potius et quidem Oedipo eius illos versus adscripserim. Quae apud Stobaeum Flor. LXIV, 1. et LXXV, 1, 10. leguntur Diogenis fragmenta, non dubito quin sint Diogenis Atheniensis. De eodem Fabricius l. l. recte intellexit Plutarch. Aud. poet. p. 41 c. ubi obscurum dicendi genus, quo Diogenes usus est, a Melanthio, Diogenis aemulo, notatur. Non recte enim istic Diogeni Dionysium

substituit Xylander, quem imprudenter secutus sum ad Euphor. Fr. CXI.

Ceterum hunc de utriusque Diogenis tragoediis excursum diu ante Welckeri de eodem argumento disputationem (Trag. gr. p. 1035 sqq.) literis mandavi. Uter rectius causam disceptaverit penes lectores iudicium esto. Exercit. philol. I p. 46—49.

Ibid. In Diogenis loco vs. 1. *Ἀσιάδας* pro *Ἀσιάδος* scripsi cum Dalecampio. Vs. 2. reposui *κυβέλας*, ut adiectum sit, pro *Κυβέλας*. Vs. 6. *βακχίας* scripsi pro *βακτρίας*, certe Bactrianae virgines quo pacto Halyn accolere dici possint, nescire me fateor. Vs. 10. pro *ὁμονοεῖ* fortasse *ὁμοθροεῖ* scribendum est.

Ibid. b. Erat *σαμβύκαι* et *ἰαμβύκαι*.

Ibid. d. De fragmento hymni in Cererem v. Bergkium PL. p. 1027. In Hermippi loco pro *κρεμβαλίζουσι* Dindorfio auctore scripsi *κρεμβαλιάζουσι*.

Ibid. f. *Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τῇ πρὸς τὴν Ἀριστοκλέους ἐπιστολὴν ἀντιγραφῇ*. Aristoclis epistola musici argumenti fuit, unde conicere licebit Aristoclem hunc eundem esse, cuius musica scripta Athenaeus IV 147 c. XIV 620 c. aliisque locis commemorat. Quae si vera sunt, simul aetatem viri tenemus, siquidem Apollodorus, ad quem epistolam illam dederat, vix alius esse potest quam quem omnes norunt literator Atheniensis. Exercit. phil. II p. 36.

XIV, 637. a. In Telestae fragmento scripsi

*κερατόφωνον ἐρέθιζε μάγαδιν,*
*ἐν πενταράβῳ χορδᾶν ἀριθμῷ*
*χεῖρα καμψιδίαυλον ἀναστρωφῶν τάχος.*

Vulgo *πενταράβδῳ*, pro quo C. suppeditavit *πενταράβῳ*. Pro *ἀριθμῷ* fortasse scribendum est *ῥυθμῷ*, et *ἀναστρωφᾶν ταχύς* pro *ἀναστρωφῶν τάχος*. De primo versu dixi ad Theocr. XXV, 146. et Com. graec. III p. 180.

Ibid. b. *Σῆμος — τοὺς ἀγκῶνας αὐτοῦ ἐξεργάσασθαι*. Recipere debebam quod Schweigh. coniecit *ἐξειργάσθαι*. Nisi forte *τὸν εὑρόντα* excidit, quod etiam aliam ob causam commendatur. Sequentia, in quibus cod. A *ἧς* ante *Σκάμων* inserit, nondum emendata sunt.

Ibid. e. *διείρας δὲ τὴν εὐώνυμον χεῖρα πρὸς τὴν ἐπιβολὴν καὶ τῇ ἑτέρᾳ χρησόμενος τῷ πλήκτρῳ καθ' ὁποίαν ἂν πρώτην ᾕρεῖτο τῶν ἁρμονιῶν μετέστρεφε τῷ ποδὶ τὴν βάσιν εὔτροχον οὖσαν.* Omnino necessaria est non memorata a Dindorfio Schweighaeuseri emendatio *διάρας* pro *διείρας*. Tum malim *τὴν ἑτέραν*, utramque enim manum artifex extendebat, alteram ut instrumentum ea prehenderet, dextram ut plectro uteretur. In sequentibus *καθ' ὁποίαν ἂν πρώτην ᾕρεῖτο τῶν ἁρμονιῶν*, scribendum *καθ' ὁποίαν οὖν πρώτην*.

XIV, 638. b. Timomachus tradiderat *πρῶτον* (Stesandrum) *ἐν Δελφοῖς κιθαρῳδῆσαι τὰς καθ' Ὅμηρον μάχας ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Ὀδυσσείας.* Possunt haec sane ad Ulixis cum procis pugnam referri; nihilominus *Ὀδυσσείας* suspectum est, ac fortasse *Διομηδείας* scribendum est.

Ibid. *ἄλλοι δὲ πρῶτόν φασι παρ' Ἐλευθερναίοις κιθαρίσαι τὰς ἐρωτικὰς ᾠδὰς Ἀμίτορα τὸν Ἐλευθερναῖον, οὗ καὶ τοὺς ἀπογόνους Ἀμίτορας καλεῖσθαι.* Amitoris posteri cuius analogiae lege Amitores appellari potuerint non intelligitur. Accedit quod neque *Ἀμίτωρ* neque *Ἀμίτωρ* graece sonat. Quo modo haec expedienda sint cod. Ven. docet, qui pro *Ἀμίτορα* habet *Ἀμήτορα*, et *Ἀμήτορας* pro *Ἀμίτορας*. Proinde scribendum est *Ἀμήτορα τὸν Ἐλευθερναῖον*, et *τοὺς ἀπογόνους Ἀμητορίδας*. Quod plane confirmat glossa Hesychii *Ἀμητορίδας· κιθαριστάς. Κρῆτες.* Exercit. phil. II p. 36.

Ibid. c. In Anaxandridis loco *εὐρύθμως* scripsi praeeunte Schweighaeusero; libri *εὔρυθμος*.

Ibid. d. e. Chionides *ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος οὐδὲ Κλεομένης.* Vulgo *οὐδ' ὁ Κλεομένης.* Praeterea malim *μὰ Δί' οὐ Γνήσιππος οὐδὲ Κλεομένης.* V. Com. graec. II p. 27. Vs. 2. erat *ἐννέα χορδαῖς.* Porsonus *ἐννέ' ἂν χορδαῖς.* Schweigh. *ἐνεαχόρδοισιν.* Tum libri *κατεγλυκάνατο.* In sequente fragm. vs. 2. Dindorfius *ἀειδέν.* et *ἔστ'* Hermannus. Vs. 4. Herwerdenus Observ. crit. p. * * * *ἔχουσιν* pro *ἔχοντας* scripsit, citra necessitatem. In Cratini loco *ἐρῶντα* pro *ἔρωτα* Dalecampius. Tum Dobraeus *ὦ Γνήσιππέ πω; πολλῇ χολῇ.* vulgo *ὦ Γνήσιππε; ἐγὼ πολλῇ χολῇ.* Mox ante *σκώπτει* lacunam indicavit Casaubonus. V. ad Com. graec. l. l. p. 27.

Ibid. f. In Cratini loco vs. 2. *Κλεομάχου* cum Dobraeo dedi pro *Κλεομάχῳ* et in sequente fragm. revocavi librorum scripturam *ὁ Κλεομάχου*. Schweighaeuserus *ὁ Κλεόμαχος* sequente Dindorfio. De metro loci cf. Com. gr. l. l. p. 163.

XIV, 639. a. *τὰ ἐρωτικὰ ᾄσματα καὶ τὰ λοκρικὰ καλούμενα.* In his *καὶ* vel *τὰ* ante *λοκρικὰ* fortasse delendum.

Ibid. c. *Βηρωσὸς ἐν τρίτῳ* Müller Fragm. Hist. graec. vol. II p. 4, 98. Ibid. *Σακαῖα* scripsi pro *Σακέαν*.

Ibid. d. *διὸ καὶ Εὐφορίωνα εἰρηκέναι που· Ῥειώνη μοῦνοι μὲν ἐλεύθεροι ἱεροεργοί κτλ.* Sic haec corrigere tentavi. Libri fere *διὸ καὶ φύλαρχον εἰρηκέναι σουρίηι μοῦνοι μέν* — Poeta Phylarchus a nemine commemoratur. Scripsi igitur audacula quidem nec tamen improbabili coniectura *Εὐφορίωνα*, quem *Ῥειώνη*, cuius nomen, quod necessario h. l. requiritur, pro *ριηι* restitui, de Iunone dixisse constat ex Etym. M. p. 703, 10. *Ῥειώνη· τὴν Ἥραν φησὶν Εὐφορίων.* Cf. Anal. Alex. p. 147. Vs. 2. *πὰρ Κῴοισι* dedi pro *πρὸς κείνοισι.* Ibid. fort. *ἅμαρ ἄγουσιν.*

Ibid. e. Pro *ἀναγγεῖλαι* malim *ἀπαγγεῖλαι*, ut est lit. f.

Ibid. *Βάτων — ἐν τῷ περὶ Θεσσαλίας καὶ Αἱμονίας.* Heckerus Philol. V p. 421. *καὶ Ἀθαμανίας.*

XIV, 640. a. *θύοντας Διῒ Πελωρίῳ τραπέζας τε λαμπρῶς κοσμοῦντας προτιθέναι. Πελωρίῳ* scripsi pro *Πέλωρι* ex C, ubi *πελώριω*. Pro *προτιθέναι* malim *παρατιθέναι*. Tum *προσαγορεύειν πελώρια* scripsi pro *πελωρίαν*.

Ibid. b. Euripides:

*πλήρης μὲν ὄψων ποντίων, πάρεισι δὲ*
*μόσχων τε σὰρξ τέρεινα χηνεία τε δαίς.*

Ita haec Porsoni praecipitem coniecturam secutus edidit Dindorfius. Libri *μόσχων τέρειναι σάρκες χηνεία τε δαίς*, quae Euripides ita potius scripsisse videtur

*μόσχων τέρειναι σάρκες ἀρνεία τε δαίς.*

Quae emendatio, si ad palaeographicas rationes exigitur, facillima videbitur. Exercitt. phil. II p. 36. Qui Euripidis fragmento praemittitur versus *αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι*, eum a reliquis separavi. V. Valckenarius ad Euripidis Hippol. 435.

Ibid. c. Pro *πύος* scripsi *πυός* ex L.

Ibid. d. *ἀμυγδαλαῖ* dedi ex A. Vulgo *ἀμυγδάλαι*. In Sophili loco vs. 2. *οὐχὶ δώδεκα κνάθους — ὑποχεῖς* scripsi praeeunte Cobeto V. L. p. 123. Cod. A *οὐχὶ β κνάθους — υποχει*. Vs. 4. *κατακλινεὶς* Batavi.

Ibid. f. Philyllius *ἀμυγδάλια καρύδι' ἐπιφορήματα*. Legebatur *ἀμύγδαλα* et *κάρυα*. pro quo *καρύδια* est p. 641 b. ubi item *ἀμύγδαλα* edebatur. Potest vero etiam *ἀμυγδάλαι* scribi, sed *ἀμυγδάλια* commendatur deminutivo *καρύδια*.

XIV, 641. a. In Pindari loco erat *ἀμφίδευρα*. pro quo quum A *ἀμφι δευρα* habeat, id *ἀμφὶ δεύτερα* scripsi. Affert enim haec Athenaeus in exemplis *τῶν δευτέρων τραπεζῶν*. Coniecit hoc etiam, sed sprevit Bergkius.

Ibid. f. Antiphanes *μαλακὰς σφόδρα. δι' ἃς μέλιτι προσπαίζειν βία*. Pro *μαλακὰς* C et Eustathius *μᾶλλον*. om. *σφόδρα*. Pro *βία* C ut videtur *δεῖαν*. *δέδοται* Eustathius; locus depravatus. Vs. 5. legebatur *ᾠὸν δὲ καταπίνοιμ' ἂν ἄλλου δή τινος*. Nunc malim fere *τρώγοιμι· ναί*. A. *ᾠὸν δέ;* B. *καταπίνοιμ' ἄν*. A. *ἄλλου δεῖ τινός;*

XIV, 642. a. In Amphidis loco *καὶ τοῦτ'* Cobetus pro *αὖ τοῦτ'*.

Ibid. b. *τὠνόματα* Herwerdenus, vulgo *ὀνόματα*. In Anaxandridis loco *ἡ τράπεζ' εἰσήγετο* scripsi pro *ἐπήγετο*. Vs. 3. *εἰ γέγονε* Hirschigius pro *ἔνδον ὄντ'*. Cf. p. 637 b. Nauckius Bulletin de l'Acad. de St. Pétersbourg IX p. 397. *οὐδ' εἰ γέγον' ὄντως οἶδ' ἐγώ*. Vs. 4. *Χρῆστε κοὐκ ἔξων*. Ita correxi iam olim librorum scripturam *χρηστῶς οὐκ ἔξων*. Idem postea Dobraeus.

Ibid. c. In Clearchi loco scripsi *ἡ παῖς ἐπιτίθει*, ut voluit etiam Dobraeus. Deest in libris *ἡ*. Olim ego *ὦ παῖ σὺ δὲ τίθει*, quod receperat Dindorfius.

Ibid. d. Alexis. Vs. 4. *νομίζεται | τοῖς νυμφίοις μετιοῦσι τὴν νύμφην λέγεις | παρέχειν ἄμητας*. Parum probabiliter Herwerdenus Nov. Add. crit. p. 32. *τὴν γαμουμένην* pro *τὴν νύμφην λέγεις*. Vs. 7. Iacoby *ἤδωμ' ὦ θεοί*: cod. A *ηδ' ομω θεοί*. Hoc verum videtur.

Ibid. e. *Ἀπίων δὲ καὶ Διόδωρος — ἐπαίκλειά φασι καλεῖσθαι τὰ μετὰ τὸ δεῖπνον τραγήματα*. Excidit *παρὰ*

τοῖς Λακεδαιμονίοις vel τοῖς Δωριεῦσι, quod omitti non potuit. Pro Διόδωρος nonnulli libri Ἡρόδωρος.

Ibid. Lacunas in Ephippi loco cum aliqua probabilitatis specie sic explere licebit:

καὶ μετὰ δεῖπνον κόκκος [κνίδιος],
ἐρέβινθος, [ἀχράς, βόλβος], κύαμος.

In eiusdem poetae fragmento e Cydone verba βράχος (om. C) βρυγμός corrupta sunt.

Ibid. f. Alexis: ἀρτέον | τράπεζαν, ἀπονίψαι δοτέον κτλ. Sic Porsonus pro ἀπονίψασθαι, quod servari potest, si scripseris ἀρτέα | τράπεζ', ἀπονίψασθαι δοτέον — Dobraeus ἀρτέος | τράπεζ', ἀπονίψασθαι —

XIV, 643. a — d. De Philoxeni Cytherii loco diximus ego Fragm. Com. graec. vol. III p. 635 sqq. et Bergkius P. L. p. 990 sqq. unde petere licebit quidquid ad crisin carminis corruptissimi pertinet. Lit. a. pro πέπλοις συγκαλύπτων corrigit Cobetus πέπλοισιν καλύπτων, de metro tacens; fort. πέπλοις ἐγκαλύπτων. Ibid. ex B scribendum μή κατίδῃ τις. Lit. c. corrige operarum errores χοιρίναις pro χοιρίνας et σασαμορυτοπάγη pro σασαμορυτοπαγῆ.

Ibid. d. In Antiphanis loco vs. 2. πρώτιστα Dobraeus, libri πρῶτα, Casaubonus τὰ πρῶτα. Vs. 7. κισσόπλεκτα scripsi, libri κισσόπληκτα.

Ibid. e. Verba τούτων σοι καὶ μεταδώσω utpote ex sequentibus lit. f. repetita delenda suspicor. Oratio paulo liberius formata est. Mox ἀναγράφοντα praebuit B. Vulgo ἀναγράψαντα.

Ibid. f. Commemorantur πλακουντοποιικὰ συγγράμματα cum aliorum tum Μητροβίου, ἔτι δὲ Φαίτου. Hoc nomen mihi quidem parum graece sonat, ut nesciam an Φαίστου scribendum sit. Exercitt. phil. II p. 36.

XIV, 644. a. Dindorfius ἐνιαυτίζομαπλάκουντος, cf. Iacoby supplem. Add. vol. V p. CII.

Ibid. b. Alexis ὦ τὴν εὐτεύχη ναίων Πάρον ὄλβιε πρέσβυ. Scripsi εὐτειχῆ pro εὐτεύχη, libri εὐτυχῆ.

Ibid. d. Evangelus τέτταρας τραπέζας τῶν γυναικῶν εἶπά σοι. Post τέτταρας inserui ποιεῖν.

Ibid. e. πάντα δ' αὐτόπτης. Cod. B πάντα τ' αὐτόπτας.

Vs. 5. insanabiliter corruptus est. V. Herwerden Observ. crit. p. 113. Vs. 9. ἔστω pro ἐστίν Dalecampius.

Ibid. f. Ἴωνες δὲ — ἄμην αὐτὸν καλοῦσι. V. Lobeck. Aglaoph. p. 1061. Paulo post legebatur Τηλεκλείδης· Αὐτομάται δὲ κίχλαι — correctum ex aliis locis. V. Fragm. Com. vol. II p. 363.

XIV, 645. a. In Philemonis loco vs. 2. erat σπονδήσιμα, quod σπονδὴν ἅμα scripsi. Coraes σπονδὰς ἅμα. Mox ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ explicat Lobeck. Aglaoph. p. 1062.

Ibid. b. Semus Delius: ἐν τῇ τῆς Ἑκάτης νήσῳ τῇ Ἴριδι θύουσι Δήλιοι τοὺς βασυνίας καλουμένους. Non Iridi, opinor, cui litatum fuisse neque Pausanias neque alius mythographus memoriae prodidit, sed τῇ Ἴσιδι, ni coniectura fallit, operabantur Delii; novitius igitur hic cultus fuerit. Sequuntur haec καὶ τὰ καλούμενα κόκκωρα, ἰσχὰς καὶ κάρυα τρία. ubi fortasse κοκκωτὰ et ἰσχάδα vel ἰσχάδας scribendum, nisi praestat κοκκωτά. [ἔστι δ'] ἰσχὰς καὶ κάρυα τρία. Ficus enim granis plena est.

Ibid. c. In Hipponactis loco vs. 3. pro οὐδ' ἀτταγίτας scripsi quod grammatica postulat, οὐκ ἀτταγίτας. eoque etiam libri ducunt. Ceterum Hipponactis locus cum eo quem servavit Athenaeus VI p. 304 b. ad unum fragmentum coniungendus est.

Ibid. e. μνημονεύει αὐτῶν καὶ Ἐπίχαρμος καὶ ἐν τοῖς Χειρογάστορσι Νικοφῶν. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Δαναίσι καὶ ποιητὴν φησὶν αὐτῶν εἶναι ἐν τούτοις · μήτ' ἄρμα μ' εἶναι ἐγκριδοπώλην. Φερεκράτης δ' ἐν Κραπατάλοις — ἐγκρίδας. Sic haec in libris leguntur. Emendavit Bergkius Comment. de vetere Com. p. 426. et ad Aristophanis fragm. p. 1053. quem secutus sum.

Ibid. f. γοῦρος. Imo γῦρος, ut recte habet C, idemque in Solonis loco restituendum. Vid. Vindiciae Aristoph. p. 95. Vs. 4. scripsi cum Bergkio οὔθ' ὃς ἀνθρώποισι γῆ φέρει. Libri meliores οὐδ' ἔνασσεν ἀνθρώποισι γῆ φέρει. quae ab aliis ita scripta sunt οὐδέν· ἅσσ' ἂν ἀνθρώποισι γῆ φέρῃ, quod ferri non posse apertum est.

XIV, 646. a. τῷ σχήματι μαστοειδεῖς εἶναι φάσκων αὐτούς. Haec non ad κριβάνας (ante Casaubonum κυριβάνας)

nihi pertinere videatur, sed ad γύρους, quamquam eadem habet Athenaeus III p. 115 a. Cfr. Vindic. Arist. p. 95. Sed fortasse hoc placentorum genus a semicirculari et papillarum similitudinem referente furnorum forma dictum erat, ut nihil novandum videatur.

Ibid. c. νάνος. P ναῦος. Rectius videtur νᾶνος esse. Pherecratis locum Herwerdenus Observ. crit. p. 10. probabiliter ita refingit λήψει δ' ἐν ᾅδου κραπάταλον καὶ ψωθίαν.

Ibid. c. Cratinus καὶ δρόσον βάλλων ἕωθεν χλιαρὸς ταγηνίας. Pro ἕωθεν suspicabar ἄνωθεν.

Ibid. f. Ἀμορβίτης πλακοῦντος εἶδος, παρὰ Σικελοῖς. οἱ δὲ παισά, πλακούντια παρὰ Κῴοις, ὥς φησιν Ἱεροκλῆς. Haec sic fortasse refingenda sunt Ἀμορβίτης· πλακοῦντος εἶδος παρὰ Σικελοῖς· οἱ δὲ .... Παισά· πλακούντια παρα Κῴοις, ὥς φησιν Ἱεροκλῆς.

Ibid. Antiphanes σησαμίδας ἢ μελίπηκτον ἢ τοιοῦτό τι. Ita Dindorfius pro μελίπηκτα. Possis etiam σησαμίδας ἢ μελίπηκτα; καὶ τοιοῦτό τι.

XIV, 647. b. Lynceus in epistola ad Diagoram scripta: τῇ δὲ περὶ τὸν ἄμητα δόξῃ τὸν καινὸν ἀνταγωνιστὴν ἐπὶ τῆς δευτέρας εἰσάγουσα τραπέζης ἐχῖνον. Scribendum εἰσάγουσι, sc. Rhodii, ut intelligitur ex iis, quae leguntur III p. 109 d. ἀρχομένου μὲν τοῦ δείπνου καὶ μεσοῦντος οὐδὲ λειπομένους ἐπιφέρουσιν. ἀπειρηκότων δὲ καὶ πεπληρωμένων ἐπεισάγουσι διατριβὴν τὸν διάχρηστον ἐσχαρίτην καλούμενον. Adde III p. 75 e. καὶ ταῦτα (τὰ ἐρινεὰ) οὐκ ἀπὸ δείπνου — ἀλλ' ἀθίκτου τῆς ἐπιθυμίας οὔσης πρὸ δείπνου παρατέθεικα. ubi παρατεθείκασι scribendum erat. Alia eorum ratio est, quae leguntur in eadem epistola XIV p. 654 a. τῷ δ' ἐκεῖ καλουμένῳ βότρυϊ Νικοστρατείῳ Ἱππώνειον ἀντεκτρέφουσι βότρυν. Corrigendum ἀντεκτρέφουσα, sc. ἡ γῆ, ut intelligitur ex p. 652 d. ἡ δὲ γῆ ταῖς μὲν χελιδονείαις ἰσχάσιν ἀντιπαρατιθεῖσα τὰς βριγινδαρίδας καλουμένας, τῷ μὲν ὀνόματι βαρβαριζούσας, ταῖς δὲ ἡδοναῖς οὐδὲ ἧττον ἐκείνων ἀττικιζούσας. Quibus proxime illata fuisse suspicor quae leguntur III p. 75 e. τὰ δὲ ἐρινεὰ (Rhodiaca) τοῖς Λακωνικοῖς (ita delicatissimae ficus dicebantur Athenis) ὥστε συκάμινα σύκοις δοκεῖν ἐρίζειν, ubi minus recte Casaubonus supplet

*ἀντιπαραβάλλουσι.* Nimirum in illa ad Diagoram epistola Lynceus hoc egerat ut Rhodi insulae esculenta Atticis non cedere efficeret, fecitque id haud dubie in Diagorae amici gratiam, quem patria Rhodium fuisse vel nomen indicat. Nec terrae tantum fructus, sed etiam quae mare gigneret inter se comparaverat, ut docet locus lib. VII p. 285 f. *ταῖς μὲν Φαληρικαῖς ἀφύαις τὰς Αἰνεατίδας καλουμένας ἀφύας, τῷ δὲ γλαυκίσκῳ τὸν ἔλοπα καὶ τὸν ὄρφον ἀντιπαρατιθεῖσα· πρὸς δὲ τὰς Ἐλευσινιακὰς ψήττας καὶ σκόμβρους — ἀντιγεννήσασα τὸν ἀλώπεκα καλούμενον.* ubi ad participia feminina subaudiendum *ἡ θάλαττα.* Exerc. philol. II p. 37.

Ibid. b. Lynceus *ὑπὲρ οὗ — πειράσομαι πλείω περιθεῖναι λόγον.* Pro *περιθεῖναι* expectabam *διαθεῖναι.*

XIV, 648. a. *τὰ δὲ ψευδεπιχάρμεια ταῦτα ὅτι πεποιήκασιν ἄνδρες ἔνδοξοι. Χρυσόγονός τε ὁ αὐλητής, ὥς φησιν Ἀριστόξενος ἐν ὀγδόῳ πολιτικῶν νόμων, τὴν Πολιτείαν ἐπιγραφομένην . . . . . . . . Φιλόχορος δ' ἐν τοῖς περὶ μαντικῆς Ἀξιόπιστον, τὸν εἴτε Λοκρὸν γένος ἢ Σικυώνιον. τὸν Κανόνα καὶ τὰς Γνώμας πεποιηκέναι φησίν· ὁμοίως δὲ ἱστορεῖ καὶ Ἀπολλόδωρος.* Posui lacunae signa in hanc fere sententiam explendae: *καὶ ὁ δεῖνα τήν τε Ὀψοποιίαν καὶ τὸν Κανόνα καὶ τὰς Γνώμας.* Inter Epicharmi fabulas quattuor spurias fuisse habitas constat ex Anonymo de Comoed. quem edidi Fragm. Com. graec. I p. 535: *σώζεται αὐτοῦ δράματα μ. ὧν ἀντιλέγονται δ.* Earum nomina fuerunt *Πολιτεία, Κανών, Γνῶμαι,* denique *Ὀψοποιία,* cuius memoriam unus servavit Antiattic. p. 99, 1. *Ἡμίνα: ἐν τῇ ἀναφερομένῃ εἰς Ἐπίχαρμον Ὀψοποιίᾳ.* Ex his quattuor fabulis seu potius carminibus Politiam Aristoxenus a Chrysogono, ceteras autem ab alio quodam, cuius nomen intercidit, compositas fuisse tradiderat, Philochoro Canonis et Gnomarum auctorem prodente Axiopistum. Exercitt. phil. I p. 49.

Ibid. f. In Clearchi verbis aut *λέγειν* aut *εἰπεῖν* deleverim.

XIV, 649. a. *ἐπί τε τῶν τραγημάτων.* Scripsi *ἔτι.*

Ibid. c. *ἅπερ ἦν εἴπῃς παρὰ τίνι κεῖται, δώσω σοι οὐ χρυσέους δέκα στατῆρας κατὰ τὸν Ποντικὸν λεσχηνευτήν, ἀλλὰ τουτὶ τὸ ἔκπωμα.* Latere in his Heraclidis Pontici,

Lescharum scriptoris nobilissimi, versum hendecasyllabum Phalaeceum:

*δώσω σοι χρυσέους δέκα στατῆρας,*

ostendi Anal. Alex. p. 378.

Ibid. d. Fort. ἀνίησιν pro ἀφίησιν.

Ibid. f. In Agathoclis Cyziceni loco restitui ubi neglectae erant formas ionicas. Erat εἰς — ἀνεβλάστησεν — ἐπονομάζουσιν — μεγέθει — καρποφορεῖ — ποιοῦσιν (scr. ποιέουσι).

XIV, 650. a. Ἄλεξις ἐν Βρευτίᾳ. Imo Βρεττίᾳ. V. Hist. crit. p. 398. In ipso Alexidis fragmento vs. 1. recte Dobraeus πίνουσιν. Libri πεινοῦσιν. Vs. 2. scribendum videtur ἐν ὕδατι; B πολλὰ πολλάκις δήπου. V. Com. graec. vol. III p. 399.

Ibid. c. Ἄλεξις [Ἑλένης] μνηστῆρσι: ῥοὰν γὰρ ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν. In his supplevi Ἑλένης Hist. crit. p. 391. De fragmento ipso vid. Add. ad Com. gr. vol. V p. CCIV.

XIV, 651. a. Menandri locum Dobraeus sic refingebat μετ' ἄριστον γὰρ ὡς ἀμυγδάλας | παρέθηκ' ἐγὼ τῶν ῥοιδίων ἐτρώγομεν. Cobetus autem Mnem. IV p. 257. sic: ἀμυγδάλας ἐγὼ | παρέθηκα καὶ τῶν ῥοιδίων ἐνετράγομεν, de prima parte loci tacens.

Ibid. f. περὶ αὐτῶν τῶν Δαναΐδων Dobraeus. Vulgo περὶ αὐτῶν τῶν γὰρ ἀΐδων. In Melanippidis fragmento vs. 1. οὐ γὰρ ἀνθρώπων ἔχον μορφᾶεν εἶδος suspicabar ἀνθρωπῶν cll. Hesychio Ἀνθρωπώ· γυνή. Tum μορφᾶεν εἶδος Emperius et Dobraeus dederunt pro μορφὰν ἐνεῖδος, Bergkius suspicatur φοβεῦντο | μομφᾶν ὄνειδος. Vs. 2. οὐδὲ τὰν αὐτὰν libri, Casaubonus οὐδὲ τὰν αὐδάν, Dobraeus οὐδὲ τὰν δίαιταν, Bergkius οὐ δίαιταν τάν. Vs. 3. ἀν' εὔδι' ἄλσεα. πολλάκις scripsi, libri ἄνευη λιάσδεα πολλάκι. Vs. 4. θήραις pro θῆρες Porsonus et Iacobsius. Vs. 5. ἱερόδακρυν pro ἱερόδρακυ Emperius. Vs. 6. σύρια σπέρματα pro Συρίας τέρματα scripsi ego (corr. typoth. errorem στέρματα).

XIV, 652. d. τὰς βριγινδαρίδας καλουμένας. Brigindarides sive Brygindaricae ficus a Brygindaris, Rhodiaco demo, nomen duxisse nunc demum innotuit ex titulo Rhodiaco a Rossio Inscr. III p. 31. edito.

XIV, 653. a. πεφωγμένας et in Pherecratis fr. πεφωγμένων pro πεφωσμένας et πεφωσμένων Porsono aucto rescripsi.

Ibid. f. καὶ μύελον. Bergkius κάμυλον.

XIV, 654. a. In Lyncei loco Ἱππώνειον et ἀντεκφέρουσα correxi pro Ἱππώνιον et ἀντεκτρέφουσι. V. ad p. 647 b.

Ibid. b. In Menandri fragmento Cobetus ἠγόρακά σοι περιστέρια ταδὶ λέγων, et in sequente Nicostrati loco Dindorfius ταῦτ᾽ ἀξιοῖ· τοὐρνιθάριον pro ταῦτ᾽ ἀξιῶ. εἶτ᾽ ὀρνιθάριον, quorum alterum recepi, recipiendum etiam ἀξιοῖ.

Ibid. c. Antiphanes τῶν ταῶν μὲν ὡς ἅπαξ τις ζεῦγος ἤγαγεν μόνον. Scripsi ἦγεν ἓν μόνον praeeunte Herwerdeno.

Ibid. f. In Alexidis loco edidi λαγώ pro λαγοῦ cum Schweighaeusero.

XIV, 655. a. Anaxandrides τεσουτονὶ δύ᾽. Ita Coraes. A τοιούτους ἴδον. Dobraeus, quem cum Dind. secutus eram, τοιουτονσὶ δύ᾽.

Ibid. f. Epicrates ἔνθα δελφάκων ἐγὼ κρέα | κάλλιστ᾽ ὄπωπα πυρὸς ἀκμαῖς ἠνθισμένα. Cod. B ἀκμῇ. unde probabiliter Blaydesius ad Aristoph. Acharn. p. 130. emendavit πυρὸς ἀκμῇ ᾽ξανθισμένα.

XIV, 656. b. ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. Cf. Problem. anecd. III, 43. et Busemacker Praef. p. XIX.

Ibid. Archippus: τὰ δ᾽ ἄλλα χοίρων ἀκροκώλια μικρῶν. Correxi ταδὶ δ᾽ ἅμα. adiuvante cod. A τὰ δίδαλλα. Vs. 3. pro φλογίδες. quod ex praecedente versu iteratum est, correxi σχελίδες.

Ibid. f. Sopatri versus est anapaesticus tetrameter in fine truncatus, ut nihil mutandum sit. Pro ἔτρυξεν autem scribendum ἔγρυξεν, ut vidit Schweighaeuserus.

XIV, 657. a. Plato comicus: δέλφακα δ᾽ ἀραιότατον. Ita scripsi numeris paeonicis pro δέλφακα δὲ ῥαιότατον. Eupolidis qui sequitur versus in cod. Veneto ita scriptus est οὐκ ἀλλεύθιον δέλφακα ωδονθ᾽ ηστια. Correxi

οὐκ ἀλλ᾽ ἔθνον δέλφακ᾽ ᾠδὸν θῃστίᾳ
καὶ μάλα καλήν.

Sed ᾠδὸν non expedio; nisi forte ᾠδόν scripsit poeta, verniliter sic grunnientem suem dicens.

Ibid. b. καὶ οἱ Θάσιοι ἔπεμψαν. Probabiliter Wichers καὶ ὁ Τάχως ἔπεμψεν et lit. c. τῶν τοῦ Ταχὼ [στρατηγῶν] pro τῶν Θασίων.

XIV, 658. a. Aristomenis versum nescio quo auctore restitui addendo κρέα. In Philemonis fragmento vs. 5. σκεύη de vitio suspectum est. Crediderim σκευὴν i. e. ἱματισμὸν poetam scripsisse. Nec κτήματα sanum puto, nisi forte de gregibus id intelligi potest.

Ibid. c. In Simonidis versu cum Bergkio adieci ἦ, et in altero fragmento τρομιλικὸς scripsi pro τρομίλιος, quod a Τρομίλεια formari non potest, potest vero τρομιλικός. V. ad I p. 22 b.

Ibid. d. ἀποπάτημα bis scripsi pro ἀποτράγημα. V. Com. graec. II p. 542.

Ibid. e. τὰ δὲ πυρίεφθα pro τοὺς δὲ πυριέφθας correxit Schweighaeuserus.

Ibid. f. Versus anonymi poetae aut sic scribendus est ἐγὼ δὲ φεύξομαι γεγὼς ἐλεύθερος, ut voluit Iacobsius, aut cum Schweigh. γ' addendum post φεύξομαι.

XIV, 659. d. Posidippus πότερ' οὖν ἀφεῖσαι; libri πότερον ἀφεισεα. Correxit Cobetus. Dindorfius cum aliis ἀφεὶς ἔα.

Ibid. e. In Menandri loco ἀκόλουθε pro ἀκολουθῶν Cobetus, qui vs. 2. φέρ' οἶνον Σωσία pro φερεω vel φέρεω πλεί ωωσια. Piersonus φέρ' ὦ παῖ Σωσία. Vs. 3. libri εὔχου, quod ἔγχει scripsit Piersonus, ἐγχοῦ Cobetus.

Ibid. f. ἱρωστὶ Heckerus Anthol. I p. 248; libri εἰδώς τι.

XIV, 660. a. καὶ ἀπόστειλον πρὸς ἐμὲ τὴν ταχίστην. Scribendum videtur ἀνταπόστειλον. Ib. Πρωτογονείας scripsi, libri Πρωτογενίας, Heckerus Philol. V p. 422. Ἡρωογονίας voluit.

Ibid. d. οἷς καὶ τὰ τοῦ πλήθους ἐνεργεῖν ἔργον ἦν Siebelis. Quae non sufficiunt.

Ibid. e. Ἀθηνίων. V. Iacoby Add. Com. gr. vol. V p. XXI.

Ibid. f. θύσας pro ἔθυσ' margo P. Vs. squ. malim αὐτοὺς ἔτ' οὐκ.

XV, 661. a. In Athenionis loco vs. 21. pro ὡς δ' ηρεσ' αὐτοῖς ὕστερον fortasse scribendum ὡς δ' ἤρεσαν τοῖς ὕστερον. Mox Grotius γεγραμμένα pro γεγραμμένων.

Ibid. b. Libri *ἀκριβῶς ἐρίφιον*. Seclusi *ἀκριβῶς* cum Dobraeo; eodem auctore vs. sq. *διεγίγγρασ'* scripsi pro *δι ἐπίγγρας*.

Ibid. c. Scripsi *ὡς πολὺ δὲ* pro *ὡς πολύ*, Dindorfius *ὡ πολύ τι*. Vs. 40. malim *ἀπαρχόμεθ'* pro *καταρχόμεθ'*.

Ibid. d. Vs. 45. erat *ὑπὲρ εὐσεβείας οὖν ἄφες πανσα λέγων*. Emendavit Cobetus. Tum scripsi cum Dobraeo *δεῦρ νῦν συνείσιθι ἐμοί*. Libri *δεῦρο συνέσθιέ μοι*.

Ibid. *Ἄλεξις ἐν Λεβητίῳ*. Scripsi *Λέβητι*. V. Hist crit. p. 400.

Ibid. e. *οἱ τὰ ὀψαρτυτικὰ συγγράψαντες Ἡρακλείδης τ καὶ Γλαῦκος ὁ Λοκρός*. Excidit opinor ad Heraclidis nomen patriae notatio *Ἡρακλείδης τε [ὁ Συρακόσιος] καὶ Γλαῦκο ὁ Λοκρός*. Cf. Pollux VI, 70. In Cratini Gigantibus vs. 1 *ἐνθυμεῖ* cum Cobeto scripsi pro *ἐνθύμει*, olim dederan *ἐνθυμεῖσθε*, Dindorfius *ἐνθυμοῦ*.

Ibid. Ante *ὡς* cod. B *φασί* addit, quod *φησίν* scribendum hoc modo: *ἐνθυμεῖ δὲ τῆς γῆς (φησὶν) ὡς γλυκύ*. Vs 2. *εὐωδέστατος* Bergkius, libri *εὐωδέστερος*. In sequentibus edebatur et cum Cratini loco coniuncta erant *παραπλησίαι ὀσμὴν λέγεις ἀμφοῖν γλυκύς*. Separavit haec a Cratini versibus et Athenaeo dedit Dobraeus leviter correcta sic: *παραπλησίαν ὀσμὴν λέγει ἀμφοῖν. καὶ ὁ γλυκὺς Ἀντιφάνης δ' ἐι Δυσπράτῳ*. Vulgo *καὶ Ἀντιφάνης δ' ἐν Δυσπράτῳ*.

Ibid. f. — 662 b. In Menandri loco ante Cobetum erat *καθάριος*. Sequitur locus Posidippi: *ἐγὼ μάγειρον ἀναλαβὼν ἀκήκοα*. Ita libri, quae ita correxi: *ἕν' ἐγὼ μάγειρον λαμβάνων ἀκήκοα*. Praesens *λαμβάνων* sensus requirit. Dindorfius e Corai coniectura *ἐγὼ μάγειρον ἕνα λαβὼν ἀκήκοα*. Vs. 2. fort. *καθ' ἕκαστον*, ut voluit Dobraeus; in fine versus distinxi et vs. 3. *ἀντεργολαβοῦντες* scripsi cum Grotio pro *ἀντεργολαβοῦντος*. Ib. *ἔχοι* Dobraeus. Vs. 4. *ὁτιὴ στόμα* Dobraeus, *ὅτι στόμα* libri, *ὅτι τὸ στόμα* Iacobsius. Vs. 6. *ἐμίαινε* Cobetus, libri *ἔνιά τε*.

XV, 662. c. In Batonis fragmento libri *ἀναγεγράμμεθ'*, Cobetus *ἀναπεπαύμεθ'*, quod recepi; sed corr. oper. sphalma.

XV, 663. a. *Κριτίας* Casaubonus, libri *Κρατῖνος*.

Ibid. b. ἡ μᾶζα addidit Schweigh. Pro τὰ μάλιστα fort. scribendum τὰ μάγματα, vel ut Iacobsius voluit τὰ μασήματα.

Ibid. c. Pro Ἀρτεμίδωρος scribendum esse Ἀπολλόδωρος vidit Schweighaeuserus.

Ibid. f. In Philemonis fragmento pro καὶ διὰ τριῶν — suspicabar καὶ δὴ διὰ τριῶν.

XIV, 664. a. ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης ἐσπούδασε συσχολάσαι αὐτῷ. Correxi σχολάσαι.

Ibid. b. In loco Machonis vs. 3. post πλήν γ' ὅτι μουσικωτάτου τινὸς Athenaeus omisisse videtur εὕρημα γέγονεν ἀνδρός vel simile quid.

Ibid. c. In Nicostrati fragmento scribebatur οὐδέτερον εἶδε.

Ibid. e. Menippus in Arcesilao: πότος ἦν ἐπικωμασάντων τινῶν καὶ ματτύην ἐκέλευσεν εἰσφέρειν Λάκαινά τις. Frustra hic turbat Schweighaeuserus. Lacaenam intellige servam. Theognis El. 980. χέρνιβα δ' αἶψα θύραζε φέροι, στεφανώματα δ' εἴσω | εὐειδὴς ῥαδινῇς χερσὶ Λάκαινα γυνή. Claudianus Eutrop. II 202 quibus Argivae pulchraeve ministrant Thessalides, famulas et quae meruere Lacaenas. Mitto alia. Exercit. phil. II p. 37. In sequentibus legebatur περδίκια ὀλίγα καὶ χηνία. Scripsi περδίκεια (sc. κρέα) et ex C. καὶ χήνεια. Praeterea malim ὀλίγ' ἄττα. Continuo restitue e PVL ἔπαικλον, pro quo ἐπάϊκλον editum ex C. Pro ἐπέδειπνα malim ἐπίδειπνον.

XV, 665. b. Platonis locus e Laconibus. Vs. 3. νίπτρον Casaubonus, libri λίτρον. Ib. παραχέων futurum est, ut non necesse sit corrigere παρέξων. Vs. 5. τῇ παιδὶ τοὺς αὐλοὺς ἐχρῆν ἤδη προχείρους εἶναι. Sic libri. Secutus sum Cobetum, quamvis satis audacter haec sic refingentem: τὴν παῖδα τοὺς αὐλοὺς ἐχρῆν ἔχειν πάλαι προχείρους. Fortasse nihil novandum est praeter προχείρους, quod πρόχειρας scripserim, quod recte formatum esse docent adiectiva ὑπόχειρ, ἑκατόγχειρ, εὔχειρ et quae sunt similia. Ac ne sequentia constructione excidant, fortasse καὶ προαναφύσα scribendum est, ut haec subita conversione ad tibicinam facta dicantur. De καὶ sic posito v. Sophoclis Antig. 487. καί νιν καλεῖτε. Vs. 6. προαναφυσᾶν Cobetus, vulgo προσαναφυσᾶν. Ibid. παραχέων βαδίζω Bergkius, libri παράχεον βαδίζων. Vs. 9. in libris sic scriptus

est καὶ δὴ κέκραται· τὸν λιβανωτὸν ἐπιτιθεὶς εἶπε. Recepi Elmsleii coniecturam indicata post κέκραται duarum syllabarum lacuna, et pro εἶπε scripsi εἶτ' ἐ[πάγει]. Omissa esse aliqua vidit etiam Cobetus, qui verba τὸν λιβανωτὸν ἐπιτιθεὶς εἶπε Athenaeo tribuit, quae parum versimilis coniectura est. Fortasse καὶ δὴ κέκραται. A. κᾆτα τὸν λιβανωτὸν ἐπιτίθει σύ. εἶτ' ἐ[πάγει]· σπονδὴ μὲν κτλ.

XV, 666. a. εἰ μή τι σὺ τοὺς Ἀμειψίου ἀποβλύζειν ὑπολαμβάνεις. Ante ἀποβλύζειν supplevi quod ad sententiam necessarium est ἀποκοτταβίζοντας.

Ibid. b. μάθε παρ' ἐμοῦ ὅτι πρῶτον μὲν ἡ τῶν κοττάβων εὕρεσις Σικελική ἐστι παιδιά, ταύτην πρώτων εὑρόντων Σικελῶν. Haec inepte dicta sunt; postrema fortasse delenda sunt, nisi sufficit εὕρεσις expungere.

Ibid. c. τὸν ἀπὸ τῶν ποτηρίων κότταβον. Haec non sine vitio scripta sunt. In Euripidis loco erat ἆθλα κοττάβων.

Ibid. d. In Platonis loco verba πάνυ βούλομαι Cobeto praeeunte alteri interlocutori tribui.

Ibid. e. Lacunam in fragmento Platonis explet Dobraeus ποίων φιλημάτων, melius Cobetus ἰδοὺ φιλημάτων. Vs. 5. σέ adiecit Dobraeus, sed recte Cobetus τίθημι κοττάβεια. Vs. 8. erat αὐτή.

XV, 667. a. In Antiphanis fragmento λαβεῖν pro λαβὼν Bergkius.

Ibid. c. Aeschylei fragmenti vs. 1. fortasse scribendum Εὐρύμαχος, οὐ γὰρ ἄλλος, οὐδὲν ἥσσονας — Vs. 3. σκοπὸς pro κότταβος Dobraei est emendatio, qui reliqua ita refingebat: τοῖσδ' ἀγκυλητοῖς κοσσάβοις ἐπίσκοπα | ὅσσων ἐμῶν ἡβῶσα χεὶρ ἐφίετο.

Ibid. d. Post Εὔπολις indicavi lacunam, quae fabulae nomen absorpsit, quod non omisisse scriptorem cetera docent.

Ibid. e. Verba πληγεῖσαν τῷ κοττάβῳ, quae vulgo post ὑποκειμένην leguntur, huc transposuit Dobraeus.

Ibid. f. In corrupto Cratini loco πατρίοισι pro πατρικοῖσι restituit Herwerdenus Observ. crit. p. 5. qui in sequentibus feliciter τοῖς ἐπινέουσιν coniecit pro τὸ κεινέον. Statim ante Dobraeum erat βάλλειν μὲν τῷ πόντῳ δὲ βάλλοντι. In Ari-

stophanis loco fortasse ἔγνωκ᾽· ἐγῷδα χαλκίον .... ἱστάναι καὶ μυρρίνας.

XV, 668. a. Hermippus κνημὶς δὲ περὶ σφυρὸν ἀρθροῦται. Ita Porsonus et Erfurdtus haec scripserunt. Libri κνημίδες δὲ περὶ σφυρὸν ἀρθροῦνται. Corrigendum igitur:

κνημῖδε περὶ σφυρὸν ἀρθροῦνται.

Post Hermippi locum sequitur Achaei fragmentum, in quo ῥίπτοντες pro ῥιπτοῦντες dedit Nauckius. Ibid. Casaubonus τί δ᾽ οὐ λέγοντες. Tum ὅτι κάλλιστον Ἡρακλεῖ λάταξ Dobraeus, quem vide. Casaubonus Ἡράκλεις.

Ibid. b. Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ ἀφροδισίαν εἴρηκε τὴν λάταγα· ξανθὴ δ᾽ ἀφροδισία λάταξ παισὶν ἐπεισκύπτει δόμοις. Pro παισίν sine dubio πᾶσιν scribendum. Id qui intellexit Toupius Emend. II p. 471. cetera sic constituit: ξενὴ δὲ κἀφροδισία | λάταξ ἅπασι νῦν ἐπεισκύπτει δόμοις, ut cottabi lusus tanquam pestis omnes familias invasisse dicatur. In quo ille a sententia non minus quam a metro aberravit. Apertum enim est e glyconico systemate haec ducta esse, in quo pacis otiique commoda et gaudia celebrata esse suspicor. Docet hoc Hermippi locus, qui ingruentem belli tempestatem describens nullum iam cottabi lusum esse dicit, ῥάβδον δ᾽ ὄψει τὴν κοτταβικὴν ἐν τοῖς ἀχύροισι κυλινδομένην, μανὴς δ᾽ οὐδὲν λατάγων ἀΐει Com. graec. II p. 397. Comparandus item Euripides in Plisthene apud Athenaeum l. l. πολὺς δὲ κοσσάβων ἀραγμὸς | Κύπριδος μελῳδὸν ἀχεῖ | μέλος ἐν δόμοισιν. In verbo εἰσκύπτειν i. e. ἐπεισέρχεσθαι facile agnoscas vernilem sermonem Satyrorum. Exercit. phil. I p. 49. Pro ἐπεισκύπτει meliores libri ἐπεκύπτει habent; recepi Nauckii emendationem ἐπεκτύπει, nisi malis ἐπικτυπεῖ, de quo v. Phil. Gott. XIX, 145.

Ibid. c. καὶ Ἵππαρχος ἐν Παννυχίδι Porsonus. Libri Κάλλιππος ἐν Παννυχίδι. Fragmentum Hipparchi recisis verbis τὰ κοττάβια (τὰ κοττάβεια AP) quae interpolatoris sunt, ad numeros systematis iambici dimetri revocavi. Vulgo ὁ διαγρυπνήσας πυραμοῦντα λήψεται | τὰ κοττάβια καὶ τῶν παρουσῶν ἣν θέλει | φιλήσει.

Ibid. e. In Dionysii Aenei vs. 1. Emperius Opusc. p. 305. pro τρίτον tentabat πρέπον. Vs. 4. ἐκεῖνον ἰδεῖν. Dalecampius ἐκεῖνον ἰεῖν, Bergkius ἕκαστον ἰεῖν. Vs. 4. ὄμματι βη-

*ματίσαισθε τὸν κατὰ αἰθέρα τὸν κλίνην.* Fuit qui *σηματίσαισθε* scribendum putaret; sed *ὄμματι βηματίσασθαι*, mit den Augen abschreiten, affectato dicendi genere, quo utitur aeneus ille Dionysius, satis dignum est. Certius est pro *αἰθέρα* me recte scripsisse *ἀέρα*. habetque hoc ipsum cod. B. Vs. 6. Hermannus *ἐκτέαται.*

XV, 669. a. Sequitur eiusdem poetae locus, cuius vs. 1. Emperius p. 305. scribi voluit *ὕθλους οἰνοχοεῖν.* Infinitivus pendere videtur ab *δυνατοὶ* vel simili verbo, quod in superioribus legebatur. Vs. 4. Emperius *τοὐδ' ἀπὸ συμποσίου.* Vs. 5. *Φαίακας* pro *Φαίακος* Casaubonus. In Cratini fragmento Bergkio praeeunte scripsi *μάχαι δ' ἄλλοισι καὶ πόνος μέλοι.* pro *πόνοι.* Alii *μάχης — καὶ πόνου μέλοι.* Videntur Herculis verba esse.

Ibid. b. *ὁ τῶν Συρβηνέων χορός.* Sic scripsi pro *Συρβηναίων.* idemque restitui p. 669 b. et 697 e. de quo multis annis ante Cobetum (ad Hyperidis orat. p. 46) admonui Com. graec. vol. II p. 67.

Ibid. d. In Callimachi epigrammate *ἀπὸ στομάτων* Anthologia, *ἀπὸ στεφάνων* Athenaeus. Exhibui felicem O. Schneideri emendationem *ἀπ' ὀστλίγγων.* Pro *ἐγένοντο* Ruhnkenius *ἐχέοντο.*

Ibid. e. In carmine Dionysii vs. 3. *σοὶ πρώτῳ χαρίτων ἐγκεράσας χάριτας.* scribendum *κύλικας.* ut vidit Lehrsius Aristarch. ed. nov. p. 478. Ib. vs. 4. *τόδε* exhibui pro *τότε* ex emendatione Spanhemii. Vs. 5. *συμποσίου κόσμον* recte Lehrsius.

Ibid. f. *ἄλλα πολλὰ καὶ τοῦτο.* Constans dicendi usus postulat *ἄλλα τε πολλὰ καὶ τοῦτο.*

XV, 670. a. *πρὶν κρατήσωσι τοῦ ἔρωτος.* Interposui *ἄν.*

Ibid. b. *τὴν τοῦ στεφάνου δήλωσιν σημεῖον τοῦ περὶ τὸν ἔρωτα δεσμοῦ ἐρᾶν φασι τοὺς τοιούτους;* Corrigunt *δὴ λ[illegible] [illegible] διάλυσιν.* Sufficere opinor *δήλησιν.*

Ibid. c. *στεφανουμένους περιρρεῖν αὐτῶν τὸν στέφανον* Inter *περιρρεῖν* et *αὐτῶν* excidisse suspicor *ἐάν.*

Ibid. d. *χαλεπὸν γὰρ — θεῖναι.* Fortasse *μεῖναι* scripsit Clearchus, quod respondeat praecedenti *ἐπίμονος.* In proximis ante *στεφανοῦσι* aliqua videntur excidisse: nisi malis *κα-*

*θάπερ τινὸς θεοῦ τὰ πρόθυρα*, recisis verbis *στεφανοῦσιν αὐτῶν*. Etiam in sequentibus haud pauca depravata sunt, quae in ordinem redigere eorum est, qui cum maxime colligendis illustrandisque Aristotelicorum reliquiis insudant.

Ibid. c. Ven. *ἐμποδῶν*. In Lycophronidis loco edidi *τόδ' ἀνατίθημί σοι ῥόδον καλὸν ἄνθημα καὶ πέδιλα καὶ κυνέαν*. Vulgo pro *ἄνθημα* i. e. donarium legitur *νόημα*. Hermannus *μνῆμα* scripsit, Bergkius *ἀνάθημα*. Quod ipse posui iam Casaubono placuisse video, sed male postea reiecit. Vs. 3. post *ἄλλα* apud Dindorfium nescio quo errore excidit *κέχυται*, quae res fraudi fuit Bergkio. Non credo tamen locum vitii immunem esse. Quid enim hoc est: omnia mea tibi dedico, quoniam in aliam puellam animus effusus est. Pro *ἄλλα* codd. habent *ἄλλαι*. V *ἀλλό*. Fortasse scripserat poeta

*ἐπεί τοι νόος αμῖν* (vel *ἀμὸς*) *κέχυται*
*ἐπὶ σὲ τὰν Χάρισι φίλαν παῖδα καὶ καλάν*.

XV, 671. a. *ἐλέγομεν μὴ συνδειπνεῖν τῶν πέντε γε πλείους*. Post *συνδειπνεῖν* excidisse videtur *δεῖν*.

Ibid. d. In Alexidis loco scripsi *ἃ παρέθηκ' αὐτοῖς ἰδεῖν*. Vulgo *ἅπερ ἔθηκ' αὐτοῖς ἰδεῖν*.

Ibid. e. Anacreon *στεφάνους δ' ἀνὴρ τρεῖς ἕκαστος εἶχεν*. Ita haec ex VL correxi, latetque idem manifesto in scriptura cod. A *στεφάνου ὁ δ' ἀνήρ*. Dindorfius et Bergkius ex B ediderunt *στεφάνους ὁ δ' ἀνήρ*.

XV, 672. a. *Τέναρος δὲ ἀγροίκων εἶναι λέγει στεφάνωμα τὴν λύγον*. Huius scriptoris nomen *Ταίναρος* potius quam *Τέναρος* scribendum arbitror, ut voluit Casaubonus. Statim *οἱ ἄλλοι δὲ* scripsi pro *οἱ ἄλλοι γε*.

Ibid. b. Menodotus de templo Iunonis Samiae: *ἐπιμεληθῆναι τοῦ ἱεροῦ, τοῦ καὶ νῦν ὑπάρχοντος, πρότερον δὲ ὑπὸ Λελέγων καὶ Νυμφῶν καθιδρυμένου*. Permirum est hoc templum a Nymphis conditum dici, quamquam Samum ab Anacreonte Nympharum urbem dici non ignoro. Scribendum videtur *καὶ Μιλυῶν*, quos cum Lelegibus coniunctos memorat Plutarchus Quaest. graec. p. 302 b. ubi *Μιλυῶν* pro *Μινυῶν* corrigit Palmerius Exerc. p. 216. Eos *Μινύας* perperam appellat eorumque nomen ad Minoem refert Eustathius ad Hom. p. 635, 39. *Σόλυμοι* (Lyciae populus) *Μινύαι ἀπὸ Μίνωος*

ἐκαλοῦντο, οὗ ἀδελφοὶ Σαρπηδὼν καὶ Ῥαδάμανθυς. Cfr. Herodotus I, 173. et Stephanus Byz. v. Μιλύαι. Ibid. τοὺς δ' Ἀργείους πυθομένους καὶ χαλεπαίνοντας — πεπεισμένους τοὺς Ἀργείους, ὡς πάντως τι κακὸν — ἡ Ἀδμήτη πείσεται. Apertum est alterum τοὺς Ἀργείους delendum esse. Ibid. ληστρικῷ τῷ βίῳ χρωμένους. Ita scripsi pro ληστρικῷ τε βίῳ χρωμένους. Ibid. c. corr. op. err. ἀπαίρειν.

Ibid. d. Erat ἠιόνος et ἠιόνα. Ibid. καθ' ἕκαστον ἔτος ἀποκομίζεσθαι τὸ βρέτας εἰς τὴν ἠόνα καὶ ἀφανίζεσθαι ψαιστά τε αὐτῷ παρατίθεσθαι. Quis non videat pro ἀφανίζεσθαι scribendum esse ἀφαγνίζεσθαι? habetque hoc ipsum cod. B.

Ibid. e. καὶ καλεῖσθαι Τόνεα τὴν ἑορτήν, ὅτι συντόνως συνέβη περιειληθῆναι τὸ βρέτας. Pro Τόνεα rectius scripseris Τόνεια. Pro συντόνως Dobraeus ἐν τόνοις. Malim τόνοις sine ἐν. Librario συντόνως scribenti obfuit vicinia sequentis συνέβη. Exercit. philol. I p. 50.

Ibid. παραγενομένων εἰς Ὕβλαν. Probabiliter v. d. in Miscell. Observ. crit. II, 1. p. 251. Ὕλαν corrigit. Idem postea coniecit O. Müllerus Dor. I 259. Cfr. tamen Lobeck. Paral. p. 302.

XV, 674. a. Μεγίσθης. Revocavi ubique librorum scripturam Μεγίστης. Ibid. προμαχίων ἑορτή. Rectius fuerit προμαχείων.

Ibid. d — f De Alcaei Sapphonisque locis v. Bergkium. Eorum in illo qui lit. e. legitur, fortasse scribendum vs. 2. ὅρπακας ἀνήτω συνέϊρραισ᾽ ἀπάλαισι χέρσιν. In quo συνέϊρραισα cum diaeresi dictum est pro συνείρασα. ut ὄϊδα Aeoles dixerunt pro οἶδα.

XV, 675. a. ὁμοπαθείᾳ scripsi pro ὁμοιοπαθείᾳ. confirmat B. in quo ὁμοπαθεῖς scriptum est.

Ibid. a. b. Philonides: πρὸς ἄμετρον ἀπόλαυσιν τῶν πολλῶν ἐκτρεπομένων ἄκρατόν τε προσφερομένων αὐτῶν, οἱ μὲν αὐτῶν μανιωδῶς παρέπαιον. Ita haec leguntur in A. Vulgo deest prius αὐτῶν, quod in αὐτίκα mutatum sequentibus iunxi. Mox οἱ Ἕλληνες τῷ μὲν παρὰ (μετὰ Palmerius δεῖπνον ἀκράτῳ προσδιδομένῳ τὸν ἀγαθὸν ἐπιφωνοῦσι δαίμονα, τιμῶντες τὸν εὑρόντα δαίμονα. Delenda est vox

postrema; praeterea scribendum τῷ μὲν παρὰ δεῖπνον ἄ ἀκράτῳ h. e. πρώτῳ ἀκράτῳ. Cfr. sequentia τῷ δὲ μετὰ (παρὰ Palmer.) δεῖπνον κεκραμένῳ πρώτῳ προσδιδομένῳ Δία σωτῆρα ἐπιλέγουσι.

Ibid. e. λευκοΐνον pro λευκόϊον Schweighaeuserus. Statim ex epitome pro περιστατέον restitue παραιτητέον.

XV, 676. a. b. Polycharmus in libro de Venere ἡ δὲ θεὸς — αἰφνίδιον ἐποίησε πάντα τὰ παρακείμενα αὐτῇ μυρρίνας χλωρᾶς πλήρη ὀδμῆς τε ἡδίστης ἐπλήρωσε τὴν ναῦν ἤδη ἀπειρηκόσι τοῖς ἐμπλέουσι τὴν σωτηρίαν διὰ τὴν πολλὴν ναυτίαν. γενομένου δὲ ἐμέτου πολλοῦ καὶ ἡλίου ἐκλάμψαντος κατιδόντες τοὺς ὅρους ἧκον εἰς τὴν Ναύκρατιν. Pro μυρρίνας aut μυρρίνης scribendum aut deleto πλήρη scribendum μυρρίνας χλωράς. Post ναυτίαν sustuli interpunctionem et τε scripsi pro δέ. Praeterea τοὺς ὅρους corruptum puto scribendumque opinor τοὺς ὅρμους. In sequentibus libri habent θυσίας τε τῇ θεῷ καὶ ἀναθεὶς τῇ Ἀφροδίτῃ ἄγαλμα. Casaubonus θύσας, non minus probabiliter corrigas θυσιάσας. Exercit. phil. II p. 37.

Ibid. e. f. Chaeremon στεφάνους ἑτοιμάζουσιν οὓς εὐφημίας | κήρυκας εὐχαὶ προὐβάλοντο δαιμόνων. Praesens ἑτοιμάζουσιν non potest conciliari cum sequente προὐβάλοντο. Credo Chaeremonem scripsisse ἑτοιμάσαντες, Athenaeum autem, quod etiam alias fecit, orationis structuram suo consilio adaptavisse. εὐχαὶ δαιμόνων, si incorruptum est, audacissime poeta dixit pro εὐχόμενοι δαίμοσιν; fort. εὐχαῖς. In Chaeremonis loco στεφάνους τεμόντες ἀγγέλους εὐφημίας. non male Nauckius coniecit στεφάνους τ' ἔχοντες. Sed vide quae dixi ad Theocriti Id. XVIII, 40.

Ibid. f. τὸ γὰρ παρὰ Κρατίνῳ κατὰ παιδιὰν εἴρηται ναρκισσίνους ὀλίσβους. Repugnant haec praecedentibus, quibuscum Cratini locus conciliari non potest, nisi ita scriptus Ναρκίσσου ὀλίσβους, ut non de flore, sed de nescio quo Narcisso (fortasse de mythico illo Thespiensi) Cratinus loqui putandus sit.

XV, 677. a. Revocavi librorum scripturam κατημαξευμένων, quod nescio quam ob causam Dindorfius καθημαξευμέ-

των scripserit. In Platonis loco vs. 4. κἂν καλλιερῆτε. γλῶτταν ἀγαθὴν πέμπετε. nescio quis τέμνετε coniecit.

